Significamus praesentibus Et Quod coram Actis praesentibus Metrices Regni Cancellaria nostra Minoris comparens personaliter Nobilis Thomas Kitkiewicz, obtulit ad acticandum Actisq; praesentibus ingrossandum, infra exaratum Scriptum manu Generosi - - - - - Rudzinskii Capitanei Chęcinen[sis] subscriptum, et Sigillo Eius gentilitio in cera rubra hiszpanica expresso, communitum, sanum, salvum et illaesum tenoris sequentis = Niżey na podpisie wyrażony Znamienitym Skryptem moim, ktory takiego waloru y ważności mieć chcę, iakoby coram actis Authenticis Regni był zeznany, Iż na pilną potrzebę moią zaciągnąłem pożyczanym sposobem u Jmci Pana Tomasza Franciszka Prochnickiego Sekretarza J[ego] K[rólewskiej] M[ości] Synkow in Specie Cztery Ryxiące Dwieście tudzież w złotey monecie Czerwonych Złotych dobrey wagi z obrączkami Czterdzieści, ktore dwie Summy w tey iako bione Monecie et valore iey, temuż Jmci Panu Tomaszowi Franciszkowi Prochnickiemu lub Sukcessorom Jego na czas y dzień w niżey szym Skrypcie wyrażony, to iest pro Vigilia Festi Sancti Joannis Baptistae w Roku Da Bog przyszłym Ryxiącznym Siedmsetnym Sześćdziesiątym, oddać y rzetelnie wyliczyć una cum brovizione

per octo Tymfones à quolibet Cento Tymfo:
num, per octo florenos in reſiduati Sum:
ma in aurea moneta Polonicales, nu:
merando, rzetelnie wyliczyć offiaruie
ſię y obliguię idq; 2 Prowizyą wyżey
wyrażoną non obztante quavis Calami:
tate temporum. Forum ad responden:
dum quo casu Contraventionis Grodu
Warszawskiego sobie naznaczam, kto:
ry Skrypt y Obligacya tey Wagi mieć
chcę, iakby temiż Aktami Grodzkiemi
był roborowany, y dla tym więkſzey
wagi y waloru, na to ſię własną przy
położeniu pieczęci moiey podpisuię
rękq. Działo ſię w Warszawie Dnia
Dwudziestego Drzeciego Miesiąca Czer:
wca Roku Tysiącznego Siedm:
setnego Dziewiątego Dziewiątego.
M. Rudzienski Stu Chęciński. Locus
Sigilli Gentilitii in cera rubra hispani:
ca expressi. Quod ejusmodi Scriptum
sic ut præmissum per Oblatam porre:
ctum, Nos ad acta præsentia suscipi,
inscribi, et ex ijdem fideliter descriptum
Parti postulanti Authentice extradi
Originale verò rursus Offerenti resti:
tui, permisimus, de quo recepto Can:
cellariam quietavit, quietato præsentibus
et pro majori fide manu propria rese sub:
scripsit. Thomas Kitkiewicz Kmg Actus Warszawie
ut supra.

Actus

Actum Varsaviæ Sabbatho in Crastino Festi Sanctorum Petri et Pauli Apostolorum Die videlicet Trigesimâ Mensis Junii Annô Domini Millesimo Septingentesimo Quinquagesimo Nono. Regni verô nostri Anno XXVI.

Ad Relationem ejusdem Illrmi Excellentini et Rmi Dñi Michaelis Comitis de Granow Wodzicki Decani Cathedralis Cracovien. Abbatis Commendatarii Czervenen. et Claræ Tumbæ Mogilnen. Protancellarii Regni.

Roborant certum Contractum occasione Resignationis Bonorum Talenty cum attinentiis Generosi Ignatius Zatuski Zavichostensis et Vicovien. ex una, atq; Ignatius Przebendowski Pucen. ac Mirachovien. Capitanei partibus ex altera.

Augustus Tertius &c.

Significamus &c: Quod coram Actis præsentibus Metricis Regni Cancellariæ nostræ minoris comparentes personaliter Generosi Ignatius Zatuski Zavichosten. et Vicovien. ex una, atq; Ignatius Przebendowski Pucensis ac Mirachovien. Capitanei, partibus ex altera, sani mentibus et corporibus existentes, recedendo à Foro, Terris, et Jurisdictionibus suis quibusvis propriis, huic autem Jurisdi-

ctionj Nostræ Regiæ, quò ad infrascripta re:
cognoscenda attinet, sese subjiciendo et incor:
porando, palam, liberé ac benevolé recognove:
runt et qualibet illorum suo pro interesse re:
cognovit, præsentibusq; recognoscit. Quia
Ipsi Contractum certum inter se occasione
Resignationis Bonorum Talenty cum attj:
nentijs in Palatinatu Masovie Terra Var:
saviens sit hic Varsaviæ Die 25ta mensis
et Anni currentis conscriptum, manibusque
suis subscriptum, et Sigillis gentilitijs
communitum, ac Vadio Trecentorum Qua:
tuor Millium florenorum Polonicalium
firmatum, in omnibus punctis, clausulis
Articulis Conditionibus et ligamentis,
approbarunt, confirmarunt, roborarunt,
et ratificarunt, prout quidem per pre:
sentem ad acta hac comparitionem ap:
probant, confirmant, roborant et ratificant,
eidem Contractui stare, parere, et inomni:
bus ac singulis satisfacere sese cum Suc:
cessoribus, de et super Bonis suis omni:
bus mobilibus et immobilibus ac Summis
quibusvis pecuniarijs, inscribunt, obli:
gant, et assecurant, Idque sub Vadio Tre:
centorum Quatuor Millium Florenorum
Polonicalium in casu Contraventionis irre:
missibiliter succumbendo. Pro quo quidem
Vadio rei ipsa principali citati existentes
coram Officio Castrensi Varsaviensi seu
Judicio

Judicio Tribunalis Regni Petricovien^{s} perem:
ptorie praexisis omnibus protellationibus
Dilationibus et beneficiis juris suis cum Succ:
cessoribus respondebunt. Hac ipsorum per:
sonali Recognitione ad premissa mediante.
Alias in forma Inscriptionis Roborate:
rie de Jure plenissima firmissima et per:
fectissima. Pro majori vero firmitate ma:
nibus propriis sese subscripserunt. I. Za:
tuski E. C. C. m^{p} I. Przebendowski P. m.
Capitaneus m^{p}. Quam ejusmodi Inscriptio:
nem Roboratoriam sicut premissum facta^{m}
et recognitam nos firmam ac de Jure va:
lidam haberi volentes, eandem ad Acta
presentia suscipi, inscribi et ex ijdem fi:
deliter descriptam parti postulanti au:
thentice extradi permisimus. In quorum
Fidem &c: Actum Varsavie ut supra.

Donat Bona sua propria et hereditaria
Palenty dicta cum attinentiis in Pala:
tinatu Masovie Terra Varsavien^{s} uta
Gnosus Ignatius Zatuski Zavichosten^{s}
et Oicovien^{s} Capitaneus, Generoso Ignatio
Przebendowski Lucensi, Mirachovien^{si}
Capitaneo.

Augustus Vertius &c:
Significamus &c: Quod coram Actis presenti:
bus Metrices Regni Cancellarie Nostre
Minoris comparens personaliter Generosus

Ignatius Zatuski Zavichostensis, Cicoviensisq;
Capitaneus, sanus mente et corpore existens,
recedendo à Foro, Terris, et Jurisdictionibus suis
quibusvis propriis huic autem Jurisdictioni
Nostræ Regiæ quò ad infrascripta recognoscen-
da attinet, sese subjiciendo et incorporando,
palam, libere ac benevolè recognovit et præ-
sentibus recognovit. Quia Ipse Generoso Igna-
tio Krzebendowski Sucensi, Mirachoviensiq;
Capitaneo ejusq; Legitimis Successoribus
jam exnunc et defacto Bona sua propria et
hæreditaria Clavim Valentski dict, in Pala-
tinatu Masoviæ, Terra Varsavien sitt et
jacen, videlicet Valenty magna, Valenty
parva, Puchaty, Raszyn, Wypędy, Jaworo-
wo, Janki, et Derdy, Actis Castrensibus
Cracoviensibus Sabbatho post Octavas Festi
Sacratissimi Corporis Christi Domini proxime
Anno Domini Millesimo Septingentesimo
Quinquagesimo Octavo, ab olim Adm Rndo
in Christo Patre Domino Andrea Stanislao
Kostka Comite in Zatuskie Zatuski Epi-
scopo Cracoviensi Duce Severiæ Patruo suo,
sibi resignata, cum omni et integro Jure
suo, Dominio, proprietate, propinquitate,
titulo hæreditario, ac omnibus eorunden
Bonorum utilitatibus, usibus fructibus
proventibus, commodis et obventionibus,
Palatio et horto in ijsdem Bonis Valenty
magna sitt, Areis, Curiis, Ædificiis, Structu-
ris parvis et magnis, sepibus, sepimentis,
pascuis, emissoriis, hortis pomariis, apibus

apiste:

apizteriis, agris, pratis, Campis, Sylvis, Borris,
gaiis, nemoribus, arbustis, virgultis et inda:
ginibus, aquis, Stagnis, Lacubus, piscinis,
piscinulis, fluviis, fluminibus, rivis, rivulis,
torrentibus, acquarumvis aquarum decur:
sibus, molendinis, molendinatoribus, Taber:
nis, Tabernatoribus, Subditis, Cmethonibus
hortulanis, Inquilinis, tam in ijsdem Bonis
residentibus, quàm profugis eorumq' uxori:
bus, pueris, pecoribus, pecudibus, dierum la:
boribus, Datiis, Decimis, tributis, custodiis
vigiliis diurnis et nocturnis, cunctaq' obe:
dientia et Subditura Cmethonali per ipsos
prestari solita, cunctis denq' attinentiis
et pertinentiis, ad eadem Bona ab antiquo
spectan', etiam cum Jure Patronatus pre:
sentandorum quorumvis Ecclesiasticorum
Beneficiorum in ijsdem Bonis existentiu'
nihil ubi uisq' Successoribus quidquam Ju:
ris aut cujusvis pretextus et pretensionis
ad eadem Bona reservando, seu quovis modo
excipiendo, sed ita, late, longè circumferen:
tialiterq' prout in suis metis et Limitibus
extant, et extenduntur, dat, donat, confert
inscribit et resignat, pura, mera et irrevo:
cabili Donatione perpetuo et in evum.
Intromissionemq' ipsi in prefata Bona pre:
sentibus resignata, per Ministerialem
Regni generalem quemvis et Nobiles duos,
quosvis fautius, pro tempore conducendos
realem cum actuali et pacifica possessione

Officiose acceptandam libere dat et defacto
admittit. Submittitq; se praterea ac in Bo:
nis suis generaliter omnibus inscribit
Idem Generosus Recognoscens, eundem Ge:
nerosum Donatarium suum et Ejus Suc:
cessores ab omnibus generaliter impedi:
mentis Juridicis et extrajuridicis, omni:
um et singularum Personarum propin:
quarum et remotarum, cujuscunq; sta:
tus Sexus et Conditionis existentium,
tumq; Inscriptionibus prioribus et poste:
rioribus, debitis, vinculis, et oneribus,
quæ sint aut fuerint, tueri defende:
re, evincere, eliberare, et intercedere, in:
demnemq; semper ipsum, et ejus Succes:o:
res toties quoties opus et necesse fuerit,
indemnes reddere, Idque sub Vadio Trecen:
torum quatuor Millium florenorum Poloni:
calium in casu alicujus exorti impedimenti
et non facta tuitionis et evictionis, ad sol:
vendum irremissibiliter succumbendo.
Pro quo quidem Vadio reg; ipsa principali
citatus existens memoratus Generosus
Recognoscens, ex Instantia Generosi Do:
natarii sui, sive Ejus Successorum, coram
Officio Castrensi Varsaviensi seu Judicio
Tribunalis Regni Petricovien tenebitur
suis cum Successoribus Recessu supra
scripto mediante, semper in primo Juris
Citationisq; Termino, tanquam peremptorio
rio peremptorie stare, Juri parere, respon:

dere

dere, comparendo damna predicta Ter.
restria succubita solvere, quibus solutis
nihilominus Inscriptioni suae praesenti Do:
natoriae in toto satisfacere, ac omne Jud:
catum de Jure non exeundo pati; absque
omni dilatione, defensione exceptione,
praescriptione, protestatione, evasione, evo:
catione, motione et appellatione, earum
modo quovis prosecutione. Hac ipsius per:
sonali Recognitione ad premissa medi:
ante. Alias in forma Inscriptionis Dona:
toriae et Resignatoriae de Jure plenissima
firmissima et perfectissima. Pro majori
vero firmitate manu propria sese subscri:
psit. S. Zaluski Z. O. C. mp. Quam ejus
modi Inscriptionem Donatoriam sic ut pre:
missum factam et recognitam nos firmam
ac de Jure validam haberi volentes eandem
ad acta praesentia suscipi, inscribi et ex i:
dem fideliter descripti parti postulanti
authentice extradi permisimus. In quorum
fidem &c: Actum Varsaviae ut supra.

Quietat Generosus Ignatius Za:
luski Zavichosten: et Cicoviensis
Capitaneus de Summa Trecento:
Quatuor Millium florenorum
Polonicalium ex pretio Bonorum
Zalenty cum attinentiis proveni:
entium Ignatium Przebendowski
Lucensem, Mirachovien: Capitaneum

Augustus Tertius &c:
Significamus &c: Quòd coram Actis præs:
sentibus Metrices Regni Cancellariæ
Nostræ minoris comparens personaliter
Generosus Ignatius Zaluski Zavichostensis
Oicovien^s Capitaneus, sanus mente et corpore
existens, recedendo à Foro, Terris et Jurisdi:
ctionibus suis quibusvis propriis, huic au:
tem Jurisdictioni Nostræ Regiæ quòad in:
frascripta recognoscenda adinet esse subji:
ciendo et incorporando, palam, liberè ac
benevolè recognovit et præsentibus recogno:
scit. Quia Ipse Generosum Ignatium Prze:
bendowski, Lucensem, Mirachoviensemque
Capitaneum ejusq' legitimos Successores jam
exnunc et defacto de Summa Trecentorii^m
Quatuor millium florenorum Polonicalii^m
pro pretio Bonorum Talenty Major, Talenty
minor, Suchaty, Raszyn, Wypędy, Jawo:
rowo, Jenki et Derdy in Palatinatu Masoviæ,
Terra Varsavien^s sitt^a et jacen^s, hodierno
sub Actu Resignatorum constituta prove:
niente, Contractuq' Resignatorio de Data il:
lius hîc Varsaviæ Die 25. Mensis et Anni
curren^s inter se Recognoscentem ab una et
eundem Ignosum Ignatium Przebendowski
Lucensem, Mirachoviensemq' Capitaneum
parte ab altera inito et conscripto, manu:
bus ab utriusq' subscripto, Vadio Trecentor^m
Quatuor Millium florenorum Polonicalii^m
firmato, Sigillisq' gentilitiis communito,
hodierno sub Actu roborato ad solvendum
apte:

assecurata, tum de ipsomet Contractu resi:
gnatorio Vadio, Contentis, et Ligamentis, e:
jusq: roboratione quò attinet ad exsolutio:
nem ejusdem Summæ, ob præstitam sibi Re:
cognoscenti sufficientem Satisfactionem, rea:
lemq: ejusdem Summæ Præcentorum Lua:
lor Millium florenorum polonicalium
persolutionem quietat, emittit et liberum
absolutumque cum Successoribus ejus facit
et pronuntiat, suprafatum Contractum cu:
jus contentis, Vadio et Ligamentis ac Robo:
ratione, quò ad præmissam Summam per se
Recognoscentem actualiter levatam spectan:
tem, nihil sibi suisq: Successoribus quidqua:
juris prætextus et prætensionis, intuitu ejus:
dem Summæ reservando et excipiendo, tollit
cassat, mortificat, et annihilat perpetuo et
in ævum. Hac sua personali Recognitione
ad præmissa mediante. Alias in forma Jn:
scriptionis Quietatoriæ de jure plenissima
firmissima et perfectissima. Pro majori vero
firmitate manu propria sese subscripsit.
L. Zaluski. Z. O. C. mp. Quam ejusmodi Jn:
scriptionem Quietatoriam sicut præmissum
factam et recognitam, Pos firmam ac de
jure validam haberi volentes, eandem ad
Acta præsentia suscipi, inscribi et ex ijsdem
fideliter descriptam parti postulanti au:
thentice extradi permisimus. In quorum
fidem &c. Actum Varsaviæ ut supra.
Edit Generosa Isabella Kicińska

De Capitaneatu Krzeczoviensi in Pala:
tinatu Cracovien^s sibi Gnóso Adamo
Czerny Ensifero Ducatuum Zatorien^s
et Oswiecimen^s.

Augustus Tertius &c:

Significamus &c: Quod coram Actis praesenti:
bus Metrices Regni Cancellariæ Nostræ mino:
ris comparens personaliter Generosa Isabella
Kicinska, Gnósi dim Valeriani Kicinski Ca:
pitanei Krzeczovien^s Consors derelicta Vidua,
sana mente et corpore existens, recedendo à
Foro, Terris et Jurisdictionibus suis qui:
busvis propriis, huic autem Jurisdictioni
Nostræ Regiæ, quó ad infrascripta attinet,
sese subjiciendo et incorporando, palam, libere
ac benevolé recognovit et praesentibus reco.
gnovit. Quia Ipsa inhærendo Literis Con:
sensus Nostri Regii, sibi Recognoscenti
ad cedendum de Bonis infrascriptis per
Nos benigniter concessi, manu Nostra Regia
subscripto et Sigillo majori Regni commu:
nito in suo Originali illæso coram Actis præ:
sentibus exhibito Tenoris ejusmodi: Augu:
stus Tertius Dei Gratia Rex Poloniæ, Magnus
Dux Lithuaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ,
Samogitiæ, Kijoviæ, Volhyniæ, Podoliæ, Podla:
chiæ, Livoniæ, Smolenciæ, Severiæ, Czer:
nichoviæq; necnon Hæreditarius Dux
Saxoniæ et Princeps Elector. Significamus
praesentibus Literis Nostris, quorum interest.
(Nostris quorum interest) universis et sin:
gulis, Consensisse Nos et permisisse, Gnósa:

Isabellæ

Isabella Kicinska, ut possit et valeat de omni
et integro Jure suo Advitalitio quod ipsi post fa:
ta dlm Jnósi Valeriani Kicinski Mariti sui
super Capitaneatum Nostrum Krzeczovi:
ensem in Palatinatu Cracovien: situm, anti:
quitus ad Bona magna Procurationis Arcis
Nostre Cracoviensis pertinenten servit et
competit cedere, illudq; in Personam Jnósi
Adami de Schwartzenberg Czerny Ensise:
ri Ducatuum Zatoriensis et Oswiecimen:
transferre et transfundere. Cuiquidem
Cessió Juriq; transfusio, postcaquam coram
Actis quibusvis Authenticis Regni facta
et recognita fuerit, Nos eam ratam et gra:
tam habituri sumus, Vigore cujus quidem
Cessionis præsentisq; Consensus Nostri Re:
gii memoratus Generosus Czerny, eunden
Capitaneatum Nostrum Krzeczovien:
cum Titulo Capitaneali omnibusq; Villis
prædiis, fundis, agris, pratis, Campis, pascu:
is, Sylvis, nemoribus, Piscinis, Stagnis, flu:
viis, fluminibus, molendinis, Tabernis, Cyriis
ædificiis, Structuris, Subditis, Jnquilinis eo:
rumq; laboribus, Censibus, proventibus, ob:
ventionibus, commodis, emolumentis, attinen:
tiisq; et pertinentiis generaliter universis ad
eundem spectantibus una cum viginti dolis
Salis ex Salizfodinis nostris Bochnensibus
pro reparatione Viarum ex antiquo pendi
solitis, nullis penitus exceptis, tenebit, et pos:
sidebit ad extrema vitæ sue tempora. Pro:

mittimusq; pro Nobis et Sereniſſimis Succeſſo:
ribus Noſtris, non eſſe nos memoratum Gnōsw
Czerny ab usu et pacifica poſſeſſione aepe
dicti Capitaneatus Noſtri Krzeczoviensis
amoturos aut alienaturos, neminiq; amo:
vendi aut alienandi potestatem daturos,
sed plenum et integrum jus advitale eidem
conservaturos. Quod et Sereniſſimi Succeſſo:
res Noſtri praestabunt. Ratione cujus Ad:
vitalitatis non tantum solitam Quartam
Proventuum partem ad Thesaurum Regni
stato tempore solvere, sed et Summam cer:
tam pecuniariam seorsivo Scripto Nobis
dato asecuratam in Recognitionem Do:
minii Noſtri singulis Annis prout imme
diati Poſſeſſores pendebant, pendere tene:
bitur. Juribus Noſtris Regalibus Reipblicae
Eccleſiaq Catholicae Romanae salvis. In quo:
rum fidem praesentes manu nra subscri:
ptas Sigillo Regni communiri juſſimus.
Datum Varsaviae Die VII. mensis Apri:
lis. Anno Domini MDCCLIX. Regni vero
Noſtri XXVI. Anno. Consensus Gnōsae Isa:
bellae Kicinska ad Cedendum de Capita:
neatu Krzeczovien.e in Palatinatu Craco:
viensi sito, in personam Gnōsi Adami
Czerny Ensiferi Ducatuum Zatoriensis
et Osvieciment.q datur. Augustus Rex.
Locus Sigilli majoris Cancellariae Regni:
Adalbertus Rakowski Pocillator Terrae Vi:
sien.e Sigilli majoris Regni Secretarius.
Antonius de Stogowa Kossowski Thesaurarius

Curiae

Curia Regni imp. Jam exnunc et de facto de
omni et integro jure suo advitalitio, quod
quantum et quale sibi Recognorcenti adpra:
fatum Capitaneatum Krzeczoviensem in La:
latinatu Cracoviensi lib. vigore Privilegii et
Jurium suorum servit et competit, et huc:
usq; serviebat et competebat, in Personam
Generosi Adami Czerny Ensiferi Ducatuum
Zatorien. et Osviecimen. cessit, abscessit, con:
descendit, prout praesentis Cessionariae In:
scriptionis virtute, tam de praefata advitali:
tate, Privilegio et Juribus suis, quam de
eodem Capitaneatu Krzeczoviensi ipsiusq
Villis, praediis, fundis, agris, pratis, campis
parcuis, Sylvis nemoribus, piscinis, Stagnis
fluviis, fluminibus, molendinis, Tabernis,
Curiis, edificiis, Structuris, Subditis, Inquili:
nis eorumq; laboribus Censibus, proventibus,
obventionibus commodis, emolumentis, at:
tinentiisq; et pertinentiis generaliter uni:
versis ad eundem Capitaneatum spectantibq
una cum Viginti Doliis Salis, ex Salinis Sodi:
nis Bochnensibus, pro reparatione Viarum
ex antiquo pendi solitis, nullis penitus ex:
ceptis, aut pro se, aut pro quopiam alio re:
servatis, cedit, condescendit et plenarie ad
tenendum, habendum, fruendum et posi:
dendum resignat, omneq; Jus suum Advi:
talitium, Possessionem et usumfructum,
in eundem Dnum Adamum Czerny trans.
fert, transfundit et transportat, Intro:
missionem realem et Actualem cum pacifica

possessione per ministerialem Regni gene:
ralem et Duos Nobiles in præditum Capita:
neatum Krzeczovien^s Bonag^s ejus præ:
sentibus absccssa Officiose acceptandam
eidem Generoso Adamo Czerny Ensifero Du:
catuum Zatorien^s et Osviecimen^s dat, con:
cedit et libere admittit, nec per se, nec
per quasvis submissas et subordinatas
Personas prepediturum aut impugnatu:
rum, imo libere admissuram se inscribit
et obligat. Hac sua personali Recognitio:
ne ad premissa mediante. Alias in forma
Inscriptionis Cessionariæ de jure pleniss:ma
firmiss:ma et perfectiss:ma. Promajori ve:
ro firmitate manu propria se subscri:
psit. S. Kicinska S.R. Quam ejus modi
Inscriptionem Cessionariam sicut præmiss^m
factam et recognitam nos firmam ac de
Jure validam haberi volentes, eandem ad
Acta præsentia suscipi, inscribi et ex ijsdem
fideliter descriptam Parti postulanti Au:
thentice extradi permisimus. In quorum
fidem &c. Actum ut supra.

Roborant certum Contractum Nobiles
Antonius et Sophia Leulierowie ex
una, et Generosus Alexander Osolinski
Capitaneus Drohicien^s atq Mścica
Osolinska Castellana Patrinen^s par:
tibus ex altera.

Augustus Tertius &c.

Significamus &c. Quòd coram Actis præsen:

tibus

tibus Metrices Regni Cancellaria nostra
minoris comparentes personaliter Nobiles
Antonius et Sophia Leulierowie Conjuges
Legitimi, Maritus quidem per se, Consors
vero in ejusdem mariti sui, uti Tutoris Con:
jugalis assistentia exuna, et Gnôsus Ale:
xander Osolinski Capitaneus Drohiciensis
suo et Gnôsi Joannis Comitis Osolinski Ca:
stellani Gostinensis Patris sui, vigore Specia:
lis Plenipotentiæ ab eodem Gnôso Castellano
Gostinensi coram Actis Castrensibus Nu:
rensibus, Feriâ Sexta pridie Festi Sanctorũ
Trium Regum Anno præsenti Millesimo
Septingentesimo Quinquagesimo Nono sibi
ad infrascripta peragenda facta et inscripta
pro cujus ratihabitione pacem cavet et
se in forma Juris quàm plenissima inscribit:
nomine, atq; Generosa Ludovica de Zatuskie
Osolinska Castellana Gostinensis, in assisten:
tia memorati Generosi Alexandri Osolinski
Capitanei Drohiciens. uti Specialis à Gnôso
Castellano Gostinensi marito suo Constitu:
ti Plenipotentis agentes partibus ex altera
sani mentibus et Corporibus existentes, re:
cedendo à Foro, Terris et Jurisdictionibus
suis quibusvis propriis, huic autem Jurisdi:
ctioni Nostræ Regiæ, quò ad infrascripta
recognoscenda attinet, se se subjiciendo et
incorporando, palam, liberè ac benevolè re:
cognoverunt, et quisq; illorum suo pro interesse

recognovit. Quia Ipsi Contractum certum
obligatorium occasione Palatii antiquitus
Juszynski vocitati in Platea miodowa sit-
hic Varsavia Die 24. mensis et anni
curren. conscriptum, manibusq; suis sub-
scriptum et Sigillis gentilitiis communitum
ac Vadio Duorum Millium Sexcentorum
Aureorum Hungaricalium firmatum
in omnibus, punctis, clausulis, articulis
conditionibus et Ligamentis, approbârunt
confirmârunt, roborârunt et ratificârunt
prout quidem per presentem ad Acta hac
comparitionem approbant, confirmant, ro-
borant et ratificant, eidemq; Contractui
stare parere et in omnibus ac singulis sa-
tisfacere sese inscribunt obligant et asse-
curant. Idque sub Vadio Similis Summe
Duorum millium Sexcentorum Aureorum
Hungaricalium in casu Contraventionis
irremissibiliter succumbendo. Pro quo qui-
dem Vadio reg. ipsa Principali citati exi-
stentes coram Officio sibi competenti sive
Judicio Mareschalcatus Regni, aut in casu
Interregni Judicio Capturali Varsaviensi
praevijs omnibus protellationibus, Dilatio-
nibus et beneficijs Juris, peremptorie re-
spondebunt. Hac ipsorum personali Recogni-
tione ad premissa mediante. Alias informa
Inscriptionis Roboratoriæ de Jure plenissima
firmissima et perfectissima. Pro majori vero

firmitate

firmitate manibus propriis respective subscripsere-
runt - Ludowika z Zatuskich Osolinska
K. S. Alexander Osolinski S. D. Antoine,
Leullier Zofia Leullier z Puszetow. Quas
ejusmodi Inscriptionem Roboratoriam sic
ut premissum factam et recognitam Nos
firmam ac de Jure validam haberi volen-
tes, eandem ad Acta praesentia suscipi,
inscribi et ejusdem fideliter descriptae parti
postulanti authentice extradi permisimus.
In quorum fidem &c. Actum ut supra.

Actum Varsaviae Feriâ Ter-
tiâ in Crastino Festi Visi-
tationis Beatissimae Vir-
ginis Mariae Die videlicet
Tertiâ mensis Julii Annô
Domini Millesimo Septin-
gentesimo Quinquagesimo
nonô. Regni verò Nostri
Annô XXVI.

Ad Relationem Ejusdem Illustrini
Excellini et Rndmi Dni Protancel-
larii Regni. ut supra.

Coram Generosi Carolus de Schmidt Ju-
stitiarius rerum Bellicarum Consiliarius
Sacrae Mtis et Anna de Fryze Conjuges
de Villa Olszanik in Aconomia Sam-
borien. sita, Generoso Valentino Sobo-
lewski Nobili Cubiculario Sacrae Mtis
Augustus Certius &c.

Significamus &c: Quòd coram actis presentibus Metrices Regni Cancellariæ Nostræ minoris comparentes personaliter Jnósi Carolus de Schmidt Jntimus rerum Bellicarum Consiliarius Nolter et Anna de Fryze Conjuges legitimi, Maritus quidem per se, Uxor verò in assistentia ejusdem Mariti sui ut Tutoris Conjugalis agentes, sani mentibus et corporibus existentes, recedendo à Foro, Terris et Jurisdictionibus suis quibus vis propriis huic autem Jurisdictioni Nostræ Regiæ, quo ad infrascripta recognoscenda attinet sese subjiciendo et incorporando, palam, liberè ac benevolè recognoverunt, presentibusque recognoscunt. Cujus Rei inhærendo Literis Consensûs Nostri Regii de Data illius hic Varsaviæ Die Vigesima Quintâ mensis Junii Anno currenti Millesimo Septingentesimo Quinquagesimo Nono, sibi Recognoscentibus ad cedendum de Villa Olszanitz in Dicomia Samboriensi sita, per Nos benigne concessis, manu Nostrâ Regia subscriptis et Sigillo Regni minori communiri, ad presens in suo Originali illaso exhibitis Tenoris sequentis= Augustus Tertius Dei Gratiâ Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithuaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, Samogitiæ, Kijoviæ, Volhyniæ, Podoliæ, Podlachiæ, Livoniæ, Smolenscia Severiæ, Czerniechoviæque nec non Hæreditarius Dux Saxoniæ et Princeps Elector. Significamus presentibus Literis Nostris quorum

interest

interest universis et singulis. Consensisse
Nos et permisisse, consentireq' et permittere
Generosis Carolo de Schmidt Intimo Reru
Bellicarum Consiliario Nostro, et Annæ
de Fryze Conjugibus, ut possint et valeant
de omni et integro jure suo advitalitio
quod Ipsis super Villam Olszanitz, in Di-
cònomia Nostra Samboriensi utam, ser-
vit et competit, cedere, illudq' in Personam
Generosi Valentini Sobolewski Nobilis Cu-
biculárii Nostri plenarie transferre et
transfundere. Qua quidem Cessio Juriq'
transfusio, postea quam coram Actis qui-
busvis Authentiris Regni facta et reco-
gnita fuerit, Nos eam ratam et gratam
habituri sumus, uti eam qua previo
hoce Consensu Nostro peragetur. Vigore
cujus Cessionis, presentisq' Consensus
Nostri, Idem Generosus Valentinus Sobo-
lewski memoratam Villam Olszanitz cum
prædio Curiis, Ædificiis, Structuris, Arcis
Agris, pratis, Campis, Sylvis, horris, gais
nemoribus, fluviis, fluminibus, lacubus,
Stagnis, piscinis, molendinis, tabernis,
Subditis, Cmethonibus, Hortulanis et
Inquilinis, eorumq' laboribus, Censibus
Dationibus ac quibusvis utilitatibus
commodis, emolumentis et obventionibus
cunctisq' attinentiis et pertinentiis, anti-
quitus spectantibus ad eandem Villam,
nullis penitus exceptis, sed ita late, longe,

circumferentialiterq; prout in suis metis
et granicziebus extabat, extat, extareque
debet, tenebit, habebit, et possidebit ad ex:
trema vitæ sua tempora. Promittimus
autem pro Nobis et Serenissimis Suc:
cessoribus Nostris, non esse nos Seren:
simosq; Successores Nostros prædictum
Gnōsum Sobolewski ab usu et pacifica
possessione memorata Villæ Olszanie
amoturos aut alienaturos, neq; amoven:
di aut alienandi cuipiam potestatem
daturos, sed salvum et integrum Jus
Advitalitium Ipsi conservaturos, quod
et Serenissimi Successores Nostri præsta:
bunt. Juribus Nostris Regalibus, Reipublicæ
Ecclesiaeq; Romano Catholicæ salvis. In
cujus rei fidem præsentes manu Nrā
subscriptas, Sigillo Regni communiri
jussimus. Datum Varsaviæ Die XXV.
Mensis Junii Anno Domini MDCCLIX.
Regni vero Nostri XXVI. Anno. Consensus
cedendi de Villa Olszanie in Œconomia
Samboriensi sita, Gnōsis Carolo de Schmidt
et Annæ de Fryze conjugibus in Perso:
nam Gnōsi Valentini Sobolewski Nobilis
Cubicularii Nostri datur. Augustus
Rex. Locus Sigilli Minoris Cancellariæ
Regni. Antonius Sikorski Secretarius
et Sigilli Regni Secretarius mp. Pro Can:
cellariatu Illmi Excellmi et Rmi Dni
Michaëlis Comitis de Granow Wodzicki
Decani.

Decani Cathlis Cracovien^s, Abbatis Commen:
datarii Cervenen^s et Clare Tumbe, Cancellarii Regni, Sigillatum. Jam ex nunc
et de facto de omni et integro jure suo
advitalitio, quod, quantum et quale sibi
Recognoscentibus ad prefatam Villam Ol:
szanik in Oeconomia Samboriensi, vitam
vigore Privilegii et Jurium suorum ser:
vit et competit ac hucusq' serviebat et
competebat, in Personam Jnóxi Valenti:
ni Sobolewski Nobilis Cubicularii Nostri
cesserunt, abcesserunt et condescenderunt
prout presentis Cessionaria Inscriptionis
virtute tam de pretacta Advitalitate
Privilegio ac Juribus suis, quàm de
eadem Villa Olszanik, ejusq' Adificiis
Prædiis, Agris, Pratis, Campis, Sylvis, horris,
gaiis, nemoribus, stagnis, Piscinis, lacu:
bus, fluviis, fluminibus, molendinis, bra:
xatoriis, Tabernis, Subditis, eorumq' diur:
nis laboribus, Censibus, Dationibus, com:
modis et emolumentis, cunctis denique
attinentiis et pertinentiis generaliter u:
niversis, nullis penitus exceptis, nihil
pro se, aut pro quopiam alio reservatis,
cedunt, condescendunt et plenarie' ad te:
nendum, habendum fruendum et possiden:
dum resignant, omneq' Jus suum Advi:
talitium possessionem et usum fructum
in eundem Generosum Valentinum Sobolew:

transferunt, transfundunt, et trans:
portant. Intromissionem realem et actu:
alem cum pacifica possessione, per mini:
sterialem quemvis Regni generalem
et Nobiles duos quosvis facilius con:
ducendos, in praditam Villam Oliwae
acceptandam eidem Jnõso Sobolewski
Cessionario suo, dant, concedunt, et li:
bere admittunt, nec per se, nec per quas:
vis submissas et subordinatas Personas
prepedituros aut impugnaturos, imo'
libere admissuros sese inscribunt et
obligant. His suis personalibus Reco:
gnitionibus ad premissa mediantibus.
Aliàs informa Inscriptionis Cessiona:
riæ de Jure plenissima, firmissima
et perfectissima. Pro majori verò fir:
mitate manibus propriis sese subscri:
serunt. Carolus de Schmidt, Anna
de Schmidt. Quam ejus modi Inscripti:
onem Cessionariam sicut premissum
factam et recognitam Nos firmam ac
de Jure validam haberi volentes eandem
ad Acta præsentia suscipi, inscribi et
ex ijsdem fideliter descriptam Partipo:
stulanti Authentice extradi permisimus.
In quorum fidem &c: Actum ut supra.

Cedunt Generosi Carolus de Schmidt
et Anna de Fryze Conjuges de Villa
Czerchawa in Oeconomia Samboriensi

sita

sita Generoso Valentino Sobolewski:

Augustus Tertius &c:

Significamus &c: Quod coram Actis praesenti: bus Metrices Regni Cancellariæ Nostræ Minoris comparentes personaliter &c: nerosi Carolus de Schmidt Intimus Regiæ Bellicarum Consiliarius Noster et Anna de Fryze Conjuges legitimi, Maritus quidem per se, Uxor verò in assistentia ejusdem Mariti sui uti Conjugalis Tutoris agentes, sani mentibus et corporibus existentes, recedendo à Foro, Terris et Jurisdictionibus suis quibusvis propriis huic autem Jurisdictioni Nostræ Regiæ quo ad infrascripta recognoscenda acti: net, se se subjiciendo et incorporando, pala: libere ac benevole recognoverunt et præ: sentibus recognoscunt, Quia Ipsi inhæ: rendo Literis Consensus Nostri Regii de Data illius hic Varsaviæ Die Vigesima Quintâ Mensis Junii Anno currenti Millesimo Septingentesimo Quinquage: simo Nono, sibi Recognoscentibus ad ce: dendum de Villa Czerchawa in Œconomia Samboriensi sita per Nos benignè concessa Manu Nostra Regia subscriptis et Sigillo Regni "minori" communitis ad præsens in suo Ori: ginali illaso exhibitis Tenoris sequentis:

Augustus Tertius Dei Gratiâ Rex Poloniæ Magnus Dux Lithvaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, Samogitiæ, Kijoviæ, Volhyniæ

Podoliæ, Podlachiæ, Livoniæ, Smolensciæ,
Severiæ, Czerniechoviæq; necnon Hære-
ditarius Dux Saxoniæ & Princeps Elector.
Significamus præsentibus Literis No-
stris quorum interest universis et
singulis: Consensisse Nos et permisisse
consentireq; et permittere Generosis Ca-
rolo de Schmidt Intimo Rerum Bellica-
rum Consiliario Nostro et Annæ de Fry-
xe Conjugibus ut possint et valeant
de omni et integro Jure suo Advitalitio
quod Ipsis super Villam Czerchawa in
Œconomia Nostra Samboriensi sitam
servit et competit, cedere, illudq; in Per-
sonam Generosi Valentini Sobolewski
Nobilis Cubicularii Nostri plenarie trans-
ferre et transfundere. Quæ quidem Cessio
Jurisq; transfusio posteaquam coram
Actis quibuscunq; Authenticis Regni
facta et recognita fuerit. Nos eam ratam
et gratam habituri sumus, uti eam
quæ prævio hocce Consensu Nostro per-
agetur. Vigore cujus Cessionis, Jurisq;
Transfusionis præsentisq; Consensus
Nostri prædictus Gnosius Sobolewski e-
andem Villam cum omnibus fundis a-
reis, Curiis, Prædiis, Ædificiis, Pratis, Cam-
pis, hortis, Sylvis, nemoribus, fluviis
fluminibus, Stagnis, piscinis, lacubus,
molendinis, Braxatoriis, Tabernis, Subdi-
tis, eorumq; laboribus, Censibus, Dationibus,

cunctisq;

cunctisq' attinentiis et pertinentiis, nullis
penitus exceptis, ita late, longe et circum:
ferentialiter prout ab antiquis et immé:
diatis Possessoribus tenebatur, tenebit,
habebit et possidebit ad extrema vita
sua tempora. Promittimus autem pro
Nobis et Serenissimis Successoribus no:
stris, non esse Nos Serenissimosq' Succesó:
res nostros ab usu et pacifica possessione
dicta Villa prefatum Gnósum Valenti:
num Sobolemsui amoturos aut alienatu:
ros, neq' amovendi, aut alienandi pote:
statem cuipiam daturos, sed salvum et
integrum jus advitalitium eidem con:
servaturos, quod et Serenissimi Successores
nostri prestabunt. Ratione cujus ad:
vitalitatis solitam Proventuum Quartam
Ravam ad Thesaurum Regni tum et u:
sitata Fundi onera, ad Economiam
Nostram Samboriensem quotannis in:
ferre tenebitur. Juribus Nostris Rega:
libus, Reipublice, Ecclesiq' Romano
Catholice Salvis manentibus. In quorum
Fidem presentes manu nostra subscri:
ptas Sigillo Regni communiri jussimus.
Datum Varsavie Die XXV. mensis Junii
Anno Domini MDCCLIX. Regni vero
nostri XXVI. Anno. Consensus Cedendi
de Villa Czerchawa in Economia Sam:
boriensi sita, Gnósis Carolo de Schmidt

Intimo Consiliario Bellico, et Annæ de
Fryze Conjugibus, in Personam Generosi
Valentini Sobolewski, Nobilis Cubicularii
S.R.M.tis datur. Augustus Rex. Locus
Sigilli Minoris Cancellariæ Rñi: Antoni:
us Sikorski S.R.M.tis et Sigilli Regni
Secretarius mp. Prolancellariatu Illmi
Excellmi et Rñi Dñi Michaelis Comitis
de Granow Wodzicki Decani Cathedralis
Cracovien.is Abbatis Commendatarii Cer:
ven.s et Claræ Tumbæ, Prolancellarii
Regni Sigillatum; Jam exnunc et defa:
cto de omni et integro Jure suo advita:
litio quod, quantum et quale, sibi Recogno:
scentibus ad præfatam Villam Czercha:
wa in Œconomia Samboriensi sitam,
vigore Privilegii et Jurium suorum
servit et competit, ac hucusq; serviebat
et competebat, in Personam Generosi Va:
lentini Sobolewski Nobilis Cubicularii
Nostri cesserunt, abcesserunt et conde:
scenderunt, prout præsentis Cessionariæ
Inscriptionis virtute, tam de prætacta
Advitalitate, Privilegio ac Juribus suis
quàm de eadem Villa Czerchawa, ejusq;
Ædificiis, Prædiis, agris, pratis, Campis,
Sylvis, borris, gajis, nemoribus, Stagnis
piscinis, lacubus, fluviis, fluminibus,
molendinis, Braxatoriis, Tabernis, Subdi:
tis, eorumq; diurnis, laboribus, Censibus,
Solutionibus, commodis, et emolumentis

cunctis

cunctis denig attinentiis et pertinentiis generaliter universis, nullis penitus excep-
tis, nihil pro se aut pro quopiam alio re-
servatis, cedunt, condescendunt, et plenarie
ad tenendum, habendum, fruendum et
possidendum resignant, omneg Jus suum
advitalitium possessionem et usumfru-
ctum in eundem Generosum Valentinum
Sobolewski transferunt, transfundunt et
transportant. Intromissionem realem
et actualem cum pacifica Possessione per
ministerialem quemvis generalem
et Nobiles duos quosvis facilius condu-
cendos in praeditam Villam Czerchawa
Officiose acceptandam eidem Generoso
Sobolewski Cessionario suo dant, conce-
dunt et libere admittunt, neceper se, nec
per quasvis submissas et subordinatas
Personas praepeditueros aut impugnatu-
ros, imo libere admissuros sese inscribunt
et obligant. His suis personalibus Reco-
gnitionibus ad premissa mediantibus.
Alias informa Inscriptionis Cessionariae
de Jure plenissima firmissima et perfec-
tissima. Pro majori vero firmitate manibus
propriis sese subscripserunt. Carolus de
Schmidt. Anna de Schmidt. Quam ejus mo-
di Inscriptionem Cessionariam sicut pre-
missum factam et Recognitam Nos firma
de de Jure validam liberi volentes, eam-
dem ad acta presentia suscipi, inscribi,

et ex ijdem fideliter descriptam Partipo:
stulanti Authentice extradi permisimus.
In quorum fidem &c: Actum Varsaviæ
ut supra.

Coram Nos Generosi Carolus Schmidt
Consiliarius Intimus Bellicus Ste
Rae Mtis et Annâ de Fryze Conjuges
de Advocatia in Villa Ludawica
et Aconomia Samboriensi sitâ Jnõso
Valentino Sobolewski, Nobili Cubicu:
lario Stae Rae Mtis.

Augustus Pertius &c:
Significamus &c: Quòd coram Actis pre:
sentibus Metrices Regni Cancellariæ
Nostræ Minoris comparentes perso:
liter Jnõsi Carolus Schmidt, Intimus
rerum Bellicarum Consiliarius, No:
ster et Anna de Fryze Conjuges legitimi
maritus per se, Uxor vero in assistentia
ejusdem Mariti sui utiq Tutoris Conju:
galis agentes, sanimentibus et corpo:
ribus existentes, recedendo à Foro, Terris
et Jurisdictionibus suis quibuscuis pro:
priis huic autem Jurisdictioni Nostræ
Regiæ quò ad infrascripta recognoscenda
adhinet, sese subjiciendo et incorporando
palam, libere ac benevolè recognoverunt
præsentibusq; recognoscunt. Cui a Ipsi
inhærendo Literis Consensus Nostri Re:
gii de Data illius hic Varsaviæ Die Vigesima
Quintâ

Quintâ mensis Junii Anno nunc currenti
Millesimo Septingentesimo Quinquagesi-
mo Nono ubi Recognoscentibus ad cedendū
de Advocatia in Villa Lubawica et Acono-
mia Samboriensi ita, per nos benigne con-
cessis manu Nostra Regia subscriptis et
Sigillo Regni Minori communitis, ac
præsens in suo Originali illaso exhibitis
Tenoris sequentis= Augustus Tertius
Dei Gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Li-
thuaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, Samo-
gitiæ, Kijoviæ, Volhyniæ, Podoliæ, Podla-
chiæ, Livoniæ, Smolensciæ, Severiæ, Cher-
nichoviæq; necnon Hæreditarius Dux
Saxoniæ & Princeps Elector. Significamus
præsentibus Literis Nostris quorum inte-
rest universis et singulis. Consensisse
Nos et permisisse consentireq; et permit-
tere Generosis Carolo Schmidt Intimo rer.
Bellicarum Consiliario Nostro et Annæ
de Fryze Conjugibus, ut possint et vale-
ant de omni et integro Jure suo advita-
litio, quod Ipsis super Advocatiam in Vil-
la Lubawica, Regione seu Kraina Pod-
buzensi, Aconomia Nostra Samboriensi
sitam, servit, et competit, cedere, illudq;
in Personam Generosi Valentini Sobolewski
Nobilis Cubicularii Nostri plenarie transfer-
re et transfundere. Quæquidem Cessio
Juriq; Transfusio postea quam coram
Actis quibuscunq; Authenticis Regni

facta

facta et recognita fuerit, Nos eam ratam
et gratam habituri sumus, uti eam quæ
previo hocce Consensu Nostro peragetur.
Vigore cujus Cessionis, Jurisque transfu:
sionis presentis q Consensus Nostri, pre:
dictus Jnōrus Sobolewski eandem Advo:
catiam cum omnibus fundis, Areis, Cu
riis, Prædiis, Ædificiis, Agris, pratis, cam:
pis, Hortis, Sylvis, nemoribus, fluviis,
fluminibus, Stagnis, piscinis, lacubus
Molendinis, Braxatoriis, tabernis, Subditis
eorumq' laboribus, Censibus, Datiōnibus,
cunctisq' attinentiis et pertinentiis, nul:
lis penitus exceptis, ita, latè, longè et circum:
ferentialiter prout ab antiquis et immè:
diatis Possessoribus tenebatur, tenebit ha:
bebit et possidebit ad extrema vitæ suæ
tempora. Promittimus autem pro Nobis
et Serenissimis Successoribus Nostris
non esse Nos, Serenissimaq' Successores
Nostros ab usu et pacifica possessione
dictæ Advocatiæ prefatum generosum
Valentinum Sobolewski amoturos et abi:
enaturos, neq' amovendi aut alienandi
potestatem cuipiam daturos, sed salvum
et integrum jus advitalitium eidem
conservaturos, quod et Serenissimi Suc:
cessores Nostri præstabunt. Rationeju:
jus Advitalitatis solitam Proventuum
Quartam Ravam ad Thesaurum Regni
tum et usitata fundi onera ad Œconomi:
am Nostram Samboriensem quotannis

inferre

inferre tenebitur. Juribus Nostris Regalibus, Reipublicæ Ecclesiæq; Romano Catholicæ salvis manentibus. In quorum fidem præsentes manu Nostra subscriptas Sigillo Regni communiri jussimus. Datum Varsaviæ Die XXV. mensis Junii Anno Domini MDCCLIX. Regni vero Nostri XXVI. Anno. Consensus cedendi de Advocatia in Villa Lubawica et Œconomia Samboriensi Jnclyto Carolo Schmidt Comiti Liario Jntimo Bellico et Annæ de Fryze Conjugibus. in Personam Jnclyti Valentini Sobolewski Nobilis Cubicularii Sacræ Mattis datur. Augustus Rex. Locus Sigilli. Minoris Cancellariæ Regni. Antonius Sikorski Sacræ Mattis et Sigilli Regni Secretarius mp. Pro Cancellariatu Illustrissimi Excellentissimi et Revmi Dni Michaelis Comitis de Granow Wodzicki Decani Cathedr. Cracovien. Abbatis Commendatarii Cervien. et Claræ Tumbæ Prolancellarii Regni Sigillatum. Jam exnunc et defacto de omni et integro Jure suo advitalitio, quod, quantum et quale sibi Recognoscentibus ad præfatam Advocatiam in Villa Lubawica, Œconomia Samboriens. ubi vigore Privilegii et Jurium suorum servit et competit, ac hucusq; serviebat et competebat, in Personam Jnclyti Valentini Sobolewski Nobilis Cubicularii Nostri cesserunt, abscesserunt, et condescen-

derunt

derunt, prout præsentis Cessionaria Inscri-
ptionis virtute, tam de præfata Advitalita-
te Privilegio ac juribus suis quàm de ea-
dem Advocatia ipsiusq' ædificiis, Prædiis,
Agris, pratis, Campis, Sylvis, horris, gajis
nemoribus, Stagnis, Piscinis, lacubus, flu-
viis, fluminibus, molendinis, Braxato-
riis, Tabernis, Subditis, eorumq' diur-
nis laboribus, Censibus, dationibus, com-
modis et emolumentis, cunctis denique
attinentiis et pertinentiis generaliter
universis, nullis penitus exceptis, ni-
hil pro se aut progenie'am alio reserva-
tis, cedunt, condescendunt, et plenarie'
ad tenendum habendum, fruendum,
et possidendum resignant, omneq' Jus
suum Advitalitium, possessionem et usu
fructum in eundem Generosum Valenti-
num Sobolemve transferunt, transfun-
dunt et transportant. Intromissionem
realem et actualem cum pacifica Posses-
sione per Ministerialem quemvis gene-
ralem et Nobiles duos quorvis sacultis
conducendos in prædictam Advocatiam
Officiose' acceptandam, eidem Generoso
Sobolemve Cessionario suo dant, conce-
dunt et libere' admittunt, nec per se
nec per quasvis submissas et subordi-
natas personas præsecturos aut im-
pugnaturos, imo libere' admissuros, se se
inscribunt et obligant. His suis persona-

libus

libus Recognitionibus ad præmissa medi:
antibus. Alias in forma Inscriptionis Cessio:
nariæ de Jure plenissima, firmissima et
perfectissima. Pro majori vero firmita:
te manibus propriis se subscripserunt.
Carolus de Schmidt. Anna de Schmidt.
Quam ejusmodi Inscriptionem Cessiona:
riam sic ut præmissum factam et re:
cognitam pro firmam ac de Jure vali:
dam haberi volentes eandem ad acta
præsentia suscipi, inscribi, et ex ijsdem
fideliter descriptam Parti postulanti
authentice extradi permisimus. In quo:
rum fidem &c: Actum Varsaviæ ut supra.

Relatio Ministerialis Regni Gene:
ralis data Intromissionis in Pala:
tium antiquitus Juszynski dict
in Platea Miodowa Varsaviæ sit.

Augustus Tertius &c:
Significamus &c: Quod veniens personali:
ter ad Acta præsentia Metrices Rñi
Cancellariæ nostræ minoris Nobilis
Albertus Jasinski Ministerialis Regni
generalis Authenticatus et Juratus in vim
sui vera ac fidelis Relationis pálam
libere ac benevole recognovit. Quia
Ipse ad Requisitionem Generosi Ale:
xandri Osolinski Capitanei Drohicien
habitis secum duobus Nobilibus ma:
joris Testimonii gratia videlicet Jñis

Antonio Linowski, et Jasparo Marszewski
Die 30. mensis Junii ad Palatium antiqui:
tus Juszynski dictum hic Varsaviæ in
Platea Miodowa sitæ condescendit, ibidemq;
vigore Contractus Obligatorii Die 24. Junii
Anno præsenti 1759. facti et Actis presen:
tibus Sabbatho infrastino Festi Sanctorum
Petri et Pauli Apostolorum Die videlicet
30. Mensis et Anni currentis roborati ob:
servatis omnibus Juris Solemnitatibus
circa ejusmodi Actus fieri solitis præmissaq;
omnium Jus et interesse aliquod ad præ:
missum Palatium habentium, ter et ul:
tra solitam Juris formam quater, voce
sua sonorosa et præconica acclamatione
Intromissionem realem et actualem ei:
dem Generoso Alexandro Ossolinski capi:
taneo Drohiciensi in prefatum Palatium
cunctasq; adhærentias et pertinentias eo
ab antiquo spectantes, nemine impugnan:
te neq; contradicente dedit, et rite contulit.
Hac sua personali Recognitione ad premissa
mediante. Quam Nos ad Acta præsentia
resumpsi, inscribi, et ex ijsdem fideliter de:
scripto Parti postulanti authentice
extradi permisimus. In quorum fidem &c.
Actum ut supra.

Actum Varsaviæ Sabbathô
post Festum Visitationis
Beatissimæ Virginis Ma:
riæ proximô Die vicesimâ
Septima Mensis Julii Annô
Dñi

Domini Millesimo Septingentesimo Quin:
quagesimô Nonô. Regni vero Nostri XXVI.
Annô.

Ad Relationem Illmi Excellmi
et Admi Dni Prolancellarii Rgni.

Inscribunt modo Obligatorio Palatium
Suum Nobiles Antonius Leullier
et Sophia Conjuges, Jnôris Joanni
Opolinski et Ludovicâ de Zaluskie
Conjugibus Castellanis Joztinensibus.

Augustus Tertius &c.
Significamus &c: Quòd coram Actis praesenti:
bus metrices Regni Cancellariâ Nostra
Minoris compârentes personaliter Nobi:
les Antonius Leullier et Sophia de Su:
szety Conjuges legitimi, Maritus quidem
per se, Consors verò in personali quidem
Mariti sui assistentia uti Tutoris con:
jugalis, agentes, sani mentibus et corpo:
ribus existentes, recedendo à Foro Ter:
ris et Jurisdictionibus suis quibusvis
propriis, huic autem Jurisdictioni Nrae
Regiae quoad infrascripta recognoscen:
da adhinet, se subjiciendo et incorporan:
do palam, sponte ac per expressum reco:
gnoverunt et praesentibus recognoscunt.
Quòd Ipsi Generosis Joanni Opolinski et
Ludovicae de Zaluskie Conjugibus Ca:
stellanis Joztinensibus, Palatium ante:
hac Juszynskich nominatum, nunc

vero suum hæreditarium in Platea Mio:
doura dicta inter Palatium Rond Rndi in
Christo Patris Domini Episcopi Cracovien
ab una, et Conventum Capucinorum
parte ab altera hic Varsaviæ situm
et consistens in Summa Duorum mil:
lium Sexcentorum Aureorum Hungari:
calium, aliàs ad obloquentiam contra:
ctus Obligatorii sub Die Vigesima Quar:
tâ Junii Anno currenti per eosdem subscripti
et in actis præsentibus sub Die Trigesima
ejusdem Mensis roborati, obligarunt,
inscripserunt, et præsenti Inscriptione
invadiant, obligant, et inscribunt idque
à Festo Nativitatis Sancti Joannis Ba:
ptistæ Anni currentis, ad simile Festum
Anni Millesimi Septingentesimi Sexa:
gesimi Secundi, et sic à Triennio ad Tri:
ennium Annis sequentibus usq ad
plenariam et integram Summæ prota:
ctæ Duorum Millium Sexcentorum
Aureorum Hungaricalium exolutionem
et recensiti palatii sui exemptionem
per Generosos Opolinskie Conjuges Ca:
stellanos Gostinenses ipsorumq Succeso:
res tenendum, habendum et possidendum
cum omni jure Dominio proprietate
modo Obligatorio, nihil Juris, Dominii
et quorumvis usuum fructuum vel u:
tilitatum in supranominato Palatio
suo ubi Recognoscentibus et suis Succeso:

ribus

ribus usq; ad debitam exemptionem re:
servando seu excipiendo, sed ita, latè, longè
prout prelibati Recognoscentes tenuerunt,
habuerunt, et possederunt, Generosi quoq;
Oxolinskie tenebunt, habebunt et poside:
bunt. Insuper Intromissionem realem
in idem Palatium praexpressi Recogno:
scentes jam alias vigore Contractus à
Generosis Oxolinskie Conjugibus per Mi:
nisteriales Regni juxta juris formam
captam et à se admissam ratificant, &
praeterea praefati Recognoscentes cum
suis Successoribus Generosos Oxolinskie
Castellanos eorumq; Successores occasio:
ne supranominati Palatii ab omni impe:
titione Juridica et quibusvis Inscriptio:
nibus et Juribus prioribus tueri, defen:
dere, evincere, et eliberare toties quoties
id opus fuerit usq; ad exemptionem Pala:
tii praetacti sese submittunt et obligant,
modo praemisso et in forma Inscriptionis
Obligatoriæ de jure plenissima, firmissima
et perfectissima pro majori vero firmita:
te manibus propriis se subscripserunt.
Antoin Leullier, Zofia Leullier z Puszetow.
Cuam ejusmodi Inscriptionem Obligatori:
am sic ut praemissum factam et recogni:
tam Nos firmam ac de jure validam
haberi volentes, eandem ad acta praesen:
tia suscipi, inscribi et ex ijdem fideli:
ter descriptam Parti postulanti au:

thentice extradi permiserimus. In quorum
Fidem &c: Actum Varsaviæ ut supra.

Actum Varsaviæ Feriâ Quar:
tâ ante Festum Sanctæ
Margarethæ Virginis &
Martyris proximâ Die
silicet Undecimâ Men:
sis Julii, Annô Domini
Millesimo Septingentesi:
mo Quinquagesimo Nonô.
Regni verò Nostri Annô XXVI.

Ad Relationem Illrmi Excellmi &
Rmi Dni Michaelis Comitis de
Granow Wodzicki Decani Cathlis
Cracovien: Abbatis Commendatarii
Cerven: et Claræ Tumbæ, Prolan:
cellarii Regni.

Qui etat Generosus Ignatius Przeben:
dowski Cuien: Mirachovien: Capita:
neus Generosum Ignatium Zatuski
Zavichosten: et Cycovien: Capitaneum
de receptis Documentis ad Bona
Palenty Hæreditaria spectantibus.

Augustus Tertius &c:
Significamus &c: Quod coram Actis pre:
sentibus Metrices Regni Cancellaria
Nostra Minoris Comparens personaliter
Generosus Ignatius Przebendowski Cu:
censis Mirachovien: Capitaneus, sanus
mente et corpore existens, recedendo
à Foro, Terris et Jurisdictionibus suis
qui:

quibusvis propriis huic autem Jurisdictioni No:
stræ Regiæ quò ad infrascripta recognoscen:
da attinet sese subjiciendo et incorporando
palam, libere, ac benevolè recognovit præ:
sentibusq; recognovit. Quia Ipse Generosus
Ignatium Zaluski Zavichostensem et Oy:
coviensem Capitaneum de omnibus et sin:
gulis Documentis, tam ad Hæreditatem
Bonorum Falenty cum attinentiis in Pa:
latinatu Masoviæ, Terra vero Varsavien:
sis, quàm etiam ad Granities eorunden
Bonorum spectantibus, ubi Recognoscenti
Contractu Resignatorio de Data illius
hic Varsaviæ Die 25ta mensis Junii
Anni currentis inter se Recognoscentem
ab una, et eundem Gnum Ignatium Za:
luski Capitaneum Zavichostensem parte
ab altera inito et conscripto manibus pro:
priis ab utroq; subscripto, Vadio Trecento:
rum Quatuor Millium florenorum Polo:
nicalium firmato, Sigillis gentilitiis com:
munito, utriq; præsentibus Sabbatho
in Crastino Festi Sanctorum Petri et
Pauli Apostolorum Die videlicet Trigesi:
ma mensis Junii Anno presenti ro:
borato reddi et dari promissis, prout
ex nunc juxta Summarium suum reddi:
tis et datis, quietat, emittit, et liberum
absolutumq; cum Successoribus Gus facit,
suprafatum Contractum cum illius con:
tentis et ligamentis ac roboratione quò
ad hoc duntaxat punctum traditionis

promissa documentorum spectantem,
nihil sibi suisq; Successoribus quidquam
Juris et prætensionis reservando aut
excipiendo, tollit, cassat, mortificat et
annihilat perpetuo et in evum. Hac
sua personali Recognitione ad præmissa
mediante. Alias informa Inscriptionis
Quietatoriæ de Jure plenissima et perfe-
ctissima. Pro majori verò firmitate
manu propria se subscripsit S. Pre-
bendowski Pucensis Mirachoviensisq;
Capitaneus mp. Quam ejusmodi Inscri-
ptionem Quietatoriam sicut premissam
factam et recognitam Nos firmam ac
de Jure validam haberi volentes, eam-
dem ad acta præsentia suscipi, in-
scribi et ex ejusdem fideliter descriptam.
Parti postulanti Authentice extradi
permisimus. In quorum fidem &c. Ac-
tum ut supra.

Actum Varsaviæ Feriâ
Secundâ post Festum Sanc-
tæ Annæ Matris B. V.
Mariæ proximâ Die
videlicet Trigesimâ Mensis
Julii, Anno Domini Mille-
simo Septingentesimo, Quin-
quagesimo Nono. Regni
vero Nostri Anno XXVI.

Ad Relationem Illmi Excellmi ac
Rmi Dni Prolancellarii Regni.

Quietus

Quietat Reverendus Dnūs Michael Comes de Granow Wodzicki Decanus Cathedralis Cracovien: Procancellarius Regni, Gnōrum Theodorum Wesel Capitaneum Rozanensem de Summa 15000. Florenorum Polonicalium.

Augustus Tertius &c:

Significamus &c: Quod coram Actis præsentibus metricis Regni Cancellariæ Nostræ minoris comparens personaliter Reverendus Dnūs Michael Comes de Granow Wodzicki Decanus Cathedralis Cracovien: Procancellarius Regni, sanus mente et corpore existens, recedendo à Foro, Terris, et Jurisdictionibus suis quibusvis propriis, huic autem Jurisdictioni Nostræ Regiæ quo ad infrascripta recognoscenda attinet, se subjiciendo et incorporando, palam, libere ac benevole recognovit, præsentibusq; recognovit. Quia Ipse Generosum Theodorum Wesel Capitaneum Rozanensem Egusq; legitimos Successores jam exnunc et deffacto de Summa Quindecim millium Florenorum Polonicalium coram Actis præsentibus Feriâ Secundâ post Festum Sancti Lucæ Evangelistæ proxima Die scilicet Vigesimâ Tertiâ mensis Octobris Anno præterito Millesimo Septingentesimo Quinquagesimo Octavo, modo simplicis Debiti, super Bonis suis generaliter omnibus et præcipue super Bonis Pilca cum attinentiis in Palatinatu Cra-

et Districtu Lelovien si sitt et jacentibus
inscripta, tum de Provizione ab eadem
Summa ad diem hodiernam proven dr
ipsamet Inscriptione Debitoria, Vadio
Ligamentis, ac ejus Contentis, ob pre-
stitam sibi Recognoscenti plenariam
et sufficientem Satisfactionem, realemq
et in effectu promissæ Summæ Quinde-
cim Millium florenorum Polonicalium
una cum provizione exolutionem, quie-
tat, emittit et liberum absolutumque
eum Successoribus facit et pronuntiat.
Nihil sibi suisq Successoribus quidquam
Juris prætextus et pretensionis intuitu
eiusdem Summæ reservando et excipien-
do, verum perpetuum Silentium impo-
nendo. Hac sua personali Recognitione
ad premissa mediante. alias in forma
Inscriptionis Quietatoriæ de jure ple-
nissima et perfectissima. Pro majori vero
firmitate manupropria se subscripsit.
Michael Wodzicki Pro Cancellarius Regni.
Quam ejusmodi Inscriptionem Quietato-
riam sic ut premissum factam et reco-
gnitam Nos firmam ac de Jure validam
haberi volentes eandem ad acta presentia
suscipi, inscribi et ex ejusdem fideliter de-
scriptam Parti postulanti Authentice
extradi permisimus. In quorum fidem &c.
Actum Varsavia ut supra.

Actum.

Actum Varsaviæ Sabbathô ante Festum Transfigu: rationis Christi Domini proximô Die scilicet Quar. tâ mensis Augusti Annô Domini Millesi= mô Septingentesimô Quinquagesimô Nonô. Regni verò nostri Annô XXVI.

Ad Relationem Illrmi Excellmi et Rmi Dni Procancellarii Rni.

Quietat Venerabilis Franciscus de Schwartzemberk Czerny Canonicus Cathlis Cracovien., Præpositus Sołe: biovien., Rndum D. Michaelem Wodzicki Procancellarium Rni Decanum Cathedralem Crac de Summa 15000. Florenor Polon ex Bo: nis Rogowo levata.

Augustus Tertius &c:

Significamus &c: Quod coram Actis præsen: tibus Metrices Regni Cancellariæ No: stræ Minoris comparens personaliter Vblis Franciscus de Schwartzemberk Czerny Canonicus Cathedralis Cracovien. Præpositus Sołębiovien. sanus mente et corpore existens, recedendo à Foro, Terris, et Jurisdictionibus suis quibusvis pro: priis, huic autem Jurisdictioni Nostræ

Regiæ, quo ad infrascripta recognoscenda
attinet se subjiciendo et incorporando pa:
lam, libere ac benevole recognovit, præven:
tibusq; recognovit. Cui a Ipse Rndüs D.
Michaelem Comitem de Granow Wodzicki
Decanum Cathedralem Cracovien. Prolan:
cellarium Regni, Ejusq; Successores San:
guinis jam exnunc et de facto de Summa
Quindecem Millium Florenorum Polon.
primo in Bonis Tymienica et Zaiączkow
cum attinentiis Generosi Stephani Pola.
nowski, demum in Bonis Rogow itidem
cum attinentiis Ejusdem Rndi Dni Pro:
cancellarii Regni hereditariis, reempti:
onaliter inscripta et assecurata, perse
vero Recognoscentem previo Consensu
Rdm Rndi in Christo Patris Dni Episco:
pi Cracovien:is sui Loci Ordinarii sub
Die et Anno in Actu hodierno expressis
emanato; ad mentem Legis levata, tum
de Censu Annuo ab eadem Summa ad Fe:
stum Nativitatis S. Joannis Baptistæ
Anni current. provenien., ipsamet reqq; Inscri:
ptione Reemptionali coram actis Ca:
strensibus Capitaneal:bus Cracovien. ad Fe:
ria Secunda in Vigilia Festi Purifica:
tionis Beatissimæ Virginis Mariæ
Anno Domini Millesimo Septingentesimo
Vigesimo Tertio recognita, Vadio, Liga:
mentis ac ejus contentis, ob præstitam
sibi Recognoscenti plenariam Satisfactio:
nem, realemq; et in effectu premissa Summa

Reem:

Reemptionalis Quindecem millium Florenor
Polonicalium una cum annuo Censu exsoluti:
onem, quietat, emittit, liberum, absolutumque
cum Successoribus Sanguinis facit et pronun.
ciat. Nihil sibi suisq Successoribus Præposi:
tis Golębioviensibus quidquam Juris, præten.
tus et prætensionis intuitu ejusdem Sum.
mæ et Census ab eadem provenient reser.
vando et excipiendo, verum perpetuum si:
lentium imponendo. Hac sua personali Re:
cognitione ad præmissa mediante, Alias in
forma Inscriptionis Quietatoriæ de Jure ple:
nissima, firmissima et perfectissima. Proma.
jori vero firmitate manu propria se subscri:
psit. Franciscus S. Czerny Canus Cracovien
Præpositus Golembioviensis mpp. Quam ejus
modi Inscriptionem Quietatoriam sic ut
præmissum factam et recognitam Nos fir:
mam ac de Jure validam haberi volentes,
eandem ad Acta præsentia suscipi, inseri:
bi et ex ijdem fideliter descriptam Parti po.
stulanti Authentice extradi permisimus.
In quorum fidem &c: Actum Varsaviæ &c:
ut supra.

Inscribit modo Reemptionali alias na
Wyderkauff Summam 15000. Floren
Polon Gnōius Theodorus Wessel Capi:
taneus Rozanen Obli Præpositio Ec
clesiæ Golembioviensis.

Augustus Bertius &c:
Significamus &c. Quod coram Actis presens

metrices Regni Cancellari & Nostre Minoris
comparens personaliter Generosus Theodorius
Wesel Capitaneus Rosanensis, sanus mente
et corpore existens, recedendo à Toro, Terris,
et Jurisdictionibus suis quibusvis propriis,
huic autem Jurisdictioni nostre Regie
quo ad infrascripta recognoscenda attinet,
sese subjiciendo et incorporando, palam, li:
bere ac benevole recognovit et presentibus
recognovit. Quia Ipse Venerabili Francisco
de Schwartzemberk Czerny Canonico Cathli
Cracovienni moderno Prepovito Solembio:
viensi Quique Successaneis Prepositis So:
tembioviensibus pro tempore existentibus,
Summam Nongentorum florenorum Polonz
Census Annui Reemptionalis, à Summa
Capitali Quindecem millium florenorum
Polonicalium primo in Bonis Tymienica,
et Zaiączkow cum attinentiis Generosi
Stephani Polanowski hereditariis inscri:
pta, Demum verò in Bona Villæ Rogow
cum attinentiis transportata, et ibidem
pariter per Reverendum Dominum Mi:
chaelem Comitem de Granow Wodzicki
Decanum Cathedralem Cracovien ad pre:
sens Prolancellarium Regni modo reem:
ptio alias na Wyderlacht investita et
asecurata, nunc autem per prælibatum
Reverendum Dnum Prolancellarium
Regni ex recenzita Hæreditate Rogovi:
ensi prævio Consensu Admd Rndi in Chri:
sto Patris Domini Episcopi Cracoviensis
uti

uti Loci Ordinarii sub actu hodierno emana:
to deportata, et previa Quietatione Officiosa
in manus dicti Venerabilis Francisci Czerny
Præpositi Golembiovien^{s} exsoluta et abnume:
rata, per se verò Recognoscentem acceptа
et actualiter levata, in et super Bonis suis
propriis et Hæreditariis Lilca cum adhinen:
tiis in Palatinatu Cracovien^{s}, Districtu verò
Lelovien^{s}, consistentibus, ipsorumq^{3} subditis
Incolis, Emethonibus, Hortulanis, Agris, pratis
Campis, Sylvis, Tabernis, molendinis, fructi:
bis et emolumentis, nullis exceptis prout
se Recognoscentem concernunt, perpetuo
et in ævum, in vim tamen Reemptionis
aliàs na Wyderkauff vendidit et inscripsit.
prout vendit et inscribit. Quam quidem
Summam Nongentorum Florenorum Polon^{s}
Census Annui Reemptionalis idem Gene:
rosus Recognoscens se ac suos Successores
Sanguinis, Bonorumq^{3} prefatorum tam
in toto quàm in parte Possessores de et su:
per Bonis suis omnibus quotannis pro quo:
libet Festo Nativitatis S. Joannis Baptistæ
incipiendo ejusmodi Solutionem Census ab
eodem Festo Anni current^{s}, et sic consequen:
ter singulis Annis dare solvere, et realiter
enumerare mediantibus Quietationibus
manualibus ejusdem Ublis Præpositi Golem:
biovien^{s} nunc et pro tempore existen^{s} inscri:
bit, submittit et obligat, idq^{3} sub Vadio

Summa Censui retento correspondenti.
Pro quo quidem Vadio reg' ipsa principali
in casum huicsue Inscriptioni nonparitionis Citatus existens idem Generosus Re:
cognoscens sive Ejus Successores Sanguinis
aut Bonorum prefatorum Possessores
citati existentes, coram Officio Castrensi
Capitaneali Cracovien' praecisis omnibus
Dilationibus, Protellationibus, Appella:
tionibus et beneficiis Juris peremptorie
respondebit et respondebunt. Quodsi autem
Idem Generosus Recognoscens vel ipsius
Successores Summam memoratam Capita:
lem Quindecem millium florenorum
Polonicalium deportare, et in alia Bona
transferre voluerint, id nonnisi previa
avizatione duodecim Septimanis ante
deportationem Obl. Praeposito Golębiovien'
faciendа, facere debebit et tenebitur, seu
debebunt et tenebuntur. Hacsua perso:
nali Recognitione ad premissa mediante.
Alias in forma Inscriptionis Obligatoriae
et Reemptionalis de jure plenissima fir:
missima et perfectissima. Pro majori verò
firmitate manu propria se subscripsit.
Theodor Wessel Sta Rozanski. Quam e:
jusmodi Inscriptionem sicut premissum
facit et Recognitam Nostram ac de jure
validam haberi volentes, eandem ad Acta
praesentia assumpsi, inscribi, et ex ijsdem

fideli

Fideliter descriptam Parti postulanti au:
thentice extradi permisimus. In quorum
fidem &c: actum Varsaviæ ut supra.

Actum Varsaviæ Feriâ Quar:
ta post Festum Transfigu:
rationis Christi Domini
proxima, Die videlicet Octa:
va mensis Augusti, Annô
Domini Millesimô Septin:
gentesimô Quinquagesimô
nono. Regni verô Nostri
Anno XXVI.

Ad Relationem Ejusdem Illmi Excellmi
et Rmi Dñi Procancellarii Regni ut supra

Oblata Juris Communicativi super Ad:
vocatiam Komorow dictam in Palati:
natu Sandomirien^s sub Jnô Theresia
de Studnickie Osolinska servien^s.

Augustus Tertius &c:

Significamus &c: Oblatas esse ad Acta præsentia
Metrices Regni Cancellariæ nostro mino:
ris Literas Originales Privilegii Juris Com:
municativi infrascripti, manu nostra Re:
gia subscripti, et Sigillo minori Regni com:
muniti, sanas, salvas, et illæsas, omnique
suspitione carentes Tenoris sequentis. Au:
gustus Tertius Dei Gratiâ Rex Poloniæ
Magnus Dux Lithvaniæ, Russiæ, Prussiæ,
Masoviæ, Samogitiæ, Kijoviæ, Volhyniæ
Podoliæ, Podlachiæ, Livoniæ, Smolenciæ

Severiæ Czerniechoviæq; necnon Hæreditarius Dux Saxoniæ et Princeps Elector.
Significamus præsentibus Literis Nostris quorum interest, universis et singulis.
Quia Nos intuitu meritorum Generosi Josephi Comitis de Tęczyn Ossolinski Curiæ Regni Vexilliferi, Sandomiriensis Chmielnicensis Capitanei nostri, Nobis et Reipublicæ præstitorum, faciendum esse duximus, ut jus advitalitium, quod eidem Generoso Josepho Comiti de Tenczyn Ossolinski ad Villam seu Advocatiam Komorow dictam, in Palatinatu et Districtu Sandomiriensi situs servit et competit, Jnóæ Theresiæ de Stadnickie Consorti Ejus legitimæ communicaremus et concederemus, utiquidem communicamus et concedimus præsentibus Literis Nostris, ita ut prænominati Generosi Josephus de Tęczyn Ossolinski et Theresia de Stadnickie Conjuges ambo insolidum, vel alterutro vita functo, unus superstes eorum, eandem Villam seu Advocatiam Komorow dictam, cum omnibus Prædiis, fundis, Agris, pratis, Campis, Sylvis, borris, nemoribus, rubetis, gaijs, fluviis, fluminibus, Stagnis, lacubus, piscinis, pascuis, hortis, pomariis, Apizteriis, molendinis, Tabernis, Cmethonibus, Hortulanis, Subditis

eorumq;

eorumq' laboribus, Censibus, usibus fructibus, et emolumentis, aliisq' attinentiis et pertinentiis ab antiquo ad eandem Villam et Advocatiam Komorow spectantibus, nullis penitus exceptis, teneant, habeant et possideant, vel alter eorum superstes, teneat, habeat et possideat ad extrema vitæ suæ tempora. Promittimusq' pro nobis et Serenissimis Successoribus Nostris, nonne nos suprafatos Jnósos Josephum Comitem de Tęczyn Gsolinski et Theresiam de Stadnickie Conjuges, ab usu et pacifica possessione ejusdem Advocatiæ amoturos aut alienaturos, neminiq' amovendi aut alienandi potestatem daturos, sed plenum et integrum Jus advitalitiale, ipsis insolidum conservaturos, quod et Serenissimi Successores Nostri præstabunt. Juribus Nostris Regalibus, Reipublicæ, Ecclesiæq' Romanæ Catholicæ salvis manentibus. In quorum fidem præsentes manu nostra subscriptas Sigillo Regni communiri jussimus. Datum Varsaviæ Die 11. Mensis Decembris Anno Domini MDCCLIV. Regni vero Nostri XXII. Anno. Jus communicativum super Advocatiam Komorow dictam in Palatinatu et Districtu Sandomirien^s^ sitt Jnósa Theresiæ de Stadnickie Gsolinskiej Jnósi Josephi Comitis de Tenczyn Gsolinski Curiæ Regni Vexilliferi Capitanei Sendomirien^s^

Consorti conceditur. Augustus Rex Locus
Sigilli minoris Regni. Joannes Klosowski Ca:
nonicus Cathedralis Premisliens. ac Regalis
Sigilli Regii Secretarius mp. Quas ejus modi
Literas Originales Privilegii Juris Commu:
nicativi suprascripti, sicuti praemissum
per Oblatam porrecti, Nos ad acta praes:
sentia suscipi, inscribi, et ex ijsdem fide:
liter Descripti parti postulanti Authen:
tice extradi, Originale vero rursus offe:
renti restitui, f: de quo recepto Cancel:
luriam quietavit, quietato praesentibus f
permisimus. In quorum fidem &c: Actum
ut supra.

Oblata Consensus ad cedendum de Ca:
pitaneatu Sendomiriensi Magnifico
Josepho Comiti de Tęczyn Ossolinski
Palatino Volhyniae, in Personam
Generosi Maximiliani Ossolinski Filii
sui dati:

Augustus Tertius &c
Significamus &c: Oblatas esse ad acta praesen:
tia Metrices Regni Cancellariae Nostrae
minoris Literas Originales Consensus
infrascripti, manu Nostra Regia sub:
scripti, et Sigillo minori Regni commu:
niti, sanas, salvas, et illaesas, omnique
suspitione carentes, Tenoris Sequentis.
Augustus Tertius Dei gratia Rex Polo:
niae Magnus Dux Lithuaniae, Russiae.
Prussiae, Masoviae, Samogitiae, Kijoviae,

Vol:

Volhyniæ, Podoliæ, Podlachiæ, Livoniæ, Smo-
lenſciæ, Severiæ, Czerniechoviæq; necnon Hære-
ditarius Dux Saxoniæ et Princeps Elector. Si-
gnificamus præſentibus Literis Noſtris, quorũ
interest universis et ſingulis, Conſenſiſſe nos
et permiſiſſe Conſentireq; et permittere præſen-
tibus Literis noſtris Magnifico Joſepho Comiti
de Tęczyn Oſolinski Palatino Volhyniæ, San-
domirien. Chmielnicen. Capitaneo Noſtro, ut
poſſit et valeat de omni Jure ſuo Advitalitio
ſuper Capitaneatum Sendomirienſem in Pala-
tinatu Sendomirien. ll. una cum Juriſdi-
ctione Caſtrensi Capitaneali ubi ſervien. et
competen. cedere, illudq; in perſonam Generoſi
Maximiliani de eadem Tęczyn Oſolinski Fi-
lii ſui plenarie transferre et transfundere.
Quæ quidem Ceſſio Juriſq; transfuſio, poſteaqua.
coram Actis quibuſvis Authenticis Regni facta
et recognita fuerit, Nos eam ratam habituri
ſumus, utq; præſtito Conſenſu Noſtro per-
agetur. Vigore cujus Ceſſionis præſentisq;
Conſenſus Noſtri, prædictum Capitaneatu.
Sendomirienſem, cum Juriſdictione competen.
Caſtrenſi, Civitate et Caſtro, tum Villis Stodo-
ły cum Prædio, Samborzec, Chmielow, Mo-
krzyszow itidem cum Prædiis, Grembow, So-
kolniki, Jarzyce, Łyc, Łuchow, Odechow, Sobow,
Małoszyn, Stany, omnibusq; aliis Villis, Ad-
vocatiis, Sadletiis, Prædiis, Fundis, Agris, pra-
tis, Campis, Sylvis, nemoribus, lacubus, Sta-
gnis, fluviis, fluminibus, Piſcinis, molendi-
nis Tabernis, Curiis, ædificiis, Oppidanis

Colonüs locatis, et locandis, Subditis, Inquili-
nis eorumq' laboribus, Censibus, proventibus
commodis et emolumentis attinentiis et per-
tinentiis generaliter universis eo antiquitus
spectantibus, Et prout immediatus Possessor
tenebat, habebat, et possidebat, Js quoq Idem
Generosus Maximilianus Ogolinski tenebit
habebit et possidebit ad extrema vitæ suæ
tempora. Promittimus autem pro nobis
et Serenissimis Successoribus nostris, non
esse nos eundem Generosum Maximilianum
Ogolinski ab usu et pacifica possessione
ejusdem Capitaneatus Sendomirien' amo-
turos vel alienaturos, neminiq' amovendi
vel alienandi potestatem daturos, sed sal-
vum et integrum Jus Advitalitiale ipsi
conservaturos, quod et Serenissimi Succesco-
res Nostri præstabunt. Ratione cujus
advitalitatis solitam Proventuum Quar-
tam quotannis Statuto tempore ad The-
saurum Regni inferre tenebitur, Juribus
Nostris Regalibus, Reipublicæ, Ecclesiæq'
Romanæ Catholicæ salvis. In quorum
fidem præsentes manu Nostra subscri-
ptas Sigillo Regni communiri jussi-
mus. Datum Varsaviæ Die XVII. mensis
Januarii Anno Domini MDCCLIX.
Regni vero Nostri XXVI. Anno. Consen-
sus Magnifico Josepho Comiti de Tęczyn
Ogolinski Palatino Volhyniæ ad Cedendum
de Capitaneatu Sendomirien' in Personam
Gnósi Maximiliani Ogolinski Filii sui.

Augu-

Augustus Rex. Locus Sigilli minoris Regni Antonius Sikorski. Regestris et Sigilli Regii Secretarius mp. Quas ejusmodi Literas Originales Consensus suprascriptt sicut praemissum per Oblatam porrectt Nos ad acta praesentia suscipi, inscribi, et ejusdem fideliter descriptt parti postulanti authentice extradi, Originale vero rursus offerenti restitui: / de quo recepto Cancellariam quietavit, quietatq; praesentibus: / permisimus. In quorum fidem &c. Actum ut supra.

Oblata Consensus ad cedendum de villa seu Advocatia Komorow in Palatinatu Sandomiriensi sitt, Mscis Ossolinskim Palatinis Volhyniae, in personam generosi Maximiliani Ossolinskii Filii sui dati.

Augustus Tertius &c.

Significamus &c. Oblatas esse ad Acta praesentia Metrices Regni Cancellariae Nostrae minoris Literas Originales Consensus infrascriptt manu Nostra Regia subscriptto et Sigillo minori Regni communitt, sanas, salvas et illaesas, omnig suspitione carentes Tenoris sequentis = Augustus Tertius Dei Gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae Samogitiae, Kijoviae, Volhyniae, Podoliae, Podlachiae, Livoniae, Smolenciae, Severiae, Czerniechoviae[g] necnon Hereditarius Dux Saxoniae

et Princeps Elector. Significamus praesenti-
bus Literis Nostris quorum interest uni-
versis et singulis, Consensisse nos acper-
misisse, consentireq ac permittere Ma-
gnificis Josepho Comiti de Tęczyn Ost-
enslii Palatino Volhyniæ, Sandomirien.
Chmielnicen. Capitaneo Nostro, et The-
resiæ de Stadnicki Conjugibus legitimis
ut possint et valeant de omni et integro
Jure suo Advitalitio, quod illis super
villam Komorow dictam in Palatinatu
et Districtu Sandomirien. situ. servit et
competit, cedere, illudq; in Personam Ge-
nerosi Maximiliani Comitis de eadem
Tęczyn Ostolinski filii sui plenarie
transferre et transfundere. Quoquidem
Cessio Jurisq; transfusio posteaquam co-
ram Actis quibusvis Authenticis Ré-
facta et recognita fuerit, nos eam ratam
habituri sumus, utiquo prævio Consensu
Nostro peragetur, Vigore cujus Cessionis
præsentisq; Consensus nostri prædictam
Villam cum Advocatia Komorow dicta,
tum cum omnibus Prædiis, Ædificiis, Cu-
riis, Structuris, Agris, pratis, Campis, Sylvis
Nemoribus, rubetis, gais, fluviis, flumini-
bus, Stagnis, lacubus, piscinis pascuis, hor-
tis, pomariis, apisteriis, molendinis, Taber-
nis, Emethonibus, hortulanis, Coloniis lo-
candis et locatis, Subditis eorumq; laboribus

Censibus

Censibus usibus fructibus et emolumentis
aliisq attinentiis et pertinentiis, ab antiquo
ad eandem Villam et advocatiam Komorow
spectantibus, nullis penitus exceptis tenebit,
habebit et possidebit, ad extrema vitæ suæ
tempora. Promittimus autem pro Nobis
et Serenissimis Successoribus Nostris, non
esse nos, neq' Serenissimos Successores Nros
ab usu et pacifica possessione ejusdem Vil:
læ et advocatiæ, memoratum Generosum
Maximilianum Comitem de Tenczyn Oso:
linski amoturos, sed salvum et integrum
Jus advitalitiale ei conservaturos, Quod
et Serenissimi Successores Nostri præstabunt.
Juribus Nostris Regalibus, Reipublicæ, Eccle:
siaq Romanæ Catholicæ salvis. In quorum
Fidem præsentes manu Nostra subscriptas
Sigillo Regni communiri jussimus. Datæ
Varsaviæ Die XVII. mensis Januarii Anno
Domini MDCCLIX. Regni vero Nostri
XXVI. Anno. Consensus cedendi de Villa.
seu Advocatia Komorow in Palatinatu
Sendomiriens sitæ, Officis Josepho Comiti de
Tenczyn Osolinski Palatino Volhyniæ et
Theresiæ de Stadnickie Conjugibus in Perso:
nam Generosi Maximiliani Osolinski Filii
sui. Augustus Rex. Locus Sigilli Minoris
Regni. Antonius Sikorski Secretarius mp Quas ejusmodi
Literas Originales Consensus suprascripti

sic ut præmissum per Oblatam porrecta, nos ad acta præventia, suscipi, inscribi, et ex ijsdem fideliter descripta parti postulanti authentice extradi, Originale verò rursus offerenti restitui &. de quo recepto Cancellaria quietavit, quietato præsentibus & permittimus. In quorum fidem &. Actum Varsaviæ ut supra.

Oblata Literarum Consensus cedendi de Capitaneatu Chmielnicensi Mstis Josepho Comiti de Tęczyn Ossolinski Palatino Volhyniæ et Theresiæ de Stadnickie Conjugibus, in Personam Generosi Josephi Filii sui, dati.

Augustus Tertius &c.

Significamus &c. Oblatas esse ad acta præsentia nostra Regni Cancellaria nostra minoris Literas Originales Consensus infrascriptæ manu nostra Regia subscriptas et Sigillo minori Regni communitas, sanas salvas, et illæsas, omnique suspitione carentes Tenoris sequentis = Augustus Tertius Dei Gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithvaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, Samogitiæ, Kijoviæ, Volhyniæ, Podoliæ, Podlachiæ, Livoniæ, Smolensciæ, Severiæ, Czerniechoviæq' necnon Hæreditarius Dux Saxoniæ & Princeps Elector. Significamus præsentibus Literis Nostris quorum interest universis et singulis Consensisse nos

nos et permisisse consentireq' ac permittere
præsentibus Literis nostris Magnificis Josepho
Comiti de Tęczyn Ossolinski Palatino Volhy-
niæ Sandomiriensi, Chmielnicen. Capitaneo
nostro et Theresiæ de Stadnicki Conjugibus
legitimis, ut possint et valeant de omni ex in-
tegro Jure suo Advitalitio super Capitaneatu
Chmielnicensem in Palatinatu Podoliæ situm
ubi serviente et competente, cedere, illudque
in Personam Generosi Josephi de eadem Tęczyn
Ossolinski Filii sui plenarie transferre et
transfundere. Cuicquidem Cessio Juriq' trans-
fusio, postea quam coram Actis quibusvis Au-
thenticis Regni facta et recognita fuerit, Nos
eam ratam habituri sumus, utiq' prævio
Consensu Nostro peragetur. Vigore cujus Ces-
sionis præsentisq' Consensus nostri prædictus
Capitaneatum Chmielnicensem cum Oppidis
Villis Advocatiis, Scultetiis, Prædiis, fundis, a-
gris, pratis, Campis, Sylvis, nemoribus, lacu-
bus, Stagnis, fluviis, fluminibus, piscinis
Molendinis, Tabernis, Curiis, Ædificiis, Oppida-
nis, Subditis, Inquilinis, eorumq' laboribus
Censibus, proventibus Commodis et emolu-
mentis pascuis, hortis, apisteriis, mellifi-
cüs, attinentiisq' et pertinentiis generaliter
universis eò antiquitus spectantibus et
prout immediati Possessores tenebant, habe-
bant et possidebant, Idem quoque Dnus
Josephus Comes de Tęczyn Ossolinski tenebit,
habebit et possidebit ad extrema vitæ suæ tem-

pora. Promittimus autem pro Nobis et Serenis-
simis Successoribus Nostris, non esse nos, neque
Serenissimos Successores Nostros abusu et
pacifica possessione dicti Capitaneatus
Chmielnicen. eundem amoturos, aut aliena-
turos, neq. amovendi aut alienandi pote-
statem cuipiam daturos, sed salvum et
integrum Jus advitale eidem conservatu-
ros, quod et Serenissimi Successores Nostri
præstabunt, Juribus Nostris Regalibus
Reipublicæ Ecclesiæq. Sæ Romanæ Catholicæ
salvis, Ratione cujus advitalitatis solitam
Proventuum partem ad Thesaurum Re-
gni quotannis inferre tenebitur. In quorum
fidem præsentes manu Nostra subscriptas
Sigillo Regni communiri jussimus. Datum
Varsaviæ Die XVII. Mensis Januarii. Anno
Domini MDCCLIX. Regni verò Nostri
XXVI. Anno. Consensus cedendi de Capita-
neatu Chmielnicensi in Palatinatu Podoliæ
sit, Magnificis Josepho Comiti de Tęczyn
Ostrorog Palatino Volhyniæ, et Theresiæ
de Stadnickie Conjugibus in Personam Nōsi
Josephi Filii sui. Augustus Rex. Locus Sigilli
Minoris Regni. Antonius Sibrzki Sæ Rcæ Mttis
et Sigilli Regni Secretarius mpp. Quas ejus
modi Literas Originales Consensus supra-
scriptt sicut præmissum per Oblatam por-
rectt, Nos ad Acta præsentia suscipi, inscribi,
et ex iisdem fideliter descriptt, parti portu-
lanti Authenticé extradi, Originale verò

nunus

rursus Offerenti restitui ſ: de quo recepto Can:
cellarius quietavit quietatq; præsentes ſ: permi:
simus. In quorum fidem &c: Actum ut supra.

Oblata Literarum Consensus cedendi
& de Advocatia Chmielnicen^ cum Villis
Cholodkie et Lachodow Gróso Maximi:
liano de Tęczyn Ossolinski, in Persona
Gnóii Josephi Ossolinskiego Fratris sui dati

Augustus Tertius &c:
Significamus &c: Oblatas esse ad Acta præsentia
Metrices Regni Cancellaria Nostræ minoris
Literas Originales Consensus infrascriptt^ma:
nu Nostra Regia subscriptt et Sigillo Minori
Regni communitt, sanas, salvas et illæsas o:
mniq; suspicione carentes Tenoris sequentis.
Augustus Tertius Dei gratiâ Rex Poloniæ
Magnus Dux Lithuaniæ Russiæ, Prussiæ
Masoviæ, Samogitiæ, Kijoviæ, Volhyniæ
Podoliæ, Podlachiæ, Livoniæ, Smolensciæ, Se:
veriæ, Czerniechoviæq; necnon Hæreditarius
Dux Saxoniæ et Princeps Elector. Significa=
mus præsentibûs Literis Nostris quorum
interest universis et singulis. Consensisse
Nos et permisisse, Generoso Maximiliano
Comiti de Tęczyn Ossolinski Filio Palatini
Volhyniæ, ut possit et valeat de omni Jure
suo devitalitio, quod ipsi super Advocatiâ
Chmielnicensem cum Jurisdictione Villiq;

Hołodki et Lachodow servit et competit, cedere
illudq' in personam Generosi Josephi Osolinski
Fratris sui transferre et plenarie trans:
fundere, Nos quidem beneplacito Juris q' trans-
Jurio, posteaquam coram Actis quibusvis
Authenticis Regni facta et recognita fuerit
nos eam ratam et gratam habituri sumus,
uti eam, quæ præsto Consensu Nostro pera:
getur. Vigore cujus Cessionis presentis q'
Consensus Nostri præfatus Generosus Jo:
sephus Osolinski dictam Advocatiam Chmiel:
nicensem cum Jurisdictione ac Villis Cho:
łodkè et Lachodow cum omnibus earum
agris, pratis, campis, Sylvis, nemoribus,
Stagnis, piscinis, molendinis, Fluviis, ta:
bernis, Subditis et illorum laboribus, Cen:
sibus, proventibus, commodis et emolu:
mentis, universisq' attinentiis et perti:
nentiis eo antiquitus spectantibus, tene:
bit, habebit et possidebit ad extrema vitæ
suæ tempora. Promittimus autem pro
nobis et Serenissimis Successoribus Nris
non esse Nos, neq' Serenissimos Successores
Nostros, supradictum Generosum Josephum
Osolinski Palatinidam Volhyniæ, ab usu
et pacifica possessione memoratæ Advo:
catiæ Chmielnicen cum Jurisdictione
et Villis supradictis amoturos neque

amo:

amovendi. cui piam potestatem daturos
sed salvum et integrum Jus ei conservatu:
ros. quod et Serenissimi Successores Nostri
prestabunt. Juribus nostris Regalibus
Reipublicæ Ecclesiæq Romanæ Catholicæ
salvis manentibus. In quorum fidem pre:
sentes manu nostra subscriptas Sigillo
Regni communiri jussimus. Datt Varsa:
viæ Die XIX. Januarii Annô Domini --
MDCCLIX. Regni verò Nri XXVI. Anno.
Consensus cedendi de Advocatia Chmielni:
censi cum Jurisdictione ac Villis Chotodzie
et Lachodow Gnôso Maximiliano Comiti
de Tęczyn Ossolinski, in Personam Generosi
Josephi Ossolinski Fratris sui datur. Augu:
stus Rex. Locus Sigilli Minoris Regni. Antonius
Sikorski Secretarius et Sigilli Sui Secretarius mp
Cum ejusmodi Literas Originales Consensus
suprascriptô sicut premissum per Oblatô
porrectt, Nos ad acta praesentia suscipi, in:
scribi, et ex ijsdem fideliter descriptt, parti
postulanti Authentice extradi, Originale
verô rursus offerenti restitui f: de quo rece:
pto Cancellariam quietavit, quietatq' pre:
sentibus f: permizimus. In quorum fidem &c.
Actum ut supra.

Oblata Literarum Consensus ceden:
di de Villa Kaczanowka Officii Josepho

Comiti de Tęczyn Gsolinski Palatino
Vothyniæ et Theresiæ de Stadnickie
Conjugibus in Personam Gnōzi Josephi
Filii sui date.

Augustus Tertius &c.
Significamus &c: Oblatas esse ad Acta præ-
sentia Metricæ Regni Cancellariæ Mæ
minoris Literas Originales Consensus
infrascriptt, manu Nostra Regia sub-
scriptt, et Sigillo minori Regni commu-
nitt, sanas, salvas, et illæsas, omnig su-
spicione carentes. Tenoris sequentis:
Augustus Tertius Dei Gratiâ Rex Polo-
niæ, Magnus Dux Lithuaniæ, Russiæ,
Prussiæ, Masoviæ, Samogitiæ, Kijoviæ,
Volhyniæ, Podoliæ, Podlachiæ, Livoniæ Smo-
lenskiæ, Severiæ, Czerniechoviæg necnon
Hæreditarius Dux Saxoniæ et Princeps
Elector. Significamus præsentibûs Lite-
ris nostris quorum interest universis
et singulis consensisse nos et permisisse
consentireg et permittere præsentibus Li-
teris nostris Magnificis Josepho Comiti
de Tęczyn Gsolinski Palatino Vothyniæ,
Sandomiriens, Chmielnicens Capitaneo Nro,
et Theresiæ de Stadnickie Conjugibus le-
gitimis, ut possint et valeant de omni et
integro jure suo Advitalitio, quod ipsis su-
per

per Villam Kaczanowka in Palatinatu Podoliæ
Districtu Latickoviensi sitam, servit et com-
petit, cedere, illudq; in Personam Generosi
Josephi de eadem Rzeczyn Osolinski Filii
sui plenariè transferre et transfundere,
Quæ quidem Cessio Juriq; transfusio po-
steaquam coram Actis quibusvis Authen-
ticis Regni facta et recognita fuerit, Nos
eam ratam et gratam habituri sumus
utiq; quæ prævio Consensu Nostro peragetur.
Vigore cujus Cessionis præsentisq; Consen-
sûs Nostri prædictam Villam Kaczanowka
cum omnibus Curiis, Prædiis, Agris, pratis,
Campis, Sylvis, nemoribus, fluviis, flumi-
nibus, Stagnis, piscinis, molendinis, Mo-
lendinatoribus, Subditis eorumq; labori-
bus, Censibus, dationibus, Vigiliis diur-
nis et nocturnis, cum omnibus denique
emolumentis, obventionibus, commodis,
attinentiisq; et pertinentiis generaliter
universis eò antiquitùs spectantibus,
nullis penitùs exceptis, sed ita late, longe,
circumferentialiterq; prout immediati
Possessores tenebant, habebant et posside-
bant, Idem Generosus Josephus Comes de Rz-
eczyn Osolinski tenebit, habebit et possi-
debit ad extrema vitæ suæ tempora. Pro-
mittimus autem pro Nobis et Serenissi-

mis

mis Successoribus Nostris, non esse Nos
neq' Serenissimos Successores Nostros, ab
illo et pacifica possessione supradictæ
Villæ Kaczanowka eundem amoturos aut
alienaturos, neq' amovendi aut alienan:
di potestatem cuipiam daturos, sed salvum
et integrum Jus advitalitium eidem conser:
vaturos, quod et Serenissimi Successores
Nostri' præstabunt. Ratione cujus adv:
talitatis solitam proventuum Quartam
ad Thesaurum Regni quotannis inferre
tenebuntur. Juribûs Nostris Regalibûs
et Reipublicæ Ecclesiæq' Romanæ Catholicæ
salvîs. In quorum fidem præsentes manu
Nostra subscriptas, Sigillo Regni commu:
niri jussimus. Datum Varsaviæ Die XVII.
Mensis Januarii Anno Domini MDCCLIX.
Regni verò Nri XXVI. Anno. Consensus ce:
dendi de Villa Kaczanowka Mstico Jo:
sepho Comiti de Tęczyn Zyolinski Palatino
Volhyniæ et Theresiæ de Stadnickie Conjugi:
bus in Personam Fnòri Josephi Filii sui. Au:
gustus Rex. Locus Sigilli Minoris Regni.
Antonius Sikorski Secretarius. mp Quas ejusmodi Literas Origi:
nales Consensus suprascriptt, sicut præmittitur
per Oblatam porrectas, Nos ad Acta præsentia su:
mpsi inscribi, et ex ijsdem fideliter descriptas
Parti postulanti Authentice extradi, Originale

vero

vero rursus Offerenti restitui f: de quo rece:
pto Cancellariam quietavit, quietatq; præ:
sentibus f: permisimus. In quorum fidem &c:
Actum ut supra.

Oblata Literarum Consensus cedendi
de Villa Szulimierka alias Chonu:
kowka et Siedliszczany Magnificis
Josepho Comiti de Tęczyn Ossolinski
Palatino Volhyniæ et Theresiæ de
Stadnickie Conjugibus in Personam
Generosi Josephi Filii sui Dalt:

Augustus Tertius &c:
Significamus &c: Oblatas esse ad Acta præven:
tia Metrices Regni Cancellariæ nostræ
minoris Literas Originales Consensus in:
frascriptt, manu Nostra Regia subscriptt
et Sigillo minori Regni communitt, sanas
salvas et illæsas, omnig suspicionis nota
carentes Tenoris sequentis: Augustus Ter:
tius Dei Gratiâ Rex Poloniæ, Magnus Dux
Lithuaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, Sa:
mogitiæ, Kijoviæ, Volhyniæ, Podoliæ, Podla-
chiæ, Livoniæ, Smolenciæ Severiæ, Czer:
niechoviæq' necnon Hæreditarius Dux
Saxoniæ et Princeps Elector. Significamus
præsentibus Literis Nostris quorum interest
universis et singulis Consensisse nos et

permississe, consentireq̃ ac permittere pre-
sentibus Literis nostris, Magnificis Jose-
pho Comiti de Tęczyn Ostolinski Palati-
no Volhyniæ, Sandomiriensi, Chmielni-
censi Capitaneo nostro et Theresiæ de
Stadnicki Conjugibus legitimis, ut pos-
sint et valeant de omni jure suo advi-
talitio, quod ipsis super Villam Szuli-
mierka, alias Chomuchowka et Siedli-
szany in Palatinatu Podoliæ sitt servit
et competit cedere, illamq̃ in Personam
Generosi Josephi de eadem Tęczyn Osto-
linski Filii sui plenarie transferre et
transfundere. Qua quidem Cessio Juriq̃
transfusio, postequam coram Actis
quibusvis Authenticis Regni facta et
recognita fuerit, nos eam ratam habitu-
ri sumus, utiq̃ quæ prævio Consensu
Nostro peragetur. Vigore cujus Cessio-
nis præsentisq̃ Consensus Nostri præde-
ctam Villam Szulimierka alias Chomu-
chowka et Siedliszczany Privilegio Nro
ad Capitaneatum Chmielnicensem utiq̃
ab eodem avulsam incorporatam, cum omni-
bus Prædiis, Ædificiis, Structuris, agris, hor-
tis, pratis, Campis, Sylvis, nemoribus, la-
cubus, Stagnis, piscinis, fluviis, flumini-
bus molendinis, Tabernis, Subditis, eorumq̃
laboribus, Censibus Dationibus, usibus pre-

ctibus

ctibus commodis et emolumentis, cunctisq'
attinentiis et pertinentiis, eò antiquitus spe:
ctantibus, prout immediati Possessores, tene:
bant, habebant et possidebant, Idem quoque
Generosus Josephus Comes de Tęczyn Osso:
linski, tenebit, habebit et possidebit ad ex:
trema vitæ suæ tempora. Promittimus
autem pro Nobis et Serenissimis Succesto:
ribus Nostris non esse nos, neq' Serenissimos
Successores Nostros ab usu et pacifica pos:
sessione dictæ Villæ Szulimierka alias
Chomułowka et Siedliszczany eundem a:
moturos aut alienaturos, neq' amovendi
aut alienandi potestatem cuipiam datu:
ros, sed salvum et integrum Jus adversa:
litiale eidem conservaturos, quod et sere:
nissimi Successores Nostri praestabunt.
Juribus Nostris Regalibus, Reipublicæ
Ecclesiæq' Sacræ Romanæ Catholicæ salvis.
In quorum fidem praesentes manu Nrâ
subscriptas Sigillo Regni communiri jus:
simus. Datum Varsaviæ Die XVII. Mensis
Januarii Anno Domini MDCCLIX. Regni
verò Nri XXVI. Anno. Consensus cedendi
de Villa Szulimierka, alias Chomułowka
et Siedliszczany in Palatinatu Podoliæ
sitt, Magnificis Josepho Comiti de Tęczyn
Ossolinski Palatino Volhyniæ et Theresiæ
de Stadnickie Conjugibus, in personam

Generosi Filii nri: Augustus Rex Locus
Sigilli minoris Regni: Antonius Sikorski
Secretarius mp
Quas ejusmodi Literas Originales Consen:
sus suprascriptt sicut præmissum per Obla:
tum porrectas, Nos ad Acta præsentia su:
scipi, inscribi, et exijsdem fideliter de:
scriptt, parti postulanti authentice ex:
tradi, Originale verò rursus offerenti re:
stitui fide quo recepto Cancellariam qui:
etavit, quietatq; præsentibus: / permit:
timus. In quorum fidem &c: Datum ut supra.

Oblata Literarum Consensus ceden:
di de Villa Sembi Gnóso Maximi:
liano Comiti de Tęczyn Gsolinski
in personam Gnósi Josephi Gsolinski
fratris sui Data:

Augustus Tertius &c:
Significamus &c: Oblatas esse ad Acta presen:
tia metrices Regni Cancellariæ nostræ
minoris Literas Originales Consensus in:
frascripti manu Nostra Regia subscriptas
et Sigillo minori Regni communitt, sa:
nas, salvas, et illæsas, omnig; suspitio:
nis nota carentes Tenoris sequentis =

Augustus Tertius Dei Gratiâ Rex
Poloniæ, Magnus Dux Lithuaniæ, Rus:
siæ, Prussiæ, Masoviæ, Samogitiæ, Kijoviæ.

Volhy:

Volhyniæ, Podoliæ, Podlachiæ, Livoniæ, Smo:
lenscia, Severiæ, Czerniechoviæq; necnon
Hæreditarius Dux Saxoniæ et Princeps
Elector. Significamus præsentibûs Literis
nostris, quorum interest universis et Sin:
gulis, Consensisse nos et permisisse Gnóso
Maximiliano Comiti de Tęczyn Gsolinski
filio Palatini Volhyniæ, ut possit et valeat
de omni Jure suo advitalitio, quod ipsi
super Villam Semli in Palatinatu Podoliæ
Districtu Laticzoviensi sitam servit et
competit, cedere, illudq; in personam Gnósi
Josephi Gsolinski fratris sui transferre
et plenariè transfundere. Quæ quidem
Cessio Juriq; transfusio posteaquam co:
ram Actis quibusvis Authenticis Regni
facta et recognita fuerit, nos eam ratam
et gratam habituri sumus, utiq; eam quæ
prævio Consensu Nostro peragetur. Vigo:
re cujus Cessionis præsentisq; Consensus
Nostri præfatus Gnósus Josephus Gsolin:
ski Palatinides Volhyniæ dictam villam
cum omnibus ejus Agris, pratis, Campis
Sylvis, nemoribus, Stagnis, piscinis, flu:
viis, molendinis Tabernis Subditis et illo:
rum Laboribus, Censibus, proventibus,
commodis et emolumentis, universisq;
attinentiis et pertinentiis eo antiquitus

spectantibus tenebit, habebit et possidebit
ad extrema vitæ suæ tempora. Promitti-
mus autem pro nobis et Serenissimis Suc-
cessoribus nris non esse nos neque Serenis-
simos Successores nostros supradictum
Generosum Josephum Ogolinski Palatinum
dam Volhyniæ ab usu et pacifica posses-
one memoratæ Villæ Semki amoturos
neq; amovendi cuipiam potestatem da-
turos, sed salvum et integrum jus ei
conservaturos. Quod et Serenissimi Suc-
cessores nostri præstabunt. Juribus
nostris Regalibus, Reipublicæ Eccle-
siæq; Romanæ Catholicæ salvis ma-
nentibus. In quorum fidem præsentes
manu nostra subscriptas Sigillo Regni
communiri jussimus. Datum Varsaviæ
Die XIX Mensis Januarii Anno Domini
MDCCLIX. Regni verò Nostri XXVI. Anno.
Consensus cedendi de Villa Semki Jnõo
Maximiliano Comiti de Tęczyn Ogoliń-
ski, in Personam Jnõsi Josephi Ogolinski
Fratris sui datur. Augustus Rex. Locus
Sigilli Minoris Regni. Antonius Sikorski
Jego Mtis et Sigilli Regni Secretarius mp.
Quas ejusmodi Literas Originales Consen-
sus suprascriptæ, sicut præmissum per
Oblatam porrectas, nos ad Acta præsentia
suscipi, inscribi, et ex ijdem fideliter de-

scripti

scripto parti postulanti Authentice extra:
di, Originale verò rursus Offerenti restitui
f: de quo recepto Cancellariam quietavit,
quietatq; præsentibus f: permisimus. In
quorum Fidem &c: Actum Varsaviæ ut sup.

Actum Varsaviæ Sabbathô
in crastino Festi Sancti
Laurentii Martyris Die
scilicet Undecima Mensis
Augusti Annô Domini
Millesimo Septingentesi-
mo Quinquagesimo Nonô.
Regni verò Nostri Annô
XXVI.

Ad Relationem Illmi Excellmi et
Rmi in Christo Patris Dni Micha-
elis Comitis de Granow Wodzicki
nominati Gnesn. Premisliens. Abbatis
Czervenen. et Mogilnen. Procancel-
larii Regni.

Roborant Contractum Magnifica
Lubomirska Vexillifera Rni et Mficus
Comes Brühl Generalis Artilleriæ Rni
ab una, et Admodum Rndus Soltyk
Epus Cracovien. Dux Severiæ et S.
Ogiński Capitaneus Smilanensis
nomine Magnificorum Ogińskich

Conjugum Mareschalcorum Supre:
morum M. D. Lith. qui Plenipotentes
parte ab altera.

Augustus Tertius &c:

Significamus &c: Quod coram Actis pre:
sentibus Metrices Regni Cancellariæ
nostræ minoris, comparentes persona:
liter Magnifica Joanna Baronissa de
Stain, olim Magnifici Principis Georgii
Ignatii bini nominis Comitis in Wisnicz
et Jarostaw Lubomirski Supremi Vexil:
liferi Regni Consors derelicta Vidua
medietatis Palatii et Curiæ infraspeci:
ficatorum hic Varsaviæ situatorum, er:
ga alteram medietatem Illustrium Adolphi
Lubomirski Filium suum minorennem
in secundo matrimonii voto progenitus
ejusdem Palatii et Curiæ Coheredem,
Hæredissa et Posestrix, suo et ejusdem
Generosi Principis Adolphi Lubomirski
Supremi Vexilliferi de Regni Filii sui
minorennis &. pro cujus ratihabitione
in forma Juris plenissima pacem cavet,
et se præsentibus inscribit: / tum Mgcus
Henricus Comes de Ouierzyno Brühl
Generalis Artilleriæ Regni Scepusien:,
Piasoczinen:, Bolemovien: &c: Capitaneus
qui à Tutor Ejusdem Generosi Principis Adolphi
Lubomir.

Lubomirskii Supremi Vexilliferi de Regni, al:
terius medietatis prædictorum Palatii et Curiæ
hæredis intuitu ejusdem alterius medietatis
una cum prædicta Magnifica Suprema Vexil:
lifera Regni qua Matre et naturali Tutrice
nomine ejusdem s: pro cujus similiter ratiha:
bitione informa Juris plenissima pacem
cavet, et se præsentibus inscribit: / agens ab
una, et Admodum Rndus Cajetanus Soltyk
Episcopus Cracovien: Dux Severiæ, atq; Gene:
rosus Andreas de Kozielsko Oginski Capita:
neus Districtus Osmianensis, uti Magni:
ficorum Ignatii de Kozielsko et Helenæ
de Oginskie Oginskich Supremorum Ma:
reschalcorum M.D.Lit: Conjugum, Plenipo:
tentia manuali, more Lithvanico Annô
præsenti Millesimô, Septingentesimô Quin:
quagesimô Nonô, Mensis Februarii vigesi:
mâ Octavâ Die conscripta, manibus eorun:
dem Magnificorum Oginskich Conjugum
et amicorum subscripta, Sigillo gentilitio
munita, et coram Actis Civilibus Mohilo:
viensibus Juris Magdeburgen: Annotati:
liter præsenti mensis Martii Quinta Die
approbata, specialiter ad infrascripta per:
agenda inscripti Plenipotentes, nomine
eorundem Magnificorum Oginskich Supre:
morum Magni Ducatus Lit: Mareschal:
corum Conjugum s: pro quorum in virtute

suprascripta Specialis Plenipotentiæ pacem
cavent et inscribunt: / agentes parte ab altera,
sani mentibus et corporibus existentes, rece-
dendo à Foro, Terris, et Jurisdictionibus suis
quibusvis propriis, huic autem Jurisdictio-
ni Nostræ Regiæ, quoad infrascripta re-
cognoscenda attinet, sese subjiciendo et in-
corporando, palam, libere ac benevole recog-
noverunt, et quisq' illorum suo pro inte-
resse recognovit. Quia ipsi Contractum
certum intuitu Resignationis ac Vendi-
tionis Palatii murati in Suburbio Cra-
viensi inter Palatia Nostrum ex una, et
Magnifici Principis Czartoryski Palatini
et Generalis Terrarum Russiæ et Podoliæ
parte ab altera et Curiæ lineæ in Solec suas
inter vicinitates hic Varsaviæ sitt, et aliàs
Conditionum in eodem Contractu expressarum
hic Varsaviæ Die vigesima Tertia Mensis
Junii Anno præsenti inter se Recognoscen-
tes initum et conscriptum, manibus suor
Recognoscentium et amicorum subscriptis
Sigillis munitum, Damnis Terrestribus
et Vadio Præcentorum Millium florenor
Polonicalium firmatum, in omnibus pun-
ctis, clausulis, articulis et conditionibus
approbârunt, confirmârunt, roborârunt
et ratificârunt, prout per præsentem ad acta
hac comparitionem approbant, confirmant

roborant

roborant et ratificant eidemq Contractui tam intoto quàm in minima ejus parte sta: re, parere et plenarie satisfacere sese ac eo: rum nominibus recognoscunt, suosque Successores submittunt et asecurant. Idque sub Damnis Terrestribus simplici verbo absq Juramento corporali taxandis et edi: cendis ac Vadio Trecentorum Millium florenorum Polonicalium. Pro quibus in casu contraventionis citati, Eorum Judicii Terrestris seu Officii Castrensis Varsavien aut Judicii Tribunalitii Regni, ubi ac eis dem rum nominibus recognoscunt, suisque Successoribus ad respondendum peremptorie remotis quibusvis Dilationibus et exceptionibus assignant. His suis persona: libus Recognitionibus ad premissa medi: antibus. Aliàs in forma Inscriptionis Robo: ratoriæ de Jure plenissima et perfectissima. Pro majori verò firmitate manibus pro: priis subscripserunt. Joanna Xiężna Lubomirska Ch. W. K. swoim y Syna mego Adolfa Imieniem. Henricus Comes de Brühl qua Tutor S. A. K. Kaietan Sołtyk Biskup Krakowski Xżęże: wierzki mp Andrzey Ogiński Starosta O: szmiański P. J. K. Quam ejus modi In: scriptionem Roboratoriam sicut premissam factam et recognitam Nos firmam ac de

Jure validam haberi volentes eandem ad Acta
præsentia suscipi, inscribi, et ex ijzdem fide-
liter descriptam Parti postulanti Authenti-
cè extradi permisimus. In quorum fidem &c.
Actum ut supra.

Donant ac Vendunt Palatium ac
Curiam Magnifica Baronissa de
Stain Lubomirzka Suprema Vexillí-
fera Regni et Mficus Comes Brühl
Generalis Artilleriæ Regni, Mficis
Ogintzkim Supremis Mareschalcis
M. D. Lcæ Conjugibus.

Augustus Tertius &c.
Significamus &c: Quòd coram Actis præsen-
tibus Metrices Regni Cancellariæ Mæ
minoris, Comparentes personaliter Mu:
gnifica Joanna Baronissa de Stain, olim
Mfici Principis Georgii Ignatii bini nomi-
nis Comitis in Wisnicz et Jaroslaw Lubo-
mirzki Supremi Vexilliferi Regni Comors
derelicta Vidua, medietatis Palatii et
Curiæ infra specificatorum hic Varsaviæ
sitorum, erga alteram medietatem Gnæi
Adolphi Principis Lubomirzki Filii sui
Minorennis in Secundo matrimonii
thoro secum procreati, ejusdem Palatii
et Curiæ Coheredis, Hæredisza et Posse-
strix una et ejusdem Gnæi Principis

Adol:

Adolphi Lubomirski Supremi Vexilliferi de
Regni filii sui Minorennis p. pro cujus rati-
habitione in forma juris quàm plenissima pacis-
cavet, et se inscribit nomine p. et Magnificus
Henricus Comes de Ourszyno Brühl Genera-
lis Artilleriæ Regni Sdeputien. Piasocznien.
Bolemovien. &c. Capitaneus, uti Tutor ejus-
dem Generosi Principis Adolphi Lubomirski
Supremi Vexilliferi Regni, alterius medi-
etatis prædictorum Palatii et Curiæ Hære-
dis, intuitu ejusdem alterius medietatis,
una cum prædicta Magnifica Principissa
Suprema Vexillifera Regni, uti Matre
et naturali Tutrice nomine ejusdem
p. pro quo similiter pacem cavet, et inscribit.
agens sani mentibus et corporibus existen-
tes, recedendo à Foro, Terris et Juris dictioni-
bus suis quibusvis propriis, huic autem
Jurisdictioni Nostræ Regiæ, quò ad infra
scripta recognoscenda attinet sese subji-
ciendo et incorporando palam, libere, ac be-
nevolè recognoverunt, præsentibusq; reco-
gnoscunt. Quia Ipsi insistendo Contra-
ctui Resignatorio ac Venditorio sub actu
hodierno roborato, jam exnunc et defacto
Magnificis Ignatio de Kozielsko et Hele-
næ De Ogińskie Oginskim Mareschalis
Supremis M.D.L. Conjugibus, ipsorumq;
legitimis Successoribus, Palatium muratum
hic Varsaviæ in Suburbio Cracoviensi

inter Palatia Nostrum ex una, et Mrii
Principis Czartoryski Palatini et Genera:
lis Terrarum Russiæ et Podoliæ parte
ab altera situatum, et Curiam ligneam
in Solec suas inter Vrsinitates consisten:
tem, sua ac ejusdem Gnôzi Adolphi Prin:
cipis Lubomirski propria et hæreditaria
Decreto Compromissoriali, ex divisoriali
in Palatio Reverendi in Christo Patris
Domini Antonii in Dembowa Gora Dem:
bowski Episcopi Cujaviæ et Pomeraniæ
hic Varsaviæ situato, Feriâ Quartâ
ante Festum Exaltationis Sanctæ Crucis
proximâ, Anno Domini Millesimo Septin:
gentesimo Quinquagesimo Quarto inter
se Recognoscentem Magnificam Principis
Jam Lubomirska et Successores secum
procreatos in assistentia Magnificorum
Tutorum agentes ex una, et Magnificos
primi Thori olim dicti Magnifici Princi:
pis Supremi Vexilliferi Regni ex olim
Magnifica Principissa Maria Anna Bie:
linska procedentes Successores parte ex
altera prolato, et ad Acta Castrensia Var:
saviensia Feria Quinta post Festum San:
cti Francisci Confessoris eodem Anno, in
post Pal Acta Castrensia Cracoviensia Fe:
ria Quarta post Dominicam Reminis:

scere

sere Annô Domini Millesimo Septingen:
tesimo Quinquagesimo Quinto, per obla:
tam porrecto, pro Classe sua Recognoscentis
Matris et prænemorati Jnôri Adolphi
Principis Lubomirski Exilii per medium
cessa et adjudicata, cum omni eorundem
tam Palatii quam Curiæ jure, proprietate,
propinquitate Titulo hereditario, tum
omnibus eorundem proventibus commo:
dis, usibus fructibus, Structuris parvis
et magnis, apparamentis, attinentiis q
et pertinentiis, prout idem Palatium et
Curia in suis circumferentiis et proten:
sionibus existunt, nihil sibi Recognoscen:
tibus, et prædicto Jnôro Adolpho Lubomirski
suisq ac ejus Successoribus Juris, Tituli
et prætextus reservando aut excipiendo,
præter fundum vacuum à Platea circa
præcenitam Curiam jacentem, distincto
Jure sibi Recognoscenti Magnifico Supre:
mo Vexillifero Regni spectantem, pro
se et suis Successoribus relictum, dant,
donant, conferunt, inscribunt, resignant
ac pro Summa Trecentorum Millium flo:
renorum Polonq in Aureis Hungaricalibus
adæquati ponderis, quemlibet Aureum
Hungaricalem Octodecem florenis polonq
numerando, et moneta in Regno currenti
pro pretio Palatii et Curiæ prædictorum

includendo Donum manicularе constituta:/
Deque persoluta Fidem Magnifici Equitis
Conjuges Supremi Marescalci M.D. L.ae
qui et antur:/ vendunt perpetuo ac in evd.
Intromissionem realem cum actuali et
pacifica possessione ad Palatium et Curiã
prædictibus resignata ac vendita Offici:
osè acceptandam libere dant et de facto
admittunt, Evictionem generalem cum
tuitione de et super Bonis suis ac Summis
generaliter omnibus à quibusvis impe:
dimentis quarumvis Personarum, tum
oneribus quibusvis prioribus et poster:
oribus suis tum Successoribus et quidem
Magnifica Principissa Suprema Vexillife:
ra Regni intuitu totius Palatii et Curiæ
jam verò Magnificus Comes Brühl Gene:
ralis Artilleriæ Regni intuitu medieta:
tis Equorum Adolphum Principem Lubo:
mirski recipientis, cavent et inscribunt
Idque sub damnis Terrestribus sim:
pliciter taxandis et edicendis, tum Vadio
Trecentorum Millium Florenor Polonica:
lium. Pro quibus in casu non tuitionis
et Evictionis alicujusq' exorti impedimen:
ti, citati suis cum Successoribus Fori
Judicii Terrestris seu Officii Castrensis
Urbis, recognitæ, sanum, salvum et illæsũ
omnique suspicionis nota carens, tenoris
sequentis = In nomine Domini Amen.
Presenti publico Plenipotentia Instrumen=
to cunctis ubique pateat evidenter notum
sit quòd Anno à Saluberrima Nativitate
Domini Nostri Jesu Christi Millesimô Se=
ptingentesimo Sexagesimo, Indictione
Romana Octavâ Die verò Quartâ Aprilis
Pontificatûs autem Sanctissimi in Eodem
Christo Patris et Domini Nostri D. Clemen=
tis Divina Providentiâ Papæ XIII. Annô
Secundô = In mei infrascripti Causarum
Curia

Curiâ Capitolii hujus Almæ Urbis apostolica Auctoritate Notarii Publici collegiati, ac infrascriptorum Testium præsentia et personaliter comparens et existens Illustrissimus Dominus Clemens Zamoyski Ordinatus Zamoyscensis sanus mente et corpore recognovit. Quia Ipse in exitu et determinio Sexennalis possessionis per Illustrissimum Joannem Zamoyski Capitaneum Lublinensem, quâ Patruum et Tutorem suum, vigore Complanationis certæ à Proceribus Regni Poloniæ conclusæ et subscriptæ, Annô verò præsenti 1760. in et pro Festo Nativitatis S. Joannis Baptistæ expirantis, cupiens omnes prætensiones si et inquantum aliquæ ex Tenuta et possessione hac Sexennali de Bonis præfatæ Ordinationis, atque administrata sive Personæ et Substantiæ tutela, adversùs prælibatum Illrmum Patruum suum, vel èconverso ex parte ejusdem Illustrissimi Patrui ad se Recognoscentem exortæ fuerint, ante reditum suum in Patriam ab exteris, et receptionem in possessionem suam Bonorum omnium Ordinationi Zamoyciana subjectorum sopire, expacificare, ad eandem modô amicabili inve-

stigandas, sopiendas, et finaliter pacifican:
das Illustrissimos Andream Zamoyski
Palatinum Junivladislaviensem Patruũ
suum et Theresiam de Michowskie, olim
Illmi & Thomæ Zamoyski Palatini Lubli:
nensis Ordinati Zamoyscensis Patris sui
Consortem, nunc autem relictam viduam
Matrem suam Carissimam, omni meliori
modo et forma de jure plenissima et solen:
nissima, innuos veros, legitimos, indubita:
tos, Specialesq; quo ad hunc actum Ple:
nipotentes ac Mandatarios, constituit,
creavit et ordinavit, prout præsentibus
constituit, creat et ordinat. Dans et conce:
dens pralibatis suis Plenipotentiariis jun:
ctim, sive etiam seorsim unicuiq; plenariã
facultatem et potestatem ad Bona Ordina:
tionis Zamoysciana juri suo subjecta ante
expirium recensita Sexennalis possessionis
condescendendi, ibique de pratensionibus
omnibus ex fundo et re hujusce possessi:
onis Sexennalis ad Personam Illmi capita:
nei Lublinensis Patrui et Tutoris sui e:
mergentibus indagandi, eandem in rem
et pro interesse Sui liquidandi, determi:
nandi, aut etiam componendi. Insuper
debita omnia juxta Complanationem
per Illmum Tutorem suum soluta,

tum

tum Archivium Ordinationis Zamoyscia-
ne atque Inventaria rerum omnium mo-
bilium patis olim Illmi Thome Zamoysci
Palatini Lublinensis immediati Ordinati
Zamoyscensis Patris verò et Genitoris sui
desideratissimi relicta, necnon Fortalitii
Zamoysciani, investigandi, verificandi et
conscribendi. Denique si aliquid Illmus
Patronus et Tutor suus sub ejusmodi
Tenuta Sexennali ultra Complanationem
in rem et pro interesse sui erogaverit, il-
lud solvendi, aut pretensionibus mutuis
quatenus inventa fuerint, compensandi
et bonificandi, Quietationemque pro so-
luto aut bonificato requirendi, ulteraque
uncta, que ad plenam Quietationem
per se constituentem in Personam sui
Illmi Tutoris, in et pro Festo Nativi-
tatis S. Joannis Baptiste, coram actis
quibusvis Authenticis Regni personaliter
recognoscendam spectare necessariò cogno-
verint, peragendi et sopiendi, ac etiam hy-
pothecarios quosvis in Bonis Ordinatio-
nis Zamoysciane existentes, tempestivè
ante terminum de levandis suis hypo-
thecis, Arendatorios verò Possessores de
expiratione tenutarum suarum monendi

et avisandi, aliosque Plenipotentes in lo-
cum sui cum simili aut limitata potestate
et auctoritate hoc in negotio concludendo,
constituendi. Promittens p̃ totum quid
quid per supranominatos Plenipotentes
suos, sive ab illis in locum sui constitu-
endos, gestum, factumve fuerit, non ali-
ter nisi si id ipse solus Illmus Constitu-
tuens gessisset et fecisset, pro rato et grato
sub Vadio Ducentorum Millium florenor
Polon. suscepturum. Pro quo quidem
Vadio regue ipsa principali Illmus
Constituens citatus existens, coram quo-
vis Foro sibi competenti stare, parere,
præcisis omnibus dilatoriis et dilatio-
nibus peremptoriq; respondere tenebitur.
Alias in forma Plenipotentiæ de jure
plenissima et perfectissima. Quampro
majori firmitate et valore manu sua
propria subscripsit. Clemens Zamoyski
Ordinatus Zamoscensis. Actum Rome
in Officio mei, præsentibus Illmo et Rmo
D. Georgio Comite de Lascaris Archiepo
Theodosiense Sac: Regiæ Mtis Poloniæ
Consiliario Intimo, Sacræ Congregationis
super disciplina Regularium Secretario
Abbate Zollaviense et Illmo D. Thoma
de Anticiis Sacri Romani Imperii Comite

ex

ex Marchionibus Pezia Testibus ad
prædicta vocatis, habitis atque rogatis.
/Locus Sigilli Typo nigro expressi/ Ego
Franc^us Maria Lorenzinus Civis Roma-
nus et Publicus Dei gratiâ et Apl^ca Au-
ctoritate Camerarius Curiæ Capitolii Nor^s.
Collegialis De præmissis rogatus, præsens
Instrumentum subscripsi et publicavi, meoq^
solitô signô munivi requisitus &c.- -Nos
ad præsens Camerarius Almæ Urbis Inclytiq^
Populi Romani Conservatores, universis
fidem facimus verbôque veritatis testa-
mur Supradictum D. Franciscum Mariam
Lorenzini de præmissis rogatum fuisse et
esse Notarium Publicum, legalem et fidedign^m,
Curiæq^ Capitolii Notarium Collegialem, prout
refert, et facit, Scripturisq^ suis publicis
et privatis in Judicio et extra semper fuisse
adhibitam, et de præsenti quoq^ adhiberi si-
dem. In quorum fidem &c.= Datum Rome
ex Magnis Ædibus Capitolinis hac die quar-
tâ Aprilis 1760.= Pro D. Secretario Inclyti
Collegii DD. Notariorum Curiæ Capitolii=
Dominicus Antonius Baptistonus de
mandato &c. Locus Sigilli Almæ Urbis Con-
servatorum. Quod ejusmodi Instrumentum
Plenipotentiæ suprascriptæ, sicut præmissum
per oblatam porrecta, nos ad acta præsentia

susipi, inscribi, et ex ijdem fideliter de-
scripta Parti postulanti Authentice extradi
Originale verò Offerenti rursus restitui
permittimus. In quorum fidem &c. Actum
Varsaviæ ut supra.

Actum Varsaviæ Feriâ
Secundâ post Festum Inven-
tionis Sanctæ Crucis pro-
ximâ Die scilicet Quintâ
mensis Maji Annô Dñi
Millesimô Septingentesimo
Sexagesimo. Regni verò Nri
Annô XXVII.

Ad Relationem Illmi Excellmi
et Rmi Dñi Polancellarii Rni ut supra

Oblata Rescripti Commissionis inter
Oppidanos et Suburbanos Oppidi Au-
gustow ab una, et Gnosum Mniszech
Curiæ Rni Vexilliferum Capitaneô
Augustoviensem, ac dicti Capitaneatûs
Gnôsum Tenutarium, aliosq Concitatos.
ex

Augustus Tertius &c.

Significamus Ex Oblatas esse ad acta pre-
sentia Metrices Regni Cancellariæ Nræ
Minoris Literas originales papyreas Re-
scripti Commissionis infrascripto manu
Nra Regia subscriptas et Sigillo majori
Rni

Regni communitas, sanas, salvas et illæsas
omnique Suspicionis notâ carentes, tenoris
sequentis = Augustus Tertius Dei Gratiâ
Rex Polonia, Magnus Dux Lithvaniæ,
Russiæ, Prussiæ, Masovia, Samogitiæ, Kijoviæ,
Volhyniæ, Podoliæ, Podlachiæ, Livoniæ,
Smolensciæ, Severiæ, Czerniechoviæq; nec:
non Hæreditarius Dux Saxoniæ et Princeps
Elector. Generosi Felicii Czachi Pouillatoni
Regni, Gabrielis Lesiewski Ravensi, - -
Luszczewski Sochaczoviensi Judicibus
Terrestribus, Paulo Niedzwiedzki notario
Terrestri Premysliensi, Laurentio Zielinski
Venatori Sochaczoviensi, Antonio Drohoiewski
Ensifero, Stephano Dwernicki Castrensi notario
Premysliensibus Fideliter nobis Dilectis Gra:
tiam nostram Regiam. Generosi Fideliter
nobis Dilecti. Devolutam fuisse ad nos Judi:
ciaque nostra Tribunalia Regni actionem
ex Literis Citationum, ad instantiam Fama:
torum Patronorum Consulum, totiusq; Ma:
gistratûs ac Communitatis Oppidanorum
Augustoviensium ac Suburbanorum Bo:
rovi et Holuchovi nuncupatorum Autori-
Venerabili .... Czugalinski Ritûs La:
tini Præpositi, et Devotis Molorzychie Ritûs
Græci Latino uniti Parochis Augustovien-
tum Generosis Adamo Mnizech Vexilifero

Curia Regni, Capitaneo Augustoviensi
et Josepho Zaiaczko Pullatori Rosanensi
memorati Capitaneatûs Augustoviensis
Tenutario extraditarum, et quidem Præ-
posito et Parochis, occasione fundorum,
arearum, a Domorum Civilium adem-
ptionis, ex ipsis fructuum perceptionis,
ad dandos qualibet nocte duos homines
pro custodia Templorum adactionis, aliarumq;
injuriarum et damnorum Actoribus illa-
tionis, Generosis Capitaneo et Tenutario
intuitu per illos actorum contra præscri-
ptum Privilegiorum, Lustrationum et De-
cretorum Nostrorum, ad subministrandas
Podwodas, pendendas Contributiones pecun-
arias variis nominibus vocitatas, ad extra-
dendam pensionem Avenariam fæni, et car-
nis bovinæ, quotannis indebita compul-
sionis, fundorum, pratorum et arearum
Civitatensium occupationis et appropri-
ationis, liquorum propinationis, incisio-
nis Sylvarum Oppidanis et Suburbanis
Augustoviensibus permissæ, non admis-
onis imo denegationis, et ne Judæi ferant
onera Civitatensia, prohibitionis, Salvi Con-
ductus violationis, aliarumq; injuriarū
et damnorum fusius in prædictis Literis
Citationum ac Manifestationibus prun-

ctatim

etatim inserto rum causationis. Ad quam
causam cùm vicissim Generosi Capitaneus,
et ejusdem Capitaneatus Augustoviensis Te-
nutarius, necnon cæteri Coactores in citatio-
ne Anni 1759ni. ejusq; Relatione expressi
Famatos Oppidanos Augustovienses deno-
minibus et cognominibus ibi in memorata
citatione expressos, tanquam principales
hujusce cœpti Processûs, nomine acu pub-
co motores, intuitu per ipsos tumultus
contra Generosos Capitaneum ac ejus Tenu-
tarium in Oppido Augustow excitationis
demum Oppidanorum Augustoviensium
ad conjurationem adversùs Generosum
Capitaneum in Parochiali Ecclesia Ritûs
graci faciendam inductionis, Jurisdictioni
Capitaneali malitiosè recalcitrationis,
Decretô Commissoriali nostrô Millesimi
Sexcentesimi Octuagesimi, contraventionis
et panarum ibidem contra tumultuantes
Oppidanos appositarum succubitionis,
denique fundorum Capitanealium avulsi-
onis, ubiq; ultra Civitatenses in Originali
Privilegio Locationis expressos, appropria-
tionis, Sylvarum Capitanealium excisionis,
et preter necessitatem propriam pro loco
ac ædificiis Lignorum exipsis excisorum
divenditionis, Honoris Generosi Capitanei

per Protestationes, Citationes, et Supplices
Libellos nomine Oppidi porrectos, gravissima
circumscriptionis, ad extremum Transacti-
oni Complanatoria sub Die Decima sextâ
Decembris millesimo Septingentesimô
Quinquagesimo Nono per Ordines Civitatis
Ad interpositionem ex parte utrag' rogato-
rum Amicorum inita et conclusa, et ex
personali mutuag' comparitione Actis
Castrensibus Belzensibus sub Actu Feriæ
Quintæ in Vigilia S. Thomæ Apostoli Anno
millesimo Septingentesimo Quinquage-
simo Nono, roboratæ, contraventionis,
aliarumg' injuriarum et damnorum
in Manifestationibus et Citationibus
contentorum perpetrationis, concitârunt.
Nos hos mutuos Partium Actoratus cum
deinceps et quanto citius id fieri potest,
decidendos esse cupimus, de Partium utra-
rumque consensu, id negotii Fidelitatibus
Vestris S. de quorum industria, et in rebus
gerendis dexteritate optimè persvasi sumus,
committendum esse duximus, prout qui-
dem hisce Literis nostris committimus.
Quatenus Fidelitates Vestræ pro Die Vige-
sima Octava Mensis Julii Anno currenti,
tanquam interminо à Nobis Literis præ-
sentibus designato, et Parti utrique per

Oblatam

oblatam in proprio Districtu, et avisationẽ
Ministerialis tempestivè innotescito ad
Oppidum Nostrum Augustow mutuo sum-
ptu Partium conducti, condescendant, ibidem
absentiâ nonnullorum ex Fidelitatibus
Vestris ſ: dummodo tres adsint :ſ non obstante,
nec Contumaciâ alterutrius Partis attentâ
fundatâ Jurisdictione suâ Commissoriali
in Prætorio Civitatis, acclamatisq' ad presen-
tiam sui Partibus, ante omnia Jura utpote
Privilegium Locationis millesimi Quin-
gentesimi Quinquagesimi, Revisiones,
Lustrationes, Decreta Commissorialia
et Nostra ubi prodiit demandent, ea con-
notent, revideant, et diligenter perlegant,
et a' quonam, ipsis et in quo contraventũ
fuerit, indagent, et quidquid ex productis
et relectis ijdem à Civibus et Suburbanis
Augustoviensibus ad proventus Generosi
Capitanei spectare cognoverint, id totum
Gnoso Capitaneo adjudicent, et quotannis
pertives extradere demandent. Depensi-
one avenaria et fœni undenam hæc datio
suum initium sumpserit, et a' quo tem-
pore practicata inveniatur acsi etiam
ex aliis Villis Capitaneatûs Mostovien-
sis: sive Augustoviensis ultra labores Colona-
rios pensitatur, et utrum ante Decreta nostra
et Commissorialia fuerit in usu, etiamper

Inquisitiones in defectu aliorum documen:
torum indagent, et quòd si hanc dationem
frumentariam et fani ab immemorabili
tempore ab Oppidanis practicatam, atque
à Villanis hujus Capitaneatûs dari so:
litam, inverint, ad ipsam quotannis
pensitandam, Generoso Capitaneo Oppida:
nos obligent, sin autem Oppidani ipsam non
ita pridem fuisse sibi impositam, ac semper
reclamatam probaverint, eam in perpetuũ
abrogent et tollant. Demum ad revisionẽ
fundorum, arearum, hortorum, pratorum
tam Capitanealium, quàm Civitatensium,
ac etiam Possessorum per Præpositum et
Parochos Augustovienses, adhibitô etiam
ad id si opus fuerit, Geometrâ juratô, sum:
ptu Generosi Capitanei conducendô, acce:
dant, et quonam Jure hæc cuncta à modernis
Possessoribus occupantur, indagent et per:
quirant, et quidquid ex hac revisione fun:
dorum et perlustratione Jurium et ad
quem spectare repererint, id unicuique
pro Jure et justitia adjudicent, et restitui
demandent. Judei in Oppido Augustow
incolatum habentes, et mercaturas sive
propinationes exercentes, ac fundos Civi:
tatenses possidentes, utrum aliquid tam
ex fundis, quàm mercatura, ac etiam
ex propinatione pro oneribus communibꝰ

Civitis.

Civitatis contribuant, et num eosdem fun:
dos civibus interceperint, et quo jure illos
possident, investigent, ac ipsos ad commu:
nia onera præcipue ex fundis possessis cum
civibus ferenda, tum à mercaturis in op:
pido exercitis, juxta antiquas cum oppida:
nis compositiones, compellant, prætensiones
mutuas Generosi Capitanei ad cives et sub:
urbanos et civium ac suburbanorum ad
Generosum Capitaneum sive Ejusdem Capi:
taneatûs Senatarium, pariter et ad Spiritu:
ales et Judæos et è converso habitas, cogno:
scant, calculent et decidant, Inquisitiones
ex testibus fide dignis rei notitiam habentibus
et dicta et depositiones suas juramentô
corporali comprobantibus, etiam de commu:
nitate eligendis, super conspiratione per
cives et suburbanos in Ecclesia contra Ge:
nerosum Capitaneum facta, tumultu con:
tra eundem excitato, desolatione Sylvarum
Capitanealium, evectione per cives lignorum
ipsorumq' pro sui lucro divenditione,
violatione Salvi Conductus, injuriis civibus
factis, ac civium jurisdictioni Capitaneali
recalcitratione expediant, omnesq' Cathego:
rias tam juris quàm facti sub mutuos
actoratus Partium subintrantes et usque
ad actum expeditæ Commissionis interce:

dentes punctatim decidant, et definiant
et præcipué in principales motores prædicti
tumultus et conjurationis tum deriva
Generosi Capitanei circumscriptionis, ad-
vertant, eosdemque quatenus per Inquisi-
tiones convictos, pœnis in Decreto Nostro
Commissoriali millesimi Sexcentesimi
Octuagesimi vallatis, afficiant et puniant.
In reliquo bonum ordinem in eodem oppido
inter Cives et Suburbanos tam in regimi-
ne quàm in exigendis contributionibus atq;
de proventibus Civitatis coram Generoso Ca-
pitaneo sive Ejus ad id substituto, redden-
do quotannis Calculo, necnon super libera
in Sylvis Capitanealibus profoco et dolijs
juxta tenorem Decreti Nostri millesimi
Sexcentesimi Octuagesimi Primi, per Cives
incisione constituant, vel si Partes in eodem
negotio sub Actu Commissionis complanare
poterint, complanent, ejusmodiq; complana-
tionem Authoritate sua Commissoriali ap-
probent, sin minus, totum id finaliter decidant,
salva nonnisi à Sola Sententia definitiva Par-
ti gravatam se sentienti ad Nos Judiciaque
Nostra Appellatione manente, committimus
et demandamus. Nihilominus Salvum Con-
ductum ijdem Oppidanis et Suburbanis
à vi et potentia Generosi Capitanei et Tenu-

tarii

tarii à Nobis jam alias concessum, Ipsis usq;
ad plenariam Causæ hujus decisionem proro-
gamus, ne tamen eodem abutantur, imo Ge-
neroso Capitaneo convetas in hucusq; dati-
ones pendant, eidem in omnibus licitis et
honestis obediant, à tumultibus abstine-
ant, sub rigore executionis militaris ipsis
præcipimus. Factura sunt Fidelitates
Vestræ promissa omnia pro Gratia nostra
Regia et Officiorum suorum debito. In quo-
rum fidem præsentes manu nostra sub-
scriptas Sigillo Regni communiri jussimus.
Datum Varsaviæ Die IV. mensis Maji
Annô Domini MDCCLX. Regni vero
nostri XXVII. Annô. Augustus Rex.
Locus Sigilli majoris Cancellariæ Regni.
Adalbertus Rakowski Pecillator S. Vimen
Sigilli majoris Regni Secretarius mp.
Rescriptum Commissionis inter Oppidanos
et Suburbanos Oppidi Augustow ab una,
et Gnósum Miszeli Curiæ Regni Vexilli-
ferum, Capitaneum Augustoviensem
ac Dicti Capitaneatûs Gnósum Tenutarium
mutuos Autores et Citatos, aliosq; Concitatos
in Actoratus et reatus ejusdem negotii in-
trantes. Quas ejusmodi Literas Rescripti
Commissionis suprascriptæ sic ut præmissum
per Oblatam porrecta, nos ad acta præsentia
suscipi, inscribi, et ex ijsdem fideliter descripta

Parti postulanti Authentice extradi Origi:
nale vero Offerenti rursus restitui / dequo
recepto Cancellariam quietavit / permisi:
mus. In quorum fidem &c Actum Varsaviæ &c.
ut supra.

Oblata Privilegii Libertationis Domus
Lapideæ Varsaviæ in Platea Kozia
dicta sitæ, ab exOfficio suscipiendorum
Hospitum Nobilibus Francisco et Brigittæ
Gawdzickim Conjugibus servientis.

Augustus Tertius &c:
Significamus &c: Oblatas esse ad Acta præ:
sentia Metrices Regni Cancellariæ No:
stræ minoris Literas Originales Papy:
reas Privilegii Libertationis Domus Lapi:
deæ infrascriptæ, manu nostra Regia
subscriptæ et Sigillo majori Regni com:
munitas, sanas, salvas et illæsas omnig
suspicionis nota carentes tenoris sequentis:
Augustus Tertius Dei Gratiâ Rex Poloniæ,
Magnus Dux Lithuaniæ, Russiæ, Prussiæ,
Masoviæ, Samogitiæ, Kijoviæ, Volhyniæ,
Podoliæ, Podlachiæ, Livoniæ, Smolenscii,
Severiæ, Czerniechoviæq' necnon Hæreditá:
rius Dux Saxoniæ et Princeps Elector.
Significamus præsentibûs Literis nostris
quorum interest universis et singulis, Quia
nos ad intercessionem certorum Consiliarior
nostrorum pro nobili Francisco Gawdzicki,

ad nos

ad Nos factam, commendatagque habentes
ipsius merita, faciendum esse duximus, ut
Domum Lapideam in Suburbio Gracoviensi
in Platea Kozia dicta sitam, ad præsens
ejusdem Nobilis Gawdzicki et Brigittæ
Salomonowiczowna Ipsius Consortis pro-
priam et hereditariam, ab exoffitio nrō
Regio et onere suscipiendorum quorum-
cunque Hospitum tam extraneorum
quàm Regni nostri Incolarum, Digni-
tariorum, Officialium, Servitorum et Au-
licorum militumque Exercituum nostro-
rum et Reipublicæ, cujuscunq' Statûs, Se-
xûs et conditionis ac præeminentiæ fue-
rint, tam sub tempus Comitiorum Regni
quàm alio quovis tempore eximeremus,
et liberaremus, prout quidem eximimus
et liberamus, Generosisq' Hospitiorum
tam nostris quàm Magnificorum Regni
et magni Ducatûs Lithuaniæ Mare-
schalcorum et Capitaneorum Distributori-
bus nunc et pro tempore existentibus,
mandamus et inhibemus, ne in prætacta
Domo Lapidea eorundem Nobilium Gawdzi-
lich Conjugum tam sub præsentia Nostra
quàm extra præsentiam Nostram, ac sub
tempus Comitiorum et Convocationum
Regni ac aliorum quorumvis Congressuum
publicorum, Comitiolorum et Judiciorum

Stationes seu ex-Officium cuicung' Persone
assignare inscribereq' audeant et presumant
eidque sub penis in Convulsores Privilegior
Nostrorum Sanctis. Quod omnibus quorũ
interest, presertim vero' Magnificis Ma:
reschalcis Regni et M. Ducatus Lithvanie
atque Generosis Capitaneis Varsavien
moderno et pro tempore existentibus,
tum eorum Distributoribus et nostris,
necnon Nobili et Spectabili Magistratui
antiqua et nove Varsavie notum esse
volentes, ipsos requirimus, mandamusq'
ut prenominatos Nobiles Jawdzichie con:
juges, eorumque preditam Domum
Lapideam circa presentem Libertatem
et ab exoffitio suscipiendorum Hospitũ
exemptionem benigne' concessam, conser:
vent, manuteneant, et ab omnibus con:
servari et manuteneri curent. Pro Gratia
nostra Regia Officiorumq' suorum debito.
In cujus rei fidem presentes manuñra
subscriptas Sigillo Regni communiri
jussimus. Datum Varsavia Die XVII.
Mensis Martii Anno Dñi MDCCLVII.
Regni vero Nri XXIV. Anno. Libertatis
Domus Lapidea Varsavie in Platea Ko:
zia dicta sita, ab exOfficio suscipiendorum
Hospitum Nobilibus Francisco et Brigitta
Jawdzichim Conjugibus datur. Augustus Rex

Locus

Locus Sigilli majoris Regni. Adalbertus Ra:
kowski Pouillator Terræ Visnensis, Sigilli majoris
Regni Secretarius mp. Duas ejusmodi Literas
Originales Privilegii Suprascriptæ sicut præ:
missum per Oblatam porrectæ, nos ad acta præ:
sentia suscipi, inscribi et ex ijdem fideliter
descriptæ Parti postulanti authentice extradi,
Originale verò rursus Offerenti restitui per:
misimus. In quorum fidem &c. Actū ut supra.

Oblata Privilegii Libertationis Domus
Lapideæ Varsaviæ in suburbio Cracovien:
sub jurisdictione capitulari et Decanali
sitæ ab exOfficio suscipiendorum Hospi:
tum Gnōzis Paulo Barss et Francisæ
Conjugibus Servien:

Augustus Tertius &c:

Significamus &c: Oblatas esse ad acta præsentia
nostrices Regni Cancellariæ nostræ minoris
Literas Originales papyreas Privilegii Liber:
tationis Domus Lapideæ infrascriptæ, manu
nostrâ Regiâ subscriptas et Sigillô minori Re:
gni communitas, sanas, salvas et illæsas, omnig'
suspicionis nota carentes tenoris sequentis:
Augustus Tertius Dei Gratiâ Rex Poloniæ,
Magnus Dux Lithvaniæ, Russiæ, Prussiæ,
Masoviæ, Samogitiæ, Kijoviæ, Volhyniæ, Podo:
liæ, Podlachiæ, Livoniæ, Smolenscia; Severiæ,
Czerniechoviæq' necnon Hæreditarius Dux

Saxoniæ et Princeps Elector. Significamus
præsentibûs Literis quorum interest universis
et singulis. Quòd Nos ad intercessionem certo-
rum Consiliariorum Nostrorum pro Generoso
Paulo Barss Secretario Nostro ad nos factam
commendatag' ipsius merita habentes, faci-
endum esse duximus, ut Domum Lapideam
in Suburbio Cracoviensi sub Jurisdictione
Capitulari et Decanali sitam, ejusdem
Generosi Barss et Franciscæ Jawdzicka
ipsius Consortis propriam et hæreditariam
ab exoffitio Nostro Regio eroneresuscipi-
endorum quorumcunque hospitum tam
extraneorum quàm Regni Nostri Incolar,
Dignitariorum, Officialium, Servitorum
et Aulicorum, militumg' Exercituum
Nostrorum et Reipublicæ, cujuscunque
Status, Sexûs et conditionis ac præeminen-
tiæ fuerint, tam sub tempus Comitiorum
Regni, quàm alio quovis tempore exime-
remus et liberaremus, prout quidem eximi-
mus et liberamus, Generosisg' Hospitiorum
tam nostris quàm Magnificorum Regni
et Magni Ducatûs Lithvaniæ mareschal-
corum et Capitaneorum Distributoribus
nunc et pro tempore existentibus, manda-
mus et inhibemus, ne in prætacta Domo
Lapidea eorundem Generosorum Barssow
Conjugum tam sub præsentia nostra quàm
extra præsentiam Nostram ac sub tempus
Comitior

Comitiorum et Conventionum Regni ac
aliorum quorumvis Congressuum publicor
Comitiolorum et Judiciorum Stationes seu
exofficium cuicung Persone assignare in:
scribereq audeant et presumant, idq sub
penis in Convulsores Privilegiorum nostro:
rum Sanctis. Quod omnibus quorum in:
terest, presertim verò Magnificis Mare:
schalcis Regni et Magni Ducatûs Lithû
atque Generosis Capitaneis Varsaviensibus
moderno et pro tempore existentibus, tum
eorum Distributoribus et nostris, necnon
nobili et Spectabili Magistratui Jurisdicti:
onis Capitularis et Decanalis notum esse
volentes, ipsos requirimus, mandamusque
ut prenominatos Gnôsos Barssowie Conjuges,
eorumque praedictam Domum Lapideam
circa presentem Libertatem et ab exofficio
suscipiendorum Hospitum, exemptionem
benignè concessam conservent, manutene:
ant, et ab omnibus conservari et manu:
teneri curent pro Gratia nostra Regia offi:
ciorumque suorum debito. In cujus rei
fidem, presentes manu nra Subscriptas
Sigillo Regni communiri jussimus. Datû
Varsaviæ Die XII. mensis Aprilis Annô
Domini MDCCLVIII. Regni verò nostri
XXV. Annô. Libertatis Domus Lapideæ

Varsavia in Suburbio Cracoviensi sub juris-
dictione Capitulari et Decanali sita ab
exofficio suscipiendorum Hospitum Generoso
Paulo Burs et Francisca Conjugibus
datur. Augustus Rex. Locus Sigilli mi-
noris Regni. Antonius Siburski Secretarius
et Sigilli Regni Secretarius. mpp Quas ejus
modi Literas Originales Privilegii supra
scripti sicut premissum per oblatam porre-
ctas, nos ad acta presentia suscipi, inseri-
bi et ex ijdem fideliter descripti Parti po-
stulanti Authentice extradi, Originale
vero rursus Offerenti restitui permisimus.
In quorum fidem &c. Actum ut supra.

Actum Varsaviæ Feriâ
Sextâ in Crastino Festi Sancti
Stanislai Episcopi et Marty-
ris Videlicet nonâ Mensis
Maji Annô Domini Mille-
simô Septingentesimo Se-
xagesimô. Regni vero Nri
XXVII. Annô

Ad Relationem Illmi Excellmi
et Rmi Dni Prolancellarii Regni ut supra
Requisitiô de non existentia in Actis Me-
trices Regni certi Privilegii
Augustus Tertius &c.
Significamus &c. Quod ad Acta presentia
Metrices

Metrices Regni Cancellariæ Nostræ mu:
noris veniens personaliter Generosus Joannes
Dessert nomine et ex Speciali Commisso
Magnifici Josephi Alexandri Principis Ja:
blonowski Palatini Novogrodensis Princi:
palis sui agens, requisivit à præsenti
Cancellaria nostra, utrum in Actis hinc
utriusq' tam majoris, quàm minoris Can:
cellariæ, Privilegium Juris communica:
tivi super Tenutam Zvinogrodzensem in
Anno Millesimo Sexcentesimô Trigesimo
Nono, Die vigesima nona Novembris à
Serenissimo olim Vladislao Quarto Rege
Poloniæ Antecessore Nostro Generoso Comite
de Potoli, olim Generosi Alexandri Kazano:
wski Capitanei Bohustavien: Notarii Cam:
pestris Regni Consorti datum, reperiri
necne? cujus affectationi præsens Cancel:
laria Nostra annuendo, adinquirendum
præmissum Juris Communicativi Privilegii,
Gnorum Joannem Franciscum Cywinski
eorundem Actorum Regentem addixit et
deputavit, qui additus et deputatus exi:
stens recognovit se super recensitum Juris
communicativi Privilegium abinitio Anni
1630mi usq' ad finem 1640mi inclusivè quæ:
sivisse et non reperivisse, de cujus Privi:
legii Juris Communicativi non existentia

hanc idem Generosus Joannes Franciscus Cyrinski intulit relationem, Generosus quoque Requirens de diligentia manifestationem. Pro majori vero fide et firmitate manibus propriis se subscripserunt. Jan Desert. Joan Franc Cyrinski. Quam ejusmodi Requisitionem nos ad Acta presentia suscipi, inscribi et ex ijdem fideliter descriptam Parti postulanti authentice extradi permisimus. In quorum fidem &c. Actum ut supra.

Oblata Remissionis Causa inter Mficum Franciscum Bielinski Supremum Exercitus Marschalcum, Bonor Villa Dembe et Budziska cum attinentiis anteactum, et Gnosum Stanislaum Bielinski Capitaneum Garvolien praesentaneum, Heredes ab una, et Mficum Ducem Czartoryski Palatinum Russiae, Bonor Villae Chyziny et Wielkolas ad Capitaneat Latovicen spectan Possessorem ac alios intercedentis per Commissarios Suae Regiae Mtis ad Judicia Assessorialia facta.

Augustus Tertius &c.

Significamus &c. Oblatas esse ad Acta praesentia Metrices Regni Cancellariae nostrae minoris Literas papyreas Originales Remissionem Causae inter Partes infrascriptas per Commissarios nostros ad Judicia Assessorialia Regni factam et expeditam inse

cont:

continentes, sanas, salvas et illesas omnig
suspicionis notâ carentes tenoris sequentis=
Actum in Fundo controverso Bonorum
Villa Dembe et Buzizka cum attinentiis
Illustris Magnifici Stanislai Bielinski
Capitanei Jarvoliensis hereditaria ab una
atque Bona Villa Chyziny et Wielkolas
ad Capitaneatum Latovicensem spectantia,
tum ipsummet Oppidum Latowicz et alia
possessioni Illmi Principis Czartoryski
Palatini et Generalis Terrarum Russiæ
et Podoliæ Capitanei Latovicensis subjecta
parte ab altera, ubi antea Jurisdictio com-
missorialis fundata fuit, nempe in pariete
prædictæ Villæ Dembe, à Bonis Villæ
Chyziny capitaneatis fluvio Swider di-
stingente circa ipsummet fluvium
Swider in Prato Pleskocha dicto, atergo
Ædificiorum Villæ Dembe usq' ad ripam
prædicti Fluvii Swider protenso, Feriâ Se-
cundâ post Festum Inventionis Sanctæ
Crucis proximâ videlicet Die Quintâ Maji
Anno Millesimo Septingentesimo sexage-
simo in præsentia Magnificorum et Gene-
rosorum Thomæ Bienkowski Burgrabii
Castrensis Varsaviensis, Michaëlis We-
grzecki, Michaelis Mrozowski notarii
Judiciorum Referendarium Regii Thomæ
Wozniakowski Regentis eorundem Judiciorum

Referendarium Rñi, Antonii Rzczalski,
Michaelis Mrotkowski, Alberti Lazewski
Joannis Wrzechowski, necnon Ministerialis
Regni Generalis Provisi Alexandri Bienko
de oppido Parysow Authentico et Jurato.
In quo Jurisdictionis Termino Partibus
Illustri Magnifico Francisco Bielinski
Supremo Marschalco Rñi, Bonorum
Villarum Dembe et Budzisko cum adhinen:
tiis anteacto, tum Illustri Mfico Stanislao
Bielinski Capitaneo Jarvolien: Bonorum
eorundem præsentaneo Hæredibûs Actoribûs
et citatis per Magnificum Josephum Kom:
rowski Regentem Marschalcatûs Regni
inscriptum Plenipotentem, tum Generosis
Joanne Reymann Appellatorum Bonorum
et aliorum Generali Commissario et Francisco
Dybowski Bonorum Dembe Administratore
Act: et Citto personaliter, et Illmo Augusto
Principe Czartoryski Palatino et Generali
Terrarum Russiæ et Podoliæ Capitaneo
Latovicien: Citt et Actt per Magnificum
Antonium Gorski Venatorem Terræ Piecha:
novien: inscriptum Plenipotentem, tum ipso:
met Eodem Magnifico Antonio Gorski
qua Illmi Principis Palatini Russiæ, Gene:
rali Bonorum Commissario, atq: Generoso
Casimiro Staniszewski Capitaneatus
Latovicensis Œconomo et Generoso Stanislao
Zabrze:

Zalrzewski eorundem Bonorum Nicholas et aliorum Capitaneatus Latovicensis Administratore citatis et actoribus personaliter comparentibus et secum judicialiter controverentibus. Et quidem Illustribus Mficis Francisco Bielinski Supremo Mareschalco Regni Patrno Bonorum Dembe cum attinentiis Terrestrim anteacto et Stanislao Bielinski Capitaneo Garvoliensi Filiastro eorundem Bonorum praesentaneo Haeredibus. Quoniam Oppidani Latovicenses cum Communitatibus Villanis parietaliter Villae Dembe adjacentibus in termino presenti ex anteriori Limitatione quam ipsimet cum aliis secum agentibus fieri affectaverant incidente non comparent, Proinde ad effectum comparitionis eorundem, ipsos ex mandato Judicii praesentis S.R. Mtis Commissorialis avisari per ministerialem Judicii praesentis apparitorem, illisque mandari, quatenus coram Judicio praesenti post meridiem diei hodierna peremptorie compareant, et si quid inferre debeant, inferant, ad negotium accedant, alioquin in casum illorum non comparitionis, Judicium praesens S.R. Mtis Commissoriale ad ulteriora processurum etiam in contumaciam ipsorum adhaerendo Legibus Regni tum Decreto ac Rescriptis S.R. Mtis declarari. Tandem Suprascripta Pars Actorea

et citata videlicet Illōs et Mōsciū Supremus
Marescha lcus Regni et Capitū Garoliensis
per suum Plenipotentem agentes, ministeri:
alem generalem Rni, Rovidum Alexandrum
Bienko Authenticum et Juratum de opp.do
Parysow Judicii praesentis Sepe Mttis Com.
missorialis Apparitorem ad faciendam per
eum in Actu praesenti Commissoriali de avisa:
tione obdestinationeq` tam Oppidanis Lator:
censibus, quàm Communitatibus Villanis scilicet
Chyzinensi, Wielbolescensi, Radzinensi et Jali:
nensi intimata, relationem, Statuerunt, Qui
Statutus Ministerialis Regni Generalis per:
sonaliter recognovit se Communitates supra
scriptas Oppidanam Latovicensem apud
Famatum modernum Proconsulem, tum
Villa Chyziny apud advocatum Villanum,
necnon Villarum Wielbolascen.v, Radzinen.v
et Jalinen.v similiter apud advocatos eorum
Villanos avisâsse, et ad comparendum coram
Judicio praesenti pro hora post meridiem
tertia diei crastinae Actus praesentis de
mandato eosdem Judicii praesentis obdesti:
nâsse, Taliter verò obdestinatos et quidem
Oppidanos Latovicenses per Prolonsulem
Communitates verò Villanas per suos ad:
vocatos se non comparituros sibi Ministeri:
ali Regni generali respondisse concludenti:

bus

bus. Citt vero et Actt videlicet Illmo Augusto
Alexandro Principe Czartoryski Palatino et
Generali Terrarum Russiæ et Podoliæ Capitaneo
Latovicensi et aliis. Siquidem Oppidani La:
tovicenses et Communitates Villarum adeun:
dem Capitaneatum spectantium non modo
contumaciaiter præsenti in Termino sesi:
stunt, verum etiam et de manifestatione
Sabbathô post Dominicam Judica Quadrage:
simalem per eosdem Oppidanos ac Commu:
nitates Villarum, tum Relatione editi
mandati Feriâ Secundâ post Dominicam
Ramis Palmarum Quadragesimalem ex
parte eorundem contra Partes ad præsens
comparentes conictum eisdem objiciendo,
Judiciumq; suum in Arce Cernensi, Actisq;
proprii Districtûs Annô præsenti Mille:
simo Septingentesimô Sexagesimo subsecu:
tis, necnon mandato in Originali reposi:
to, Judicium præsens informatur, jam ve:
rô tam per Decretum Assessoriale, seu Re Actis,
quàm per Rescripta in subsequens expor:
tata, oppositio Manifestationum et Termi:
norum resolvenda non est præcustodita
aut determinata, nondumq; tam Oppi:
dani Latovicen quàm Communitates Vil:
lanæ convicti esse probantur. Proinde eosdem
Oppidanos ac Communitates Villanas contu:

macialiter præsenti in Termino se sistentes
condemnandos declarari, cum Comparentibus
verò ad ulteriorem eorundem convictionem
Causam suspendi dijudicandam Juridicè
inferente. Deinde suprascriptis Illustribus
Magnificis Bielinskie: Quoniam Oppida:
ni Latovicenses et Communitates Villane
non comparent, nemoq' eorum nomine
Comparitionem inscribit, jam verò pro di:
sparentibus Manifestatio eorum recentis:
sime facta et Citatio cum relatione ad si:
stendum Judicium præsens Commissoriale
ante eorum Comparitionem, adeoq' legiti:
mo Oppositionis Actore inexistente ob:
truditur. Quocirca adhærendo etiam Legi:
bus Regni, ut nihil incerto Actore statuatur
et inexistente disponentibus, Oppositionem
Manifestationis ac Relationis Citationis
rejici, et adhærendo Instrumento Commis:
sionis et Statuto Regni tum subalterno
Rescripto Sæ & Mtis Domini Nostri Cle:
mentissimi Contumaciam Disparentium
non attendi resolventibus, Oppositionem
prætactam nomine alterius factam pro
illegali declarari, affectatæ autem Su:
spensioni cum Illmo Capitaneo Latovicen:
non esse locum adinveniri, et exequendo
Mandata Legis et Sæ & Mtis experimen:

tum

tum de Legalitate Ductuum non obstante
Contumacia disparentium ex juribus exspa:
ratis Inquisitionibus Partium injungi, expo:
nentibus. Quarum Partium utrarumq; con:
troversiis Judicium praesens Commissoriale
Sd. Rs Mttis coram se factis exauditis, et qui:
dem Magnifico Michaele Suffczynski Ca:
stellano Cernensi, atq; Generosis Francisco
Walwazki Succamerario Terre Visogrodi:
ensis, Gabriele Lesiewski Judice Terrestri
Ravensi, Balthasaro Jasinski notario Ter:
restri et Castr, Severino Przeczkowski, atque
Dominico Gozlinski, Burgrabiis Castrensibus
Cernensibus, amputata remissione ad Judi:
cia Assessorialia Sd. Rs Mttis declarantibus
et experimentum injungentibus. à Qua
Sententia modo praemisso per Magnificos
Commissarios a Sa Rs Mte Deputatos et per
Illres Mficos Bielinskie locatos declarata,
Illrmus Capitaneus Latovicensis et alii appel:
lationem ad Judicia Assessorialia Sd. Rs Mttis
interposuerunt. Quam Appellationem ijdem
Magnifici Commissarii non admiserunt.
Jam vero Generosis Sigismundo Staniszewski
Judice Terrestri et Matheo Bienkowski
Notario Terrestri et Castrensi Varsavien:
sibus à Sa Rs Mte ad peragendum praes:
sent

Commissionis actum delegatis et ex parte
Illustrissimi Augusti Alexandri Principis
Czartoryski Palatini et Generalis Terrarum
Russiæ et Podoliæ Capitanei Latovicensis,
tum Magnifici Antonii Gorski Venatoris
Terræ Ciechanoviensis, quà Ejusdem Illmi
Principis Palatini Russiæ, Generalis Bonor.
Commissarii, atq' Generosorum Casimiri Sta:
niszewski Capitaneatus Latovicensis Oeco:
nomi et Stanislai Zabrzewski eorundem
Bonorum Wielkolas et aliorum Capitane:
atus Latovicensis Administratoris tan:
tum locatis Commissariis, hoc in puncto
discordantibus, inhærendo Statutis Regni
Annorum 1523tii fol: 39no Pagina seu 4to.
476to et 477mo Tit: Succamerarius, atq' eisdem
Statutis Annorum 1454ti Fol: 93. et 1523tii
fol: 30. Pag: 206ta utrisq' Titulo Inhibitio
tum Constitutioni Anni 1569ni. Fol: 191mo
Titulo Kommissye, sanctis, necnon attentis
et consideratis Manifestatione Sabbatho post
Dominicam Judica Quadrageximalem per
Famatos Josephum Szelag Proconsulem,
Mathiam Czernia, ejusdem nominis Kwiatka
Stanislaum Stalka Consules, Josephum Kisie:
linski Notarium Oppidi Sakrosittis Latoviæ
suis et totius Communitatis Ejusdem Oppi:
di Latowicz nominibus, necnon Laboriosos

Adamus

Adamum Cygan Wielgolescen^d, Gregorium Chrost Chizinensem, Andream Pazura Jalinen^d Advocatos, suo et Laboriosi Casimiri Catlia Advocati Redzynen^d ac Communitatum Subditorum^g ad Capitaneatum Latovicensem spectantium nominibus, Subveniendo Juri^m suorum integritati, Bonorum^g totalium Capitaneatus Latovicensis indemnitati obviando, contra Celsissimum Augustum Alexandrum in Klewan, Zulow, Jarostaw et Szlitow Ducem Czartoryski Palatinum et Generalem Terrarum Russiæ et Podoliæ, Generalem Juridicum Regni, Camenecensem Latovicensem &c: Capitaneum, tum Officiu^m Antonium Jorzki Venatorem Cichanovien^d ejusdem Capitaneatus Latovicensis Commissarium, et Generosum Casimirum Staniszewski ejusdem Capitaneatus Actionarium, atque Gnosum Joannem Nepomucenum Stominski Metrices minoris Cancellariæ Regni Professorem, ad Causam Manifestantium non requisitum neg^ inscriptum Plenipotentem, necnon Illustres Magnificos Franciscum Supremum Regni Marschalcum, Rohatinen^d &c: Capitaneum, Bonorum Dembe ac aliorum anteactum, Stanislaum Capitaneum Jarovliensem eorundem Bonorum modernum, Hæredes Bielinskie, tum Gnosum Joannem

Reyman, Bonorum ejusdem Illris Mfici
Bielinski Supremi Regni Marschalci Je:
neralem Commissarium, tum denique Je:
nerosum Franciscum Dybowski Bonorum
Dembe Administratorem, ad extremum
Illustres Magnificos Commissarios, ad expe:
diendum Commissionis actum assignatos
et per Partes principaliter secum agentes,
insciis Manifestantibus impetratos et con:
ductos, objiciendo, Decreto Assessoriali Sdæ
Mtis assignata Commissionis, tum Reseri:
pto a Sdæ Mtè exportato, totig actui com:
missoriali conductamen, tum de insubsisten:
tia ac invaliditate tam Decreti injuncte
Commissionis quàm Rescripti, tum Innote:
scentialium, actusq Commissorialis ac
Limitationis in eodem contentæ, sistendo
ulteriorem præmissorum executionem,
tum de pœnis per Judicium competens,
super quo intererit, extendendis, et man:
dato Varsaviæ Feriâ Secundâ post Domi:
nicam Lætare Quadragesimalem proximâ
Die scilicet Decimâ Septimâ mensis Martii
Anno presenti Millesimo Septingentesimo
Sexagesimo, ex parte earundem Communitatũ
tam Oppidanæ Latovicensis, quàm Villanæ
Wielholescen., Chizinen., Kędzinensis, Jelinen.,
contra eosdem, inhærendo manifestationi su:

prascriæ

prascripta ad Judicia Assessorialia Sæ Rœ Mtis
pro repositione tam Decreti Judicii Assessorialis
Sæ Rœ Mtis injuncta Commissionis in condicto
exportati, Commissariosque pro parte Actorum
adnotatos, non continentis, tum Rescripti ad-
jusdam in corroborationem premissi Decreti
similiter in condicto à Sæ Rœ Mte ad malam
Cancellaria Informationem procurati, tum
actus cujusdam Commissionis, nonattentis
oppositionibus Actorum Juridicè illatis
injuriosè et cum prajudicio Actorum expe-
diti, ac Inquisitionum circa eundem actum
eductarum, cassationeq' eorundem, ac injun-
ctione iterata Commissionis, cum assigna-
tione Commissariorum pro parte Actorum
circumscribendaq' regula cum inhibitione
ulterioris continuationis actus Commisso-
rialis edito, et in Originali repósito, ad ex-
tremum relatione ejusdem Mandati Feriâ
Secundâ post Dominicam Ramis Palmarum
Quadrageximalem, utrisq' tam Manifestati-
one quàm Relatione coram Actis Castrensibus
Cernensibus proprii Districtus in Anno pra-
senti 1760mô factis et subsecutis, latiùs pra-
missa in se continentibus, prahabito quoque
eo: quod Decretum Judicii Assessorialis Sæ
Rœ Mtis nunc executivum Varsaviæ Feriâ

Secundâ ipso Die Festi Sanctæ Agathæ Virginis
et Martyris Die videlicet Quintâ Mensis Fe-
bruarii Anno Domini 1759no ad compari-
tionem Generosi Instigatoris Regni et Officii
Francisci Bielinski Supremi Mareschali
Regni Bonorum Villæ Dembe et aliorum
Hæredis, tum Generosi Joannis Reyman
Bonorum ejusdem Officii Supremi Regni
Mareschali generalis Commissarii, necnon
Francisci Dybowski Bonorum prædictæ
Villæ Dembe Administratoris ab una,
atq; ejusdem Generosi Instigatoris Regni
et Officii Augusti Principis Czartoryski
Palatini et Generalis Terrarum Russiæ,
Latovicensis Capitanei, necnon Generosorum
Antonii Gorski Venatoris Terræ Lechano-
viensis Ejusdem Magnifici Palatini Russiæ
Commissarii, Petri Staniszewski Capita-
tus Latovicensis Œconomi, tum Famato-
Præconsulis Consulum, totiusq; Commu-
nitatis Oppidi Latovicensis, ac Laboriosor-
Jesionek, Piwowarczyk, Chrost, Telerczak,
de Communitate Villæ Chizine et Wiel-
kolas, ad eundem Capitaneatum Latovicen-
spectanti Subditorum parte ab altera,
præterm̃sis Communitatibus Villanis
nimirum Wielkolescensis, Chizinensis,

Rędzinen-

Rędzinensis et Selinensis sit emanatum,
Decretumq' anteacta Commissionis cum
Limitatione in ordine futura Decisionis
Causa juxta obloquentiam sui intercessit,
nec huicusq' Causa eadem decisa aut reso:
luta existit, Proinde non intrando in cogni:
tionem præmissorum Causam presentem
cum toto ejus effectu ac Partibus ipsis
utrisq' ad Judicia Assessorialia S.R.Mtis
pro decisione remiserunt, et presenti
actu suo remittunt, conservando inibidem
Partibus utrisq' terminum comparendi
paratum, peremptorium. Joannes Sigis:
mundus in Ostrołęka et Kuniestanisze:
wski Judex Ducatus Masovie Terrestris
Varsavien^s a S.R.Mtē Commissarius ex
parte Illmi Czartoryski Capitanei Łżo:
vien^s tum Mścii Jorski et Gnōsorū Stani:
szewski et Zalorzewski Locatus mp. Locust
Sigilli in cera rubra expressi. Matheus
Bienkowski Notarius Terrš et Castren^s Var:
savien^s ex parte eorundem S.R.Mtis Com:
missarius mp. Locus Sigilli itidem in cera rubra
Expressi: Quas ejusmodi Literas Decreti Re:
missionis Causæ suprascripta, sicut premissum
per Oblatam porrectas Nos ad acta presentia

suscipi, inscribi, et ex ijrdem fideliter de-
scriptt. Parti postulanti Authentice extradi
Originale vero Offerenti restitui permi-
simus. In quorum fidem &c. Actum ut
supra.

Actum Varsaviæ Feriâ Sextâ
in Crastino Festi Ascensionis
in Cælum Domini Nostri Jesu
Christi, Diescilicet Decimâ
Sextâ Mensis Maji Anno
Dñi Millesimo Septingen-
tesimo Sexagesimo Regni veró
Nostri XXVII. Annô.

Ad Relationem Illmi Excellmi
et Rmi Dñi Vicecancellarii Regni
ut supra.

Oblata Actus Commissorialis Granicier
inter Bona Dembe et Budzisla Here-
ditaria ex una, et Bona Villas Chyziny,
wielkolas Ad Capitaneatum Latovicensem
spectantia, tum ipsummet Oppidum La-
towicz et alia parte ex altera.

Augustus Tertius &c.
Significamus &c. Oblatas esse ad Acta presen-
tia Metrices Regni Cancellariæ Nostræ mi-
noris Literas originales Papyreas Actus Com-
missorialis

missorialis infrascripti, manibus Commissarior
Nostrorum subscriptas et Sigillis eorundem
in cera rubra Hispanica expressis communi:
tas, sanas, salvas et illæsas omnig suspici:
onis nota carentes tenoris sequentis: Actum
in Fundo controverso inter Bona Villæ Dembe
et Budziska Illustris Magnifici Stanislai
Bielinski Capitanei Garvolinensis hæredita:
ria ab una, atq Villarum Chyziny, Wielgolas
ad Capitaneatum Latovicensem spectantium
tum ipsummet Oppidum Latowicz et alia
possessioni Illmi Principis Czartoryski Pala:
tini et Generalis Terrarum Russiæ et Podoliæ
Capitanei Latovicensis parte ab altera, ubi an:
tea Jurisdictio Commissorialis erat fundata,
nempe in pariete prædictæ Villæ Dembe, à Bo:
nis Villæ Chyziny Capitanealis fluvio Lui:
der distingente, circa ipsummet Fluvium
Luider in Prato Pestocha dicto, atergo dicti:
orum Villæ Dembe, usq ad ripam prædicti
Fluvii protenso, Feriâ Secundâ post Festum
Inventionis Sanctæ Crucis proximâ Die vi:
delicet Quintâ mensis Maji, Annô Domini
millesimô Septingentesimô Sexagesimô. In
præsentia Magnificorum, Generosorum,
Thomæ Bienkowski, Michaelis Węgrzecki
Burgrabii Castrensis Varsavien, Antonii
Pęczelski Dapiferi Rosanensis, Josephi

Gorski, Valentini Szymborski Geometra
Jurati, Thomæ Woźniakowski, Jacobi
Wiechowski, Alberti Łazewski et aliorum
Ad hunc Actum congregatorum, necnon
ministerialis Regni generalis Provi-
Alexandri Bienko de Oppido Parysow Au:
thentici et jurati actum presentem accla:
mantis. Nos infrascripti Sacræ Regiæ
Mtis Commissarii virtute Limitationis
nostræ Feriâ Secundâ post Festum Sancti
Laurentii Martyris proximâ Die videlicet
Decima tertiâ Mensis Augusti, Anno
proximè præterito Millesimo Septingente-
simô Quinquagesimo nono, in Fundo contro:
verso inter Bona villa Dembe, et Budzizka
cum attinentiis, Illris Mjci Stanislai Biè:
linski Capitanei Garvolien: hæreditaria abuna,
atque Bona villæ Chyziny et Wielkolas
Ad Capitaneatum Latovicen: spectantia,
tum ipsummet Oppidum Latowicz et alia
possessioni Illustrissimi Principis Czartoryski
Palatini et Generalis Terrarum Russiæ et
Podoliæ Capitanei Latovicensis subjecta,
ad affectationem Magnifici Gorski Venatoris
Terræ Ciechanoviensis quâ Plenipotentis
Illustrissimi Principis Palatini Russiæ, Capi:
tanei Latovicen: Bonorumq: Commissarii,
tum Generosorum Œconomi Capitaneatûs
B.
Latovi:

Latovicensis et Administratoris, necnon Oppidanorum Latovicensium, tum Communitatum Villarum Ejusdem Capitaneatus, utpote Chyzinen^s, Vielgolascen^s, Radzinen^s et Jalinensis, de alterius Partis consensu ad diem praecise hodiernam, cum conservatione Termini et Inquisitionibus paratis, post expeditos Partis utriusq Ductus, per Testes juratos eductis, et per Partes utrasq comprobatis subsecuta, in loco ut supra controverso fundavimus. Quâ fundatâ, Partes ad comparendum, Suprascripto Ministeriali acclamare mandavimus. Quo in Termino Partibus et quidem Illmo Mfico Francisco Bielinski Supremo Marschalco Regni, Bonorum Villarum Dembe et Budzicka cum attinentiis anteacto, tum Illustri Magnifico Stanislao Bielinski Capitaneo Garvolinen^s, Bonorum eorundem praesentaneo Haeredibûs Actoribûs, et citatis per Magnificum Josephum Komierowski Regentem Marschalcatûs Regni inscriptum Plenipotentem, tum Generosis Joanne Reyman Supradictorum Bonorum generali Commissario, et Francisco Dyborowski Bonorum Dembe Administratore personaliter, Illustrissimo Augusto Principe Czartoryski Palatino et Generali Terrarum

Russia et Podolia Capitaneo Latovicensi,
per Magnificum Antonium Gorski Venatorem
Terre Ciechanovien. inscriptum Plenipoten:
tem, tum Ipsomet Mfico Gorski qua Ejusdem
Illmi Principis Palatini Russia Generali
Bonorum Commissario, atq; Gnoso Casimiro
Staniszewski Capitaneatûs Latovicensis
Oeconomo et Gnoso Stanislao Zakrzewski
eorundem Bonorum Vielkolas et aliorum
Capitaneatûs Latovicensis Administratore
Actoribûs et Citatîs personaliter comparen:
tibûs et secum in controversias descendenti:
bûs, et quidem Illmo Principe Czartoryski
Palatino Russia, Capitaneo Latovicensi,
atq; Mfico Gorski generali Commissario,
tum Generosis Staniszewski Capitaneatus
Latovicensis Oeconomo, et Zabrzewski
ejusdem Capitaneatus Administratore
causam presentem Granicierum inter Op:
pidum Latowicz et Villas Chyziny Viel:
kolas, Budzinskie et Jaliny, ad eundem Ca-
pitaneatum spectantes, controversarum
sine comparitione Communitatum, tam
Oppidi Latowicz, quàm Villarum Capita:
nealium Decizionem, non posse sortiri
inferentibus, et Manifestationem Sabbathô
post Dominicam Judica Quadragesima:
lem per Oppidanos Latovicenses ac Com:

munitates

munitates Villarum supra exaratarum, tum
Relationem editi Mandati Feriâ Secundâ post
Dominicam Ramis Palmarum Quadragesima-
lem Annô praesentî Millesimô Septingente-
simo Sexagesimô, coram Actis Castren^s Cernen^s
de objecto conditamine contra se factam et re-
cognitam opponentibus, et Remissionem Causæ
ejusdem rursus ad Judicia post Curialia Sacræ
Regiæ Mattis exinde affectantibus, Illustrimo
quoq; Mficô Francisco Bielinski Supremô
Mareschalco Regni, Bonorum Dembe et
Budzisba cum attinentiis anteacto, tum
Illustri Magnifico Stanislao Bielinski
Capitaneo Garvolinensi praesentaneo eorum-
dem Bonorum Haeredibus, atque Generosis
Joanne Reymann supradictorum Bonorum
Generali Commissario et Francisco Dybowski
Bonorum Dembe Administratore, Rescri-
ptum Sacræ Regiæ Mattis detenore ejus
modi: Augustus Tertius Dei Gratiâ Rex
Poloniæ, Magnus Dux Lithuaniæ, Russiæ
Prussiæ, Masoviæ, Samogitiæ, Kijoviæ, Vol-
hyniæ, Podoliæ, Podlachiæ, Livoniæ, Smolen-
siæ, Severiæ, Czerniechoviæq; necnon Hæ-
reditarius Dux Saxoniæ et Princeps Elector.
Magnifico Michaeli Sufferynski Castellano
Cernensi, tum Generosis Francisco Nakwaski
Succamerario Wyssogrodiensi, Sigismundo
Staniszewski Varsavien^s, Gabrieli Lesiewski

Ravensi Judicibus Terrestribus, Mathæo
Bienkowski Notario Terrestri et Castrensi Var:
saviensi, Balthasaro Jasinski Regenti, Seven:
no Przezkowski et Dominico Jozlinski Bur:
grabiis Castren^es Cernen^es, Commissariis Nostris
sincere^ et fideliter nobis dilectis, Gratiam
nostram Regiam. Magnifice et Generosi
sincere^ et fideliter nobis Dilecti. Expositum
nobis est per certos Consiliarios Nostros
Lateri nostro assidentes, Qualiter in negotio
Dislimitationis juxta antiquos Limites
Commissoriales aliaq^ Documenta Grani:
cialia Fundorum Hereditatis Dembe
et Budziska, à Fundis Capitaneatûs No:
stri Latovicensis Villarum scilicet Chy:
zin, Wielkolas, Radzinskie, Jaliny tum
oppidi Latowicz parietaliter adjacen^es
Sinceritas et Fidelitates Vestræ, primum
quidem Decretô Judiciorum Nostrorum
Varsaviæ Die quintâ mensis Februarii
Annô immediate^ elapso inter Magnific^um
Franciscum Bielinski Supremum Regni
Marschalcum, Rohatinensem Capitane^um
quà protunc Hæredem Bonorum Dembe
et Budziska aliosq^ atque Magnificum
Augustum Principem Czartoryski Pala-
tinum et Generalem Terrarum Russiæ et
Podoliæ, Latovicensem Capitaneum, tum
Communitates, Oppidanam Latovicensem
ac Villa:

ac Villanas Chyzinen.ᵈ Wielholascensem
aliasq; prolatô, demum post mutatam
ꝑsonam Magnifici Supremi Mareschal:
i Regni vigore certarum Transactionũ
in ꝑsonam Generosi Stanislai Bielinski
Capitanei Garvolinen.ᵈ & Filiastri sui, ean:
dem Hæreditatem mediante Rescripto
seu Instrumento Commissionis nostræ
ex Dispositione Legum Regni, à nobis
per eundem Generosum Capitaneum
Garvolinensem legitimè impetratô, in
Commissarios nostros designata ext:
terint, adeoq; actu suo commissoriali
die scilicet Decimâ tertiâ Mensis Augu:
sti Annô eodem immediatè elapsô Mille:
simo Septingentesimo Quinquagesimo
nono. In Termino Literarum ꝓnote:
scentialium ab utraq; parte etiamquoq;
ab oppidana ac Villanis Communitati:
bus Capitaneatus nostri Latovicensis
sibi mutuo editarum, aditationisq; colla:
teralium inchoato, post fundatam Juris:
dictionem suam commissorialem, produ:
ctionem hinc inde Jurium etiam exper:
sonali Comparitione per Communitates
Oppidi, ac Villarum dilimitandarum
inscripta, subsecutam, tum post Ductus

Limitum hinc inde ex controversiis ac
personali comparitione et attendentia
earundem Communitatum expeditos Jn:
quizitiones Testium ab utrinque eductas,
ac Juramenta Partium super incorru:
ptionem Testium recepta, ipsismet oppi:
danis judicato Commissoriali, quò ad
inductionem Testium per instantiam
suam in eodem Actu Commissoriali
ab ipsis factam sese expresse subjicien:
tibus, ac Satisfactionem educendarum
suarum Jnquizitionum offerentibus
et reipsa inductionem Testium suorum
effectuantibus co pervenerint, ut Limi:
tationem Actus Commissorialis affe:
ctantibus, ipsam ijdem Oppidanis,
tum Generoso Plenipotente Magnifici
Principis Czartoryski Capitanei Lato:
vicensis, ac Communitatibus Villanis
toties dictis urgentibus, accedente ne:
cessitate in id ipsum, consensu alterius
Partis nimirum Heredis in Dembe
et Budziska, ad Feriam Secundam
post Festum Jnventionis Sanctæ Cru:
cis proxime Anno currenti incidentem,
in Ordine futuræ sub Commissorialis
de negotio ipso principali Limitum de:
cisionis, fecerint et Terminum eunden

Partibus

partibus coram se pro reassumptione compa-
rendi Sententiamq' suam Commissori-
alem audiendi prefixerint peremptorie
Qua stante Limitatione Oppidani Lato-
vicenses cum Communitatibus predictis
Villanis Citationem suam ad Judicia
nostra cum Inhibitione eidem Citationi
annexa, ne Actus idem Commissorialis
ex Limitatione sua ipsorum propria
etiam per ipsosmet Oppidanos et Commu-
nitates Villanas impetrata et procurata
reassumatur, ulteriusq' ad Sententiam
Definitivam continuetur, ex ratione
satis illegali, quasi Decretum illud, quô
primitus Commissio hac Granicialis
designata erat, fuisset in condicto Pleni-
potentis ab ipsis non constituti, prolatum
extradiderint. Supplicatum itaq' Nobis
quatenus in premissis eaque Juris et
Justitiæ essent, providere dignaremur.
Quocirca nos pensatis omnibus pre-
missis Solennitatibus Actus Commissori-
alis, per ipsasmet Communitates Oppi-
danam et Villanas Capitaneatus Latovi-
censis gestis, ac multifariam acceptati-
onem Commissionis Granitialis compro-
bantibus, tum ipsa limitatione Actus

Commissorialis in ordine futurâ decisionis
Commissorialis, cum termino prefixo facta,
quo eorundem Oppidanorum ac Commu:
nitatum desiderio et affectatione impe:
trata est, et quam necessario reassumptio
ejusdem Actus subsequi debet, necnon eô
attentô, quòd Instrumenti Commissionis,
ad dislimitationem hæreditatis, à Bo:
nis nostris faciendam, concessio nostra
non ab arbitrio et consensu Subditorum
nostrorum Latovicensium, sed à neces:
tate Legum Regni dependebat, Hered:
soli competebat, tum quòd prædicta Cita:
tione Ipsimet Oppidani ac Communitates
villanæ fateantur Actum Commissorialem
nondùm ad Sententiam definitivam perdu:
ctum esse, ejusq; inhibitorialis Citatio non
modò vi Legum et Statutorum Regni est
nulla, sed et Actum Commissorialem
præsertim verò jam in ultimo gradu fe:
rendæ Sententiæ definitivæ existentem
sistere non valet. In casum quoque futuri
gravaminis, Appellatio à sola definitiva
Sententia est reservata, Sinceritatem et
Fidelitates Vestras requirimus, quatenus
non obstante quarumvis Citationum etiam
ad reponendum præsens Rescriptum, tum
Inhibitionum et Rescriptorum Nostrorum
oppo:

oppositione aut contumaciâ alterius Partis,
absentiâq; nonnullorum ex Fidelitatibus
Vestris ß modo tot adsint, etiam ex aliis et
Succamerario quocunque aut Camerario
graniciali priori Rescripto seu Instru-
mento Commissionis et Decreto designatis,
quotquot de jure adesse tenentur: non at-
tenta ad Sententiam definitivam ex Inqui-
sitionibus jam aliàs expeditis et juribus
& Documentisque Partium in ante productis
aut denuo producendis, ac ad alia de jure
sibi incumbentia, in futura Actus Com-
missorialis reassumptione procedant.
& Facturæ sunt præmissa sinceritas et
Fidelitates Vestræ pro gratia nostra
Officiiq; sibi commissi debito. In cujus rei
fidem præsentes manu nostra subscriptas
Sigillô Regni communiri jussimus. Datæ
Varsaviæ Die Secundâ Mensis Maji An-
nô Domini Millesimô Septingentesimô
Sexagesimô, Regni verô nostri XXVII.
Annô. Augustus Rex. Locus Sigilli Regi
Cancellaria majoris. Adalbertus Rakowski
Podkanclerzy Ziemi Wiskiey Sigilli majoris
Regni Secretarius. manu propria. Re-
scriptum in negotio Dislimitationis Com-
missorialis Hæreditatis Dembe et Budziska
a Bonis Capitaneatus Latovicen, nempe

Oppidi Latowicz ac Villarum eidem hae-
reditati parietaliter adjacentium = Tum
Decretum Post Curiale et Rescriptum pri:
mitivum Commissionis Sacrae Regiae Mtis
executivum, ex quibus vi Limitationis su:
pra exaratae per Illrmum Capitaneum
Latovicensem et alios, atque Communitates
videlicet Oppidi Latowicz et Villarum
Regalium Bonis Terrestribus Dembe
et Budzizka contiguarum affectatae,
et de consensu Haeredis subsecutae, pra:
sens peragitur actus, reponentibus, vir:
tuteq' praemissorum et Statuti Regni
pretensam Remissionem amputari
inferentibus, et dijudicationem causae
resolutionemque legalitatis Ductuum
per Partes in personali earum attendentia
et controversiis in anteriori nostrae Com:
missionis Termino expeditorum, et deter:
minationem Limitum controversorum
expostulantibus. Nos itaque Sacrae Regiae
Mtis Commissarii, controversiis ea:
rundem Partium in praemissis pro et
contra inductis, exauditis, certioris scien:
tiae causâ tam Oppidi Latowicz quam
villarum Regalium Communitatum
nostro coram Judicio Commissoriali com:
parendarum necne' suspensa tantis per

Controver:

Controversiarum et Illationum Partium re-
solutione et declaratione Judiciali ministe-
rialem Regni generalem Providum Ale-
xandrum Bienko de Oppido Parysow judi-
cii Nostri Apparitorem cum avisatione
earundem Communitatum et mandato
nostro coram Judicio comparitionis, ordi-
navimus, et ob spem dictarum Communi-
tatum adventûs, Actum presentem
ad Diem crastinam videlicet Feriam
Tertiam post Festum Inventionis Sancte
Crucis et Diem Sextam Maji Suprascri-
pto Ministeriali reclamare injunxi-
mus. Et Tandem in Crastina ut supra
die, regressumptâ nostrâ Jurisdictione
Commissoriali, quoniam idem Ministe-
rialis Judicii nostri apparitor, cum
Relatione commissa sibi denuntiatio-
nis personaliter se sistens, supra exara-
tas Communitates videlicet Oppidi La-
towicz et Villarum Regalium, in Op-
pido quidem Latowicz apud Famatum
modernum Proconsulem, in Villis quoq'
Chyziny, Wielkolas, Rędzinskie et Jaliny
Regalibus apud Advocatos Villanos,
de intimata ex mandato Judicii nri
Commissorialis earundem Communitatũ
comparitione per se distinctim obdestinâsse

et avisâsse, resolutionemq; dictarum
Communitatum positivam Decreto Post:
Curiali, ac Rescriptis Commissionis Sa
Rae Mtis inobedientem Nostro coram Judicio
Commissoriali non comparituras dictas
Communitates dedisse et respondisse
Judicialiter recognovit et retulit, Idirco
Ad resolutionem Controversiarum Par:
tium et Illationum pro et contra ac:
cessimus. Et licet quidem Illrmus
Princeps Czartoryski Capitaneus La:
tovicensis per suum Magnificum Ple:
nipotentem supra exaratum una cum
aliis ejus pro interesse comparentibus
in fundamento suprascripta manifesta:
tionis et Relationis mandati per pra:
dictas Communitates ad praesens dispa:
rentes sistendo executionem Decreti
Postcurialis et Reseriptorum Commis:
sionis Sae Mtis executivorum expor:
tati, ob defectum Comparitionis earum:
dem Communitatum Remissionem Cau:
sae praesentis Granicialis ut supra asse:
ctat, verum quoniam Pars Actorea Hae:
redes videlicet Bonorum Dembe et Bu:
dzisba principaliter agentes, non modo
Statuta Regni de Limitibus inter
Bona Regalia et Terrestria controversis

omni:

omnimodam in disjudicando et dislimi:
tatione per Commissarios à Sa Ra Mtte
per Haredes Bonorum Terrestrium impe:
tratos, indilatè subsequenda, acceleratio:
nem Justitiæ indigitantia, et quasvis
per quospiam Bonorum Regalium Posses:
sores sive Communitates sistendo Juris
gradum, Oppositiones sive Inhibitiones,
pro obstaculo executionis Decretorum
oppositas prohibentia, etiam Contumaci:
alem in talibus decisionem et dislimita:
tionem inter Bona controversam permit:
tentia, verum et Decretum Postcuriale
Sæ Rae Mtis inter Partes ad præsens compa:
rentes, et alios nunc disparentes, admu:
tuos earundem Partium tam comparentiu
quam ad præsens contumaciter se geren:
tium, Actoratus et Reatus Varsaviæ
Feriâ Secundâ post Festum Sanctæ
Agathæ Virginis et Martyris Die videlicet
Quintâ Mensis Februarii Annô proximè
præteritô Millesimô Septingentesimô
Quinquagesimô nonô ex Seriis Partium
Controversiis prolatum, tum Rescripta
bina seu Instrumenta Commissionis,
Et quidem Primum Die Vigesimâ quintâ
Mensis Junii. in Anno elapso millesimo

septingentesimo Quinquagesimo nono,
in Limitationem Supra exaratam ingrossa:
tum. Alterum itidem Varsaviæ Die Se:
cundâ mensis Maji Annô præsenti Mil:
lesimô Septingentesimô Sexagesimô, per
Suprascriptos Bonorum Dembe cum atti:
nentiis Hæredes in Ordine Executionis
Decreti Posturialis et non obstante quâ:
vis oppositione, sive Contumaciâ alterius
Partis Bonorum Dembe et Budziska
Terrestrium cum Capitaneatu Latovicen:
et ipsomet Oppido Latowicz, cum Villis
ad eum spectantibus contiguis Supra
specificatis, Dilimitationis sic sonantia
à Sacra Regia Mtte Domino nostro Cle:
mentissimo nunc feliciter Regnante
virtute Legum Regni impetrata et ex:
portata reproducunt, et notitiam ejus
modi Decreti Posturialis, comparitio:
ne per Partes inscripta, et mutuis eor:
Actoratibus Subsecuti probant, accepta:
tionemque ejus tam per Literas Partium
omnium Innotescentiales pro termino
primitivi Actûs nostri Commissorialis
sibi abinvicem exportatas, quam expe:
ditos ex Controversiis et personali atten:
dentia ab utringue ductus, Inquisitio:
nesq' in eodem Termino eductas et Jura:

mentis

mentis per Partes Comparentes et Commu:
nitates Oppidi Latowicz et Villarum
Chyziny, Wielkolas, Radzinskie et Jaliny
super incorruptam Testium fidem in mutua
Partium attendentia prestitis comprobatas
necnon Limitationem in ordine finalis cau:
se et controversorum Limitum in Termi:
no presenti Decisionis et dijudicationis
per Partes Suprascriptas ad personalem
protunc earum omnium Comparitionem
affectatam, et de consensu Bonorū Dom:
be cum attinentiis Hæredum Subsecutam,
Terminumque Partibus comparendi ad
presens peremptorium prefigentem et
conservatum deducunt, Conditamen au:
tem non modo præpostere, verum et contra
omnem rationem cujusdam acci ignoran:
tiæ Decreti Postcurialis Sᵃᵉ Mattis nulli:
piam Partium prejudicantis, et nonnisi
solitam dislimitationem pratorum et
Fundorum inter Bona vicina Supra exarata
Terrestria et Regalia controversorum
subsequendam injungentis, Quinimo à
definitiva Sententia concessa appellationis
Parti gravatam se sentienti, beneficium
præcustodientis, per disparentes Commu:
nitates, Oppidanam Latovicensem et Vil:
lanas objectum in Judicio nostro Commisso:

riali nihil posse operari clare demonstrant.
Quapropter attentis premissis omnibus
studendo Justitiæ et æquitati ulteriores
quasvis violentias ex controversia Pra-
torum et agrorum per retardatam eo-
rum et porro indilatè necessariam si-
nalem dislimitationem inter Communi-
tates Bonorum Terrestrium et Regalium
consequendas amovendo, et Decretum
Postcuriale ac Rescripta S.R.M.tis
ad plenimodam exprescripto Legum
et regula eorum executionem deducen-
do, Suspensionemque modò quò Supra
factam resolvendo, Remissionem Causæ
præsentis Granicialis per Partem com-
parentem, et quasi modo rem disparen-
tium agentem, ad Judicia S.R.M.tis
Postcurialia indebitè prætensam amputa-
vimus, et non obstante Contumaciâ
disparentium Communitatum, vista-
tuti Regni et Decreti Postcurialis ac
Rescriptorum S.R.M.tis in Causa Par-
tibus comparentibus prosequi mandavi-
mus. Appellat Magnificus Jorski
Venator Terræ Ciechanoviensis, quà Illu-
strissimi Capitanei Latovicen. Generalis
Bonorum Commissarius et Plenipotens
una cum Generosis Œconomo et Admini-

Stratore

stratore Capitaneatûs Latovicensis ad Ju-
dicia Postcurialia Sacræ Regiæ Mttis ab
accessorio injuncta prosecutionis. Quan
itaq; Appellationem uti modoprimum à
definitiva Sententia Decreto Postcuriali
et Rescriptis Sæ Rs Mttis Parti gravatamse
sentienti reservatam et præcustoditam,
per Partem quoque Appellantem in protella-
tionem Dilimitationis motam, non admi-
simus, et Partibus Comparentibus in negotio
ulteriùs procedere decrevimus. In Proce-
dendo quatenus Pars principaliter agens
scilicet Bonorum Dembe et Budzisha cum atti-
nentiis Hæredes, negotium principale Grani-
cierum controversarum inducant, Jura et Docu-
menta Granicialia tam in anteriori Termi-
no reposita, quàm alia penes se reperibilia,
legalitatem Ductûs Bonorum Dembe et Bu-
dzisha Terrestrium cum Oppido Latowicz
et Villis Regalibus contiguorum in primi-
tivo Commissionis nostræ Termino expediti
evincentia reponant et reproducant, adin-
venimus. Eandem post recessum à prose-
cutione et inductione negotii demandata
comparitioneq; Illustrissimi Czartoryski
Palatini et Generalis Terrarum Russiæ et
Podoliæ ac Magnifici Gorski Venatoris
Terræ Ciechanoviensis quâ ejusdem Cel-
sissimi Principis Bonorum Capitaneatûs

Latovicensis et aliorum Commissarii generalis
et Plenipotentis, tum Generosorum Staniszewski
dicti Capitaneatus Azonomi et Zalarzewski
Administratoris, Nos infrascripti S.R.
Mtis Commissarii conformando se ad re:
gulam Decreti Poztcurialis a Rescriptor
Commissionis S.R. Mtis non obstante cu:
jusvis Partis contumaciâ Granicierum
inter prædicta Bona Terrestria et Regalia
controversarum, etiam de prescripto Statu:
ti Regni dislimitationem faciendam et
determinandam indigitantium et præcise
jubentium, ad revisionem et perlectionem
Juriium et Documentorum accessimus.
Quibus revisis pensatisq' Documentis
tam inante productis, quàm aliis pluribus
ad præsens coram Judicio presenti S.R. Mtis
Commissoriali repositis, ijsq' matura deli:
beratione trutinatis, lectisq' Inquisitioni:
bus Testium ex utraq' parte eductis, et
Juramentis comprobatis, ac in occlusis
rothulis circa Judicium præsens Commisso:
riale vigore anterioris Sententiæ suæ
Commissorialis relictis, et in ordine Deci:
sionis suæ Commissorialis retentis. Quo:
niam pro parte Hæreditatis Villarum
Dembe et Budzicha exhibitis et quidem
Decreto Commissoriali S.R. Mtis in loco
differentiarum in Oppido Latowicz Feriâ
Secundâ in Crastino Sanctæ Catharinæ
Annô

Anno Domini Millesimô Quingentesimo
Quadragesimô Tertiô ex Controversiis rati:
one Granicierum inter Hæreditatem prædi:
ctam atq; Bona S.R.M. Oppidi Lato:
wicz et Villarum Chyziny, Radzinskie
et Jaliny prolatô, Actisque Terrestribus
Garvolinensibus Feriâ Tertiâ ante Fe:
stum Sancti Adalberti Annô Domini Mille:
simo Quingentesimô Quadragesimo Quinto
ingrossato, Fluvius Swider antiquo suo
et nunc currenti meatu, tam Oppidum
Latowicz, quàm prædictas Villas S.R.M.
Mttis parietaliter dividere, dislimitareq;
probatur, Lustratione quoq; Oppidi Lato:
wicz Anni Millesimi Quingentesimi
Sexagesimi Quarti ex Archivo Thesauri
Regni deprompta, Granicies Oppidi Lato:
wicz obloquente, idem fluvius Swider
Hæreditatem Generosorum protunc Demb:
lich ab Oppido Latowicz ab ortu Solis
dislimitare deducitur, Demum Decretô
S.R.M. Judiciorum Referendarialiô
Regni, Regnante Serenissimo Joanne
Casimiro Rege Poloniarum, inter Illrem
Magnificum Oppachi Succamerarium
Varsaviensem Capitaneum Latovicensem
atque Communitates Villarum Chyziny,
Wielkolas Radzinskie, Jaliny, aliasque
ibidem specificatas, ex controversiis sub:

secuto

secutô, necnon Lustratione ultimaria
Capitaneatûs Latovicensis et Oppidi La:
tovicz, Villarumque ad eundem Capita:
neatum spectantium Anni Millesimi
Sexcentesimi Sexagesimi ex Archivo Quar:
to et Hybernarum Thesauri Regni au:
thenticè extracta, conformiter cum De:
creto prœallegato Referendariali Regni
prædict& Communitates Villanæ Chyzi:
nensis et Wielkolascensis æqualiter cum
Oppidanis Latovicensibus aggerem Ri:
sinæ Capitanealis penes Oppidum La:
tovicz influvio Swider sitæ, reparare,
ipsumque Fluvium Swider ex motivo
quòd sit granicialis, quotannis repur:
gare obligatæ fuisse deducuntur, ipsag'
eadem Lustratione Anni 1660.mi non
solùm Oppidum Latowicz ac Villas Rega:
les Chyziny et Wielkolas, à Bonis hære:
ditariis Villæ Dembe, Fluvius Swider
parietaliter dislimitare, verùm etiam ex
altera parte Oppidi Latowicz idem fluvi:
us Swider alia Bona Regalia ad Capita:
neatum Latovicensem spectantia, eidem
Fluvio adjacentia, à Bonis reliquis hac
Lustratione specificatis, tanquàm verus
Limes dividere comprobatur, Tanto ma:
gis hac ipsa Lustratione Anni 1660.mi
Villæ Capitaneatûs Latovicensis Wiel:
kolas et Chyziny Fluvio Swider conti:

gui

gui à Piscina Capitaneali, molendinoq
Latovicensi meatus, parietem granicia-
lem cum Bonis nobilitaribus Dembe
habere Debere convincuntur. ultra vero
tot prealtegata Documenta Fluvium
hunce Swider nuncupatum pro vera
parietali granicie inter villas Chyziny
Wielkolas, ipsumq Oppidum Latowicz
ab una, atq Hereditatem Ville Dembe par-
te ex altera fusse essq debere obloquentia,
Statutum quoq Regni a Serenissimo Ca-
simiro magno Visticia, Annô millesimô
Trecentesimô Sexagesimô Octavô latum,
Fluvium inter Bona dilimitanda cur-
rentem, pro limite naturali semper esse
habendum disponit. Proinde sepedictum
Fluvium Swider a Piscina magna mo-
lendinoq Latovicensi antiquo circa ejus
aggerem sito, usq ad Fluvium Jalina,
parietemq ville Goletąli collateralis
defluentem, et in ipsum Fluvium Jalina
influentem, vi supra exaratorum Docu-
mentorum pro vera et legitima parieta-
li granicie Bona Sae Mtis villas sci-
licet Chyziny et Wielkolas Oppidumq
Latowicz a Bonis Hereditariis Dembe
distingvente et dividente adinvenimus,
eundemq Fluvialem Ductum Illustris
Mjii Heredis moderni a collateralitate

Ville Gotetalis Fluvio Galina dicto ad
Terminum et locum Bialitatis Pratorum
Dembensium cum pratis Latovicensibus
Fluvio Swider dislimitantem in eodem
Fluvio Swider versus Ortum Solis in re-
ctilineo Scopuli supra viam ad Oppidum
Latowicz euntem jacentis, et per Nos
Commissarios in anteriori termino Com:
missionis, in terminis decisoriis limita:
te reservati, et Judiciali Decisione pro
verò Scopulo adinventi uti impositione
Lapidum forma crucis designati, Fun:
dos Latovicenses ad ortum, Fundos verò
Dembenses ad occasum Solis distinguen:
tis et dividentis, ac per Communitatem
Oppidi Latowicz et Subditos Dembenses
ex antiquo per utrasq; Partes Fundorum
et pratorum circa eundem Scopulum sitos
et eidem adjacentium usu pacifico agniti
et Inquisitionibus Partium probati, hoc
in puncto et planicie in recta linea seu
recto tramite a Fluvio Swider et Termi:
no Bialitatis pratorum suprascripto
in Fluvio eodem Swider determinato
ad Scopulum supra exaratum rectilineo
Judiciali effato pratis et agris protenso,
Ductum Bonorum Dembe Terrestrium
Documentis praecipue authenticis et
Inquisitionibus etiam evictum exmode:
ramine Judicii Nostri quo ad premissum

à Flu:

à Fluvio Swider ad Scopulum supraspecificatum rectilinium per nos constitutum spectat restringendum et prata circa Fluvium Swider et Fundos, et quidem Bonis Dembe Terrestribus ex una ad occasum et Oppido Latowicz ex altera rectilinii ad ortum solis parte, relinquendo. Nos infrascripti ad Regalis Commissarii constituimus. Saliterq' Prata circa Fluvium Swider et Campos post Fluvium Swider à Termino à Quo videlicet collateralitate Bonorum Goletali Terrestrium et concurrentia Fluviorum Swider cum Jalina, influxuq' premissorum fluviorum unitis in alterum, superiùs circumscripta, et eodem Fluvio Swider Granicialiparietali, ad Terminum ad Quem loco et Terminum videlicet rectilinii supra descripti, recto tramite à Fluvio Swider ad Scopulum supraspecificatum ad Plagam meridionalem protendentis, Et quidem Bonorum Chyziny et Wielko-las tum Oppidi Latowicz ad suprascriptam metam rectilinii ad Septemtrionem, ad Bona verò Dembe Terrestria ad meridiem ex hac parte Fluvii Swider limitis inter praedicta Bona parietalis, perpetuis temporibûs sine quavis alterutrius Partis Communitatum Regalium

et Subditorum Terrestrium spectare
debere adinvenimus. Quo verò spectat
alteram lineam à pariete scilicet Fluvio
Swider versùs meridiem usq; ad angula-
ritatem collateralitatis Bonorum Terre-
strium Villæ Gozd conversam, Quoniam
prealleg̃atô Decretô Commissoriali Grani-
ciali Anni Millesimi Quingentesimi Qua-
dragesimi Tertii superiùs citatô, Granicies
circa ipsummet Fluvium Swider protunc
constituta fuisse, à prefata verò Granicie
atque adeò ab ipso Fluvio Swider trames
rectus usque ad piscinam Hæredum
Dembskich influvio Jalina constructã,
pro limite pariet̃g; delimitante deter-
minatus esse, in eod̃emq; tramite recto
nempe à Fluvio Swider ad eandem Pisci-
nam Hæredum Dembskich Granicies seu
Scopuli numero viginti novem ereti
fuisse, ex alia verò parte prædictæ Pisci-
næ, ab eadem Piscina Granicies incipien-
tes seu Scopuli viginti Septem, usque
ad angularitatem Collateralitatis Villæ
Terrestris Gozd formati sipatiq; protunc
fuisse deducuntur, necnon ante idem
Decretum commissoriale Graniciale
vivo Scopulorum in Curia Regia Var-
saviensi Feriâ Tertiâ post Dominicam
Reminiscere Quadragesimalem proximâ
Annô

Annô Millesimo Quingentesimo Vige:
simo Quartô per Ministerialem et No:
biles ex requisitione olim Nobilium
Stanislai et Antonii de Dembe Here:
dum Officiose facta et recognita Scopu:
los quatuor graniciales per Oppidanos
Latovicenses dirutos obloquitur.
precipuè verò unum Scopulum inci:
pientem ab angulo Oppidi Latowicz
inde verò protensionem parietalem
penes locum Gawizowskie dictum et
penes foveam probat, quæ fovea etiam
de presenti à laterem olendini Latovi:
censis antiqua uti etiam arboribus
vetustis exereta, et profundior actu:
aliter una cum Fundo Gawlowskie
protunc et ad presens Gawlowskie
nuncupato et exculto existit, tum duos
Scopulos penes Viam publicam ad Oppidū
Latowicz euntem extitisse deduxit, quo:
rum unus Scopulus circa predictam Vi:
am publicam in concavitate situs, Judi:
cio presenti Commissoriali Sal. Actis
in Ductu Hereditatis Dembe signis su:
pra exaratis et agnitionibus existere
apparuit. Deinde venditio per Illrium
Dominum Janussium Ducem Masovia
Bartholomæo Molendinatori videlicet
Molendini circa Oppidum Latowicz

in Magna Piscina Ducali fluvioque
Swider construcli Varsavie Sabbathô
proximô post Festum Sancti Andree
Anno Domini Millesimo Quingentesimo
Vigesimo Quintô facta, et per Privilegium
Serenissimi Sigismundi Primi Cracovie
Feriâ Sextâ ante Dominicam Judica proxi-
mâ Anno Domini Millesimo Quingen-
tesimo Trigesimo nonô confirmata
et ex Metrica Ducali masovie actis
Metrices Regni Die octavâ mensis
Junii Varsavie Anno Dñi Millesimo
Sexcentesimo Decimo Octavô annuente
Serenissimo Sigismundo Tertio inserta,
et inde anno currenti authentice extra-
cta, molendinatorem Latovicensem
angulos agrorum cumpratis circa
prefatum molendinum, necnon cum
piscinis, alias z Rybnikami, inferius
aggerem habere debere probat, jam vero
angulos dictos Gnievanskie Latovicen-
ses circa Limites Haeredum Dembskich
extare evincit, quos angulos agrorum
molendinalium, cum Bratis circa mo-
lendinum Judicium presens Commisso-
riale vidit et Piscinas duas molendina-
toris alias Rybnikii inferius aggerem
Piscine Latovicensis oculate conspexit

atque

atque de angulis Gnierwanskie dictis, circa
Limites Dembskich existentibus informatum
est. Demùm visio in Terminis Terrestribus
Varsaviensibus Feriâ Secundâ post Festum
Stæ Hedvigis proximâ Anno Domini Mille-
simo Quingentesimo Quadragesimo Primo
per Ministerialem et Nobiles exrequisitione
nobilium Joannis et Valentini de Dembe
Hæredum de Granicie una dividente Bona
Dembe à Bonis Oppidi Latowicz per Joan:
nem Krucialt Oppidanum Latovicensem
destructa, facta et recognita, necnon Inscri:
ptio obligatoria in Curiâ Regia Varsavien:
Feriâ Tertiâ post Festum Sancti Leonardi
proximâ Anno Domini Millesimo Quin:
gentesimo Sexagesimo Primo, per olim Nblem
Joannem Dembskii, olim Nbli Stanislao Dem:
skii recognita, Agros Gainskie Wezglowie
et Pratum Zawadzinski dictum circa Flu:
vium Swider in angulis situatum, ad Hæ:
reditatem Dembensem pertinere enunciat,
Item Inscriptio obligatoria in Terminis
communibus Terrestribus Garvolinensibus
Feriâ Quintâ ante Festum Sanctæ Mar:
garethæ Virginis et Martyris proximâ
Anno Domini Millesimo Sexcentesimo
Vigesimo Septimo per olim Nblem Severinum
Zawisza Kamienski olim Nobili Sophiæ
Stanizewska Nblis Christophori Dembskii

Consorti, et ejus Posteris recognita mansm
Agri dictum Jaroszewska in Campo sub
Budziska, una cum prato sub Campo La:
towicensi sito, ad Hereditatem Villæ Dem:
bę spectâsse, spectareq' debere obloquitur,
eundemque Mansum Jaroszewski di:
ctum cum Prato sub Campo Latowicz
extante etiam Jnquisitiones Testium
Juratorum in actuali moderna possessione
Hereditatis Dembensis nunquam inante
quæstionata esse, fuisseq' comprobant, nec:
non Testamentum per olim Magnificum
Laurentium Franciscum bini nominis
Rakowski Vincernam Terræ Visnensis con:
fectum, et per Generosum Martinum La:
kowski in Curia Regia Varsaviensi Feriâ
Quintâ ipso Die Festi Sancti Francisci
Confessoris Annô Domini Millesimô
Septingentesimô Quinquagesimô Nonô
per Oblatam porrectum, de Granicziebus
tramiteq' recto à Fluvio antiquo Swi:
der ad Scopulum supra viam ad La:
towicz euntem, modoque supra rese:
ratum et circumscriptum, penes quem
Scopulum à Fluvio Swider in Campis
primum rubus existit, ab hoc verò Sco:
pulo, usq' ad Piscinam antiquam Ha:
redum Dembskich, et alneatum Bu:
dziscense juxta Decretum Commissoriale
Anni 1543tii affirmat. Item Decretum
Com:

Commissoriale Dislimitationis inter Villas
Radzinslie Capitaneatus Latovicensis, atque
villam Terrestrem Gozd dictam, Feriâ Sextâ
post Festum Sancti Bartholomei Apostoli
proximâ Anno Domini Millesimo Quin:
gentesimo Sexagesimo primo, prolatum
et una cum Privilegio Confirmativo Ac
ta Terrestria Garvolinensia Feriâ Tertiâ
in Vigilia Festi S.t Elisabeth Anno eodem
millesimo Quingentesimo Sexagesimo
Primo per Oblatam porrectum, Angula:
ritatem trinam, unam nempe Villæ
Regalis Radzinsliæ, alteram Bonorum
Terrestrium Villæ Gozd, tertiam itidem
Villæ Terrestris Budziska protunc Gnosorū
Dombskich hereditariæ, tresq' Scopulos in
hac trina angularitate erectos, vi supra
scripti Decreti vetustate temporum non
tam notabiles fuisse, angulares firmiter
infert, etiam quod Hæreditas Dembe et Bu:
dziska conformiter cum præallegatis o:
mnibus Documentis Ductum suum
modernum in hac linea parietali aban:
gulo Fluvii Swider Oppidiq' Latowicz
inchoaverat, et recto tramite Signisque
notabilibus vulgariter Uiazdami visibi:
libus, juxta Statutum Jagiellonicum
Anni Millesimi Quadringentesimi Vi:
gesimi Tertii eundem Tramitem vulga:
riter Uiazdy, pro Signis notabilibus, gra:
nicialibusq' disponens usq' ad Piscinam

Dembskich/ Communitatē Latovicensi per:
sonaliter hunc Ductum attentante, ac toties
quoties possessionem hæreditatis Dembensis
Ad hunc ipsum Ductum continuatam agno:
scente, solam verò propietatem et granicia:
lem parietem nudè tamen disputante:/
continuavit et prope piscinam Dembskich
in Fluvio Jalina constructam, ante ipsum
Fluvium Jalina Lapidem quadratum
magnum per ipsosmet Subditos Radzin:
scenses pro Granicie parietali habitum,
Inquisitionibusq' Testium Juratorum
Deductum notabilem commonstravit.
Ex altera verò parte Piscina Dembskich
influvio Jalina constructa usq' ad
ipsammet angularitatem Collatera:
litatis Villæ Gozd ijdem Signis Grani:
cialibus vulgariter Miazdami, quam:
vis in nonnullis locis abolitis et coara:
tis prædallegato Statuto Jagellonico
Anni 1423tii. pro vero limite constitutis
Adduxit. Communitatibus pariter Ra:
dzinscensi et Jalinensi eundem Ductum
personaliter attentantibus, et Possessionem
Hæreditatis Villæ Budziska ad hunc
ipsum Ductum continuatam agnoscen:
tibus, solummodo propietatem et grani:
cien parietalem nudè questionantibus,
Quam prædictam Angularitatem trinam
videlicet Jalinensem seu Radzinscensem
tum Bu:

tum Budziscensem atque Gozdoviensem
praeter Decretum Commissoriale granicia-
le Anni 1561.mi Superiùs citatum, etiam
agnitione sua Generosus Zalewski Villa
Terrestris Gozd firmavit et visibiliter Sulci
cujusvis Villa secum in illo loco transver-
saliter cõeuntes, plerig etiam antiquiores
et arboribûs exareti, eandem angulari-
tatem et Terminum ad Quem, Ductus
Illustris Mpûi Haeredis Villarum Dembe
et Budzizka legitimè denotant. Quantùm
verò attinet Reductum seu Ductum
retrogradum ex parte Villarum capita-
neatûs Latovicensis Jaliny et Radzin-
skie ipsiusq' Oppidi Latowicensis à
pariete Collateralitatis Villa Terre-
stris Gozd nuncupata per Campos prata
et per Piscinam Haeredum Dembskich
usque ad horrea Bonorum Villa Dembe
et per horrea in Pomarium, deinde per
hortum ad aggerem piscinula à cornu
Curiæ Dembensis inferiùs Fluvii Swi-
der post aquam Stagnantem seu Lacu-
nam decurrentis, sita diversimodè
obliquè et sinuosè continuatum, Quo-
niam ex divisio in Arce Cernensi de
Anno 1574to inter olim Nobles Sebast:
anum atq' Nicolaum Dembskie Fratres
Cohæredes facta, jamq' Superiùs citata

totam Aream Villæ Dembe vulgariter
Siedlisko Wsi, à Via sub horreis Villæ
Dembe currente, usque ad Fluvium
Swider protensa, tum Pomarium et
post illud hortum, post hortum verò
piscinam Curiensem cum ejus præ-
dicto aggere, ad Hæreditatem Demben-
sem pertinere clarè probat, etiam quoq'
Commutatio de actu ejus in arce
Cernensi Feriâ Secundâ Pentecostes,
Annô Domini Millesimô Quingente-
simo Septuagesimô Quartô, inter olim
nobiles Simonem ex una, atq' Sebasti-
anum et Nicolaum Dembskie hæ-
redes in Dembe partibus ex altera
mutuo inter se facta et recognita, et
ad acta Terrestria Garvolinensia
Feriâ Quintâ ante Festum Sancta
Agnetis proximâ Anno Domini
Millesimo Quingentesimo Septu-
agesimo Quinto, translata, Sortem
hæreditatis Dembensis nobilitare
Jaroszoviana dictam à Fluvio Swi-
der ad Fluvium Jalenica protunc,
ad præsens verò Jalina nuncupatum
protensam, videlicet Semimansum
Jaroszewski dictum, in Campo post
horreali aliàs w Polu Zagumiennym
Dembensi situm, cum Area idest 2
Siedli-

z Siedliszkiem, hortog et pratis circa Fluvr:
um Swider situatis, necnon alteram
Sortem Nobilitarem ab eodem Fluvio Swr:
der ad Jalenica seu Jalina, extensam,
videlicet Semimansum Szmurnienski
dictum, in eodem Campo posthorreali
Dembensi situm, cum area, horto et
pratis circa ipsum Fluvium Swider
situatis, ad Hæreditatem villa Dembe
spectare evincit, similiter Jnventario
Sortis Bonorum villa Dembe Budzi:
ska et Kolaczki, conseminationumque
per Illrem ac Rdum olim Joan:
nem Dembski Decanum et Officialem
Generalem Premislien. circa dimissio:
nem ejusdem sortis Mfico Joanni
Lijnkauz Vexillifero Ovrucensi tra:
ditum, Die Decimâ Mensis Septembris
Anno Dni 1679no conscriptum, ma:
nibusq; propriis Partium earundem
Contrahentium Subscriptum, manu
Jaroszewski dictum, Sortis videlicet
Jaroszowiana necnon Angulum agri,
a Granicie Latovicensi situm, siligi:
ne protunc inseminatum, tum Cam:
pum integrum Conseminatione æsti:
vali inseminatum, prædialem post
horrea Curiensia Dembensia, aliàs

na Zagumnie situatum, in hæreditate
Prædiorũ Bonorum Dembe existere edo:
cet, Bonum ex divisio Bonorum Dem:
be, Budzizk et Kotaczkow in Bonis Vil:
le Dembe Curiarũ Generosi Zachariæ
Olszamowski Hæreditaria, Feriâ Se:
cundâ post Dominicam Judica Qua:
dragesimalem proximâ Anno Dñi
Millesimo Sexcentesimo Nonagesimo
Sexto, sub Tractu Condescensionis Offi:
cii Castren. Cernen. Amicorum, loca:
torum vigore Decreti Castrensis Capi:
tanealis Cernensis agitata, inter
supradictum Generosum Olszamowsku
Patruum, atq; Gnozas Olszamowskie
ejus Filiastras, videlicet Constantiam
Domaszewska maritatam et mari:
annam Virginem facta, Decretôque
prædictô Officii Condescensorialis appro:
bata, et ad acta Castrensia Cernensia
sub tempus Interregni Feriâ Sextâ
post Festum Sanctorum Trium Regũ
proximâ Anno Domini Millesimo
Sexcentesimo Nonagesimo Septimo,
per Oblatam porrecta, totam Aream
villæ Dembe suis cum attinentiis
à Fluvio Swider, ad viam sub horreis
Dembensibus currentem, aliàs de
Drogi Zagumienney protendi debere,

campum

campumq́ primum post horrea Dembensia
aliàs w Polu Zagumiennym ex opposito
Area-Curiaq́ Dembensis situatum, pro
Prædio Curiali Dembensi, jam protunc
etiam destinatum, Mansis tribus coalitq́
ad Hæreditatem Dembensem pertinere
obloquitur. Etiam quoque Secundarium
Campum protunc requietum, aliàs w
Polu ugorowym post Villam Dembe ja-
centem, sub Oppidum Latowicz proten-
sum, Additamento Sulcorum viginti
octo, post Villam Dembe sito, Deinde man-
sis Decem cum pratis ex opposito eorundem
mansorum adjacentibus, coalescentem,
et in sua determinatione sub Oppidum
Latowicz protensa, angulum cum pra-
to Mynarski nuncupato, graniciebus
Latovicensibus adjacentem, à cujus
latere demum additamenta penes Gra-
nicies Latovicenses Situata, Sulcorum
Centum novemdecem continentem, o-
mnino in Hæreditate Dembensi con-
sistere evincit; Tertium quoq́ Campum
in primis Additamentis ibidem Speci-
ficatis, deinde mansis pluribus deser-
tis et exercetis, ac Fundis ibidem Specifi-
catis, virgultis repletis à via in cruce
eunte, et cruce lignea stante, Signata,
aliàs od Krzyżowey Drogi y Figury

ad angulum et aliud rubetum extensis
constantem, ac praterea post prædicta
virgulta seu Rubeta versùs Villam Bu:
Dzizka sub Alneto mansum Jaroszewski
situatum, tum alium mansum Kaw:
czynski dictum, Deinde quatuor man:
sos sub Borra jacentes, prater verò illos
mansos, tres mansos sub Borra versus
villam Dembe insimul sub effigiem
Sæ Crucis ibidem Specificata protensos,
continentem, ad Harevitatem Demben:
sem spectare enunciat. Ipsaquoque
eadem praxitata & divisio agrum mo:
lendinalem alias Vollo mlynarskie
dictum, quem tenuit quondam Supra
scriptorum Bonorum Terrestrium mo:
lendinator, deinde Piscinam desertam
in Fluvio Jalina sitam, et in ea prata
protunc existentia, à principio verò
ejusdem Piscinæ pratum molendinatoris
protunc proprium, successivè Prata
alia sub pariete Radzinscensi in loco
declivi ac paludinoso, aliàs Lalischu
Radzinskiennu na Bieli jacentia, unà
cum Fundis Agrisque ibidem Susiùs
specificatis ad hæreditatem Villæ
Terrestris Budzizka spectare edocet.
Jam verò Ductus Subditorum capita:
nealium Villarum Jaliny et Radzinskie
per prata illa palustria, aliàs przez

Lalischu

Zalii Ku Radzinskiemu na Bieli situata,
tum per pratum à principio Piscinæ in
fluvio Jalina constructæ situm, Mły-
narskie quondam nuncupatum, et per
ipsammet eandem piscinam quondam
Hæredum Dembskich factus, binis su-
pra allegatis Documentis, ijsq' Substan-
tialibus et quidem ex divisioni Anni
1696tij Prata palustria Ku Radzinskiè-
mu na Bieli, et pratum Młynarski
à principio Piscinæ, necnon ipsam eam-
dem Piscinam ad Hæreditatem Terrestrem
pertinuisse obloquenti, tum Decretô
Commissoriali Graniciali Anni 1543tij
toties allegatô, integram eandem pisci-
nam ad Hæredes protunc Dembskie
spectâsse palam ediserenti Substantia-
liter contrariatur, Idem quoque Du-
ctus seu Reductus à fluvio Jalina
post prædictam piscinam Dembskich
jam per Oppidanos Latovicenses ap-
prehensus, primò versus Septemtrio-
nem per Borram transparentem,
ad Montes inusitatâ, scopulisque
parietalibus disconvenientemagni-
tudine existentes, ac per eosdem Montes
in eodem Ductu Specificator, iterum re-
tro et acute versus meridiem conver-
sus, Deinde via à Villa Strachomino

ad Bona Dembe currente ad viam de Sa-
rysow ad Latowicz per prædictam viam
Dembensem in Crucem transcendentem
seu ad bivium seu do Krzyżowych Drog
continuatus, ex divisioni prædicta Anni
millesimi sexcentesimi nonagesimi
Sexti, Borram et sub Borra plures man-
sos, etiam quoq; tres mansos ad effigiē
Sæ Crucis protensos, tum Fundos rubetis
repletos, do Drogi Krzyżowey ad angu-
lum et quoddam rubetum protensos,
ad hæreditatem Dembensem spectare
enuncianti repugnat. Idem quoque
Dnctus Oppidanorum Latovicensiū
prædicta via Dembensi ab illo bivio
inter Campos Ugorowe Pole, atq; Za-
gumienne Pole usq; sub villam Dembe
usurpatus, et relicta eadem via Dem-
bensi, per Sepimentum Campi posthor-
realis alias Pola Zagumiennego sub
villa Dembe erectum, ad montes ma-
gnitudine sua notabiles, lapidibûs
numerosissimis etiam in profundū
repletos Kamionki dictos, usq; ad ipsa
horrea Curiæ Dembensis continuatus,
similiter binis Documentis, videlicet
prædictæ Ex divisioni Anni 1696ti
integros Campos duos, unum Ugorowe
Pole, mansos decem cum additamen-
tis

tis penes Granicies Latovicenses situatis,
cum Fratis ex opposito eorundem man:
sorum jacentibus continentem post vil:
lam Dembe sub Oppidum Latowicz
protensum, atq' alterum Campum Za:
gumienne Pole nuncupatum, seu Pra:
dium post Horrea Dembensia situm
totum et integrum in Hæreditate Dem:
bensi consistere edocenti, necnon com:
mutationi Superius allegatæ Anni
1574ti integrum Campum eundem Pole
Zagumienne nuncupatum usq' ad Ja:
lenica protunc, ad præsens vero Jalina
ad Hæreditatem Dembensem Spectare
edocenti, atq' Inventario Anni 1679ni
eandem proprietatem hæreditatis Dem:
bensis Campi protunc consemination:
ne estivali inseminati prædialis
post horrea siti, alias Pola Jarzynnego
na Zagumniu obloquenti, evidenter
inficiatur. Præterea Ductus hicce
Oppidanorum Latovicen: ulteriùs
per ipsa horrea et per propatulum
eorum Curiæq' Dembensis, tum per
Sepimentum Pomarii Sub Fenestris
ejusdem Curiæ Situati et deinceps
per hortum Sub Eodem Pomario ad
aggerem Piscinulæ usurpatus, Docu:

mentis superius exaratis utpote Exdi:
visioni Anni 1574ti totam Aream Villæ
Dembe incipientem à Via alias od Drogi
Zagumienney usq; ad Fluvium Swider
tendentem enunciandi, Pomariumq;
et post illud Hortum, ac post hunc Visi:
nam prædictam Curialem ad Hæredi:
tatem Dembensem spectare, necnon
Commutationi Anni 1574ti pariter
Aream alias Siedliszo Villæ Dembe
cum Hortis et Pratis usq; ad Fluvium
Swider protensis ediserenti, ipsiq; Exdivi:
sioni quamvis plus quam Sexagenariæ,
post prædallegata tamen Documenta
recentiori eandem ipsam protensionem
Areæ Villæ Dembe alias Siedliska
Curiæq; od Drogi Zagumienney usq;
ad Fluvium Swider probantibus con:
trariatur, tum eò potissimum attentò
quòd Decretum Commissoriale totiès
allegatum Anni 1543tii una cum Lu:
strationibus Granicierum Oppidi La:
towicz Annorum 1564ti et 1660mi ipsius
Decretoq; Referendariali Regni Anni
1654ti aliisq; Documentis fusiùs quo
ad Cathegoriam Fluvii Swider granicia:
lis jam supra enunciatis, Fluvium Swider
non solùm parietem Granicialem Villar
Capitaneabium Chyziny et Wielliolas,
verùm etiam parietem granicialem

Oppidi

Oppidi Latowicz usque ad angulum ejusdē
Fluvii, Oppidiq; Latowicz constituit, plenēq; edo-
cet, etiamq; ipsi Oppidani Latovicenses acto-
ratum suum imprimis in Decreto Sae Rae Mtis
Assessoriali Regni Anno elapso 1759no. prolato,
ad manutentionem pro pariete erga Oppidum
Latowicz, Bonaq; hæreditaria Dembe grani-
ciali Fluvii Swider antiqui meatus institu-
erint, in ipsoq; Ductu suo Decreto Commisso-
riali Granicïali Anni 1543tii. adhærent, ni-
hilominus Fluvium Swider in toto Ductu
suo uti per solos Fundos Hæreditatis Dem-
bensis cum eorum fere ultra dimidium
totius Plani Campestris Dembensis, me-
dietatisq; horreorum Curialium Demben-
sium, jam verò totius Curiæ, granarii,
Casæ ferrifabrilis, omniumq; ædificior
Curialium, cum hortis eidem Curiæ è
regione Oppidi Latowicz adjacentibus,
avulsione totaliter intermiserunt,
neq; eundem Fluvium Swider prout
ex Obloquentia Documentorum tene-
bantur, pro pariete Granicïali sumpse-
runt, solùmmodo aggerem Pisciculæ
à cornu Curiæ Dembensis situatæ
positum, et omissa, longeq; post ter-
gum relictâ verâ ultimaria Oppidi
Latowicz cum Villa Wielkolas ex alte-
ra parte Fluvii Swider ad Septemtrio-
nem visibili angularitate suâ ad Flu-

vium Swider determinata, adeoq; pro:
fundiis erga parietem Ville Wielkolas
intrando attigerunt, Perpensis quoque
aliis circumstantiis utpote cognitionibus tam Oppidanorum Lutovicensium,
quàm Villanorum Radzinscensium et
Jalinensium Possessionis tam Fundorum
suorum ad Ductum hæreditatis Villarum
Dembego et Budzisk protensa, quàm
Possessionis similis Hæreditatum Dembe
et Budzisk continuata, necnon Inqui:
sitionibus Testium Juratorum eandem
Possessionem ab antiquo ad tempus
præsens perseverantem, præsertim
verò Fundi Jarorzewski nuncupati
cum prato sub Campo Lutovicensi sito
additamentorum circa Granicies Luto:
vicenses aliàs circa Angulos Gnie:
wanskie in Venditione Ducali
Anni 1525ti circa Limites Dembelich
specificatos existentium, Possessionem
pacificam comprobantibus, necnon
eò attentò quòd similes montes et
monticuli, quales per Oppidanos
proscopulis prætensis indigitati
sunt, passim in Campis Dembensibus
sparsis in locis, imo quòd notabilius
etiam quoq; in ipso Campo Lutovicensi
Gniewanskie nuncupato diversis

in locis

in locis reperiuntur, minimè tamen vel per ipsos Oppidanos proscopulis allegantur. Item quòd in monticulo intra sepimenta Pomarii Dembensis ex Opposito Fenestrarum Curiæ per Oppidanos Latovicenses nulliter proscopulo allegato ac ruderibus variis, utpote Lapidibus, Lateribus, argilla spissa cum calce conglutinata, Ossibus carnium, tum testis vasorum Domesticorum, atque trabibus Ædificii repleto, Inquisitionibus Testium non ita pridem Curia Dembensis extitisse deducitur, Ad extremum eò prohabitô, quòd tam Oppidani Latovicenses quam villarum Regalium contiguarum supra specificatarum Communitates, non tantum Piscinam sæpedictam Dembskich in Fluvio Jalina constructam, pro vera Granicie in Ductu Hæreditatis Dembensis et Budziscensis agnoverint, verùm etiam eundem Ductum Hæreditarium, ipsiusq́ metam Reductu suo una cum Subditis Radzinscensibus attigerint, eandemque metam pro scopulo allegaverint et reserari fecerint. Quapropter attentis præmissîs omnibûs Documentis Inquisitionibusq́, Ductum sive reductum villarum Jalinensis, Radzinscensis, Oppidi Latowicz Wielholascensis et Chyzinensis ut supra descriptum, invalidantibus, eundem Ductum sive Reductu

ab angularitate Villarum Gozd et Budzi:
sha Terrestrium, Jaliny et Radzinshie
Regalium, sub Borra Gozdoviensi et Bu:
dziscensi, circa viam Borram Gozdovien:
sem, à Borra Budziscensi diztingven:
tem, inchoatum, et exinde privata via
recto tramite in Septentrionem usque ad
Fossam circa eandem viam Situatam
antiquitùs factam, et in agros Radzin:
scenses versùs hyemalem ortum Solis ul:
teriùs protensam, et non ultra approba:
mus, ac ideò Ductum Hareditatis Bu:
dzizha ad hunccc ipsum locum Fossa
transversaliter per viam ut supra ex:
cavata restringendo, non alium posse ex
moderamine Judicii nostri Illustrem
Magnificum Budzizh et Dembego Ha:
redem lucrari sententiamus, ab eodem
verò loco ulteriorem villa Regalis Ra:
dzinshie Ductum uti ingyrum ad si:
nistram partem obliquè declinatum
per Prata Budziscensia propria, dicta
antiquitùs Biele, deinde per Campos
Budziscenses, et per Pratum Molen:
dinatoris, ac per Piscinam Dembshich
usq' ad Fluvium Jalina in eadem Pisci:
nà currentem, contra obloquentiam
supra exaratorum Documentorum
prætensum, Similiter quoq' Ductum
Oppidanorum Latovicensium, post
Fluvium Jalina locis palvdinosis

itidem

itidem per Piscinam Dembslich et Bor-
ram Dembensem, agrosq' et Prata rubetis
excreta, tum per Campos modô quô supra
usq' ad aggerem Piscinulæ post Curiam
Dembensem sitæ contra Authentica Do-
cumenta Hæredis in Dembe et Mani-
festationem unà cum Visione Officiosa
in Terminis Communibus Terrestribus
Garvolinensibus Feriâ Quintâ prædicæ
Festi Divi Kiliani Annô Millesimô
Quingentesimô Nonagesimô Quartô
per olim Nobiles Dembslie Hæredes
Bonorum Dembe, contra Famatos Ci-
ves totamq' Communitatem Latovi-
censem et alios de obstructione Flu-
vii antiqui Luider sub Molendino Lato-
vicensi antiquo, et ab eodem Molendino
versus Aquæ emissorium fluentis, tum
de excavatione violenta fossæ per Prata
Dembensia in ordine aversionis in
eam Fluvii Luider in prædicta Prata
Dembslich quanto propius Campos
Dembenses attentata, factam et reco-
gnitam, proprietatemq' Pratorum
et Fundorum Dembensium sub Oppi-
do Latowicz sitorum evincentem,
uti nullis Documentis suffultam
indebiteq' formatam reprobamus
et cassamus. Ductum autem Bono-

rum Dembe et Budzisha Terrestriu[m]
ab illo termino à quo angularitatis
trinarum villarum videlicet Ville
Gotetalu collateralis, jam verò Dembe
ac Chyziny Regalis parietaliter erga
se jacentium, et Fluvio Jalina, cum Flu:
vio Swider coëunte, inchoatum, eòdemq'
Fluviô Swider sub Oppidum Latowicz
parietaliter obductum, servatô rectilinio
à scopulo Superiùs specificatô, per mo:
deramen et Decisionem Judicii nostri
ad marginem Fluvii Swider ut supra
determinatum. Ab eodem verò Scopu:
lo sub Latowicz jacente et prædictam
rectilinium ad Fluvium Swider prospi:
ciente, ulteriùs recto tramite versus
meridiem notabili granicie scilicet
viâzdem ad Piscinam Dembskich
in Fluvio Jalina constructam, et ex
altera parte ejusdem Piscinæ Demb:
skich post eundem Fluvium Jalina
itidem viâzdem Fundos Radzinscen:
ses ad sinistram, Fundos verò Bu:
dziscenses ad dextram pertem relin:
quendo, usq' ad Fossam supra exara:
tam per viam transversalem ad Ter:
minum ad Luem, viam videlicet
Superiùs Specificatam, inter Borras
Budziscensem atq' Gozdoviensem dis:
limitantem, taliterq' à Fossa per viam
privatam

privatam transversa per moderamen
Judicii determinatum et adinventum
approbamus, et eidem Illustri Mfico
Dembe et Budzisha Haredi adjudica:
mus, et premissas Granicies tali modo
decisas et constitutas perpetuo dura:
turas et per Partes manutenturas
esse volumus et declaramus, Magni:
ficum autem Joannem Reymann Illu:
stris Mfici Haredis Commissarium, à
quavis ulteriori impetitione intuitu
Signorum, quasi pro metalibus pre:
tensorum, nihil tamen evincentium
liberum pronunciamus, et ad apponen:
da in locis humidis et lutosis circa Flu:
vium Swider in Pratis à Termino Sa:
lina ut supra à Quo, Signa custodia:
lia suo loco circumscribenda et sipati:
onem in locis siccis Scopulorum nos
contulimus et exequitavimus. Tan:
dem in angularitate suprascripta
quoniam Communitates tam Oppidi
Latowicz, quàm Villarum Chyziny
et Wielkolas in numerosa Copia ho:
minum, ad hunc locum advenien:
tes, executionem Decreti Judicii Nostri
Commissorialis stiterunt, et se se eidem
Consignationi opposuerunt. Proinde
attentâ premissâ Oppositione pro

decernendis super eisdem intuitu
premissorum penis, et injungenda
Decreto presenti Nostro Commissoriali
satisfactione et ejus executione, nihi:
lominus intuitu homicidii in Persona
Laboriosi marci Zablocki de Dembe
Subditi per Laborioros Balthasarum
Jesioneh et cujusvis nominis Terler:,
czak de Villa Regali Chyziny, atq;
Balthasarum Piwowarczyk de Viel:
kolas et alios Statuendos, Inquisitio:
nibus redargutos, attentati, perpetratu:
rumq; aliarum violentiarum et Con:
cussionum propenis exqualitate fa:
cti Succumbendis et irrogandis, atque
pro restitutione ususfructus expra:
tis per Oppidanos Latovicenses, et
Communitates Villarum Chyziny
et Wielkolas percepti, et dando de
eodem à mota lite presenti Calculo
Causam eandem cum toto ejus effe:
ctu ac Partibus ipsis, unà cumpara:
tis Inquisitionibus Partium utra:
rumq; in anteriori Commissionis
nostra Termino ex Testibus per
Partes eductis, et per easdem Par:
tes Juramentis Corporalibus com:
probatis, in Termino presentis Com:
missionis reseratis et perlectis ac

denuo

denuo obsigillatis et Parti principali-
ter agenti videlicet Illustri Magnifico
Bonorum Dembe cum attinentiis Hæ-
redi extraditis, rursus ad Judicia Poste-
rialia S.R.M. remittendam censu-
imus, per presentes q. remittimus et
Terminum eisdem Partibus etiam ex
Regestro Incarceratorum Causæ pa-
trati homicidii connexo, comparendi
conservavimus et conservamus in-
ibidem paratum peremptorium.
Decreti Nostri presentis Commissori-
alis vigore. Michael in Suffczyn Suffczyński
Castellanus Palatinatus Masovia Terræ
Cernensis S.R.M. Commissarius (L.S.).
Franciscus Josephus in Wakowasino Wakowski
Succamerarius Terræ Visogrodiensis S.R.
Mtis Commissarius mp. (L.S.) Gabriel in
Lesicow Lesiewski Judex Terrestris Raven.
S.R.Mtis Commissarius mp. (L.S.). Balthasar
in Jasionka Jasienski notarius Tris et Ca-
stren. Cernen. S.R.Mtis Commissarius mp.
(L.S.) F. Severinus de Przezdziecko Mierzeiewo
Przezdziecki Burgrabius Castren. Cernen.
S.R.Mtis Commissarius mp. (L.S.) Dominicus
in Gozlino Gozlinski Burgr: Gren. Cern. S.R.
Mtis Commissarius mp. (L.S.). Quas ejusmodi Li-
teras Originales papyreas Actus Commisso-
rialis Supradescripti sicut premissum per
Oblatam porrectas, Nos Ad Acta præsentia su-
scipi, inscribi et exinde fideliter descriptas
Parti postulanti Authentice extradi, Originale

verò rursus offerenti restitui ꝑ: de quo rece:
ꝑto Cancellariam quietavit ꝑ: permisimus.
In quorum fidem &c: Actum Varsaviæ ut
supra.

Actum Varsaviæ Feriâ Tertiâ
post Festum Ascensionis
in Cœlum Domini Nostri
Jesu Christi proximâ Die
scilicet Vigesimâ mensis
Maji Anno Millesimô Se:
ptingentesimo Sexagesimô.
Regni verò Nri XXVII. Annô.

Ad Relationem Illmi Excellmi et
Rndmi Dni Vicecancellarii Rni ut supra.

Constituit Plenipotentes Generosus
Nicolaus Krosinski.
Augustus Tertius &c:

Significamus &c: Quod coram Actis presen:
tibus Metrices Regni Cancellariæ nostræ
minoris comparens personaliter Gnôsus
Nicolaus Krosinski, sanus mente et
corpore existens, recedendo à Foro, Ter:
ris et Jurisdictionibus suis quibusvis
propriis huic autem Jurisdictioni No:
strâ Regiâ, quo ad infrascripta reco:
gnoscenda attinet, sese subjiciendo et
incorporando, palam, liberè ac benevolè
recognovit et præsentibus recognoscit.
Quia Ipse Generosos Casimirum Trembecki
Antonium Ziembinski Subdelegatos
Castren

Castrenses Cracovienses, Joannem Więcho-
wski, Valentinum Jaworski, Withowski, in
suos veros, legitimos et indubitatos Plenipo-
tentes fecit, constituit et solenniter ordina-
vit, prout quidem præsentibus, facit, consti-
tuit et solenniter ordinat, Idque ad Trien-
nium integrum ab actu præsenti computando.
Dans et concedens ijdem Plenipotentibus
suis plenariam facultatem, omnimodam
et generalem potestatem, Causas suas
generaliter omnes et singulas, tam ex
actoratu, quàm et reatu in quovis Sub-
sellio majori sive minori Regni Nostri,
cujuscunq; Terræ et Districtûs, etiam Tri-
bunalis Petricoviensis sive Lublinensis
habitas et habendas, institutas et insti-
tuendas, cum quibusvis Personis occa-
sione cujusvis negotii, modò quôvis
intercedentes, promovendi, agendi et de-
fendendi, exceptiones quasvis Juridicas
inferendi, Juramenta deferendi, et au-
scultandi, Decreta quævis pro parte
sui Recognoscentis, in minori Subsellio
lata, acceptandi, à gravaminosis ad
majus Subsellium appellandi, movendi,
appellationes et motiones prosequendi,
pœnas quasvis pecuniarias levandi, de-
vatis quietandi, Contractus quosvis in
quavis materia ineundi, complanandi,
contrahendi et arendandi, Summas etiam

capitales levandi, delevatis quietandi,
Cessiones Roborationesq; quasvis nomine
sui Recognoscentis faciendi, executiones
et Intromissiones in Bona urgendi, ad
mittendi et acceptandi, Alteraq; omnia
et Singula pro Causarum, terminorum
et negotiorum exigentia, Speciales et
generales Plenipotentes concernentia, in
rem et utilitatem sui Recognoscentis agen-
di et exequendi. Cavens et promittens id
totum quidquid per memoratos Plenipoten-
tes suos rite et legitime actum, gestum,
constitutumq; fuerit, se Recognoscentem
et Successores suos sanguinis pro rato, firmo,
ac irrevocabili Suscepturos. Hac sua per-
sonali Recognitione ad premissa me-
diante. Pro majori vero firmitate ma-
nupropria se subscripsit. M. Ibrozinsky.
Quam ejusmodi Plenipotentiam sic ut
premissum factam et recognitam nos
firmam ac de jure validam haberi vo-
lentes, eandem ad acta presentia susci-
pi, inscribi, et ex ijdem fideliter descri-
ptam Parti postulanti authentice extra-
di permisimus. In quorum fidem &c.
Actum ut supra.

Actum Varsaviæ Feriâ Sextâ
ante Festum Sanctissimæ
Trinitatis proximâ Die
scilicet

scilicet 6ta Trigesimâ mensis
Maji Annô Domini Mille-
simo Septingentesimo Sexa-
gesimô. Regni verò Nostri
Annô XXVII.

Ad Relationem Illustrissimi Ex-
cellentissimi et Mgfici Dñi Joannis
Comitis in Konsliè et Białaczow
à Małachowice Małachowski
Supremi Regni Cancellarii, Gro-
decensis, Ostrołęcensis &c. Capitanei,

Constituit Specialem Plenipotentem
Gnôsa Marianna de Schmettau
Gnôsi Petri Baronis Le Fort Colonelli
in Exercitu Saxonico, Consors legitima.
Augustus Tertius &c.

Significamus &c. Quòd coram Actis praesen-
tibus Metrices Regni Cancellariæ Nostræ
Minoris comparens personaliter Gnôsa
Marianna de Schmettau Gnôsi Petri
Baronis Le Fort Colonelli in Exercitu
Nrô Saxonico Consors legitima, sana
mente et Corpore existens, recedendo
à Foro, Terris et Jurisdictionibus Suis
quibusvis propriis, huic autem Juris-
dictioni Nostræ Regiæ, quò ad infra
scripta recognoscenda attinet, sese sub-
jiciendo et incorporando, palam, libere

ac benevole recognovit et presentibus
recognoscit. Quia Ipsa suo et Generosi
Mariti sui nomine, Magnificum Geor:
gium Comitem Fleming Supremum
Thesaurarium M. D. Littæ, in suum
verum, legitimum, Specialem et indu:
bitatum Plenipotentem eligit, consti:
tuit, inscribit, et Solenniter ordinat.
Dans et concedens eidem Magnifico
suo Plenipotenti plenariam facultatem
et omnimodam potestatem, Intromissio:
nem in Mansos seu Lancos Bohdanow,
Perehal, Zelstwa et Trabiszki vocitatos,
in Economia nostra Olitensi, Clavi
Luvintensi jacentes, sibi verò Recogno:
scenti et Gnóso Marito suo à Nobis
benigniter collatos, capiendi, ac possessionem
in ijdem mansis pro se Constituente et supra
nominato Marito suo obtinendi, cajomnia
que circa apprehensionem perfectæ in eos:
dem mansos Intromissionis et Possessionis
necessaria et opportuna videbuntur per:
agendi ac exercendi, aliosq; Plenipotentes
in locum sui ad exequenda premissa
substituendi. Cavens et promittens id
totum quidquid per prenominatum
Magnificum Plenipotentem sive Ejus
Substitutum, rite et legitimè actum ge:
stumve fuerit, se Constituentem et Gene:

rosa

rosum Maritum suum, pro rato, grato
firmoq; ac valido suscepturos, et in nullo
contradicturos. Hac sua personali Reco:
gnitione ad premissa mediante. Pro ma:
jori vero firmitate manu propria se sub:
scripsit. Marie Anna Barone Le Fort
née Comtesse de Schmettau. Quam ejusmodi
Plenipotentiam sicut premissum factam
et recognitam Nos firmam ac de jure va:
lidam haberi volentes, eandem ad acta
presentia suscipi, inscribi, et ex ijzdem
fideliter descriptam Parti postulanti
authentice extradi permisimus. In
quorum fidem &: Actum ut supra

Actum Varsavie Sabbathô
intra Octavas Sacratissimi
Corporis Christi Domini
Die scilicet Septimâ Mensis
Junii Annô Domini Mil:
lesimô Septingentesimô
Sexagesimô. Regni verò Nri
Anno .xxvii.

Ad Relationem Illmi Excellmi
et Mfici Dni Joannis in Konelie
et Piatkowo à Matachowice
Matachowski Supremi Rni
Poloniæ Cancellarii, Grodecen:
Ostrolzcen: Je: Capitanei, Equitis
Aquilæ albæ.

Oblata Genealogia Generosæ Helenæ
Isabellæ de Zubinslvie, olim Generosi
Josephi Comitis de Salmour, Consortis.
Augustus Tertius &c.

Significamus &c. Quòd coram Actis præsentibus metrices Regni Cancellariæ Nostræ Minoris Comparens personaliter Generosus Laurentius Mitzlerus de Kolof Consiliarius Aulicus et Medicus noster, ac Regni Nostri Poloniæ Historiographus, variarum Academiarum exterarum Socius, nomine et pro interesse Generosæ Helenæ Isabellæ de Zubinslvie, olim Generosi Comitis Josephi Antonii Christiani Gabaleonis de Salmour Andesani et Baldichieri Domini in Zabeltitz Cubicularii et Consiliarii Nostri privati Electoratûs Saxonici, Consortis legitimæ relictæ Viduæ, obtulit ad acticandum, actisq' præsentibus ingrossandum Genealogiam infra exaratam, manibûs Procerum Regni Nostri subscriptam, ac Sigillîs Eorundem gentilitiis consignatam, sanam, salvam et illæsam, omnig' suspicionis nota carentem, tenoris sequentis=

Tabula Genealogica Illustrissimæ Dominæ Helenæ Isabellæ in Lubna Lubiensca, Illustriss: Josepho Antonio Christiano Gabaleon S.R.I.C. Comiti

Comiti de Salmour, Serenissimi Augu:
sti Tertii Regis Poloniarum, Electoris Sa:
xoniæ &c: Consiliario intimo nupt æ
mense Majo, Die XXVIII. 1752. Cujus
Pater fuit Boguslaus in Lubna Lubinski
Castellanus Sandomiriensis. Hujus Bo:
gulai Pater fuit Sigismundus in Lubna
Lubinski, Vexillifer Palatinatus Siradi:
ensis, Mater autem Anna Opacka. Hujus
Sigismundi Pater fuit Albertus in Lubna
Lubienski Castellanus Siradiensis, Ma:
ter Theresia Gorska. Annæ Opackæ
Uxoris Sigismundi Pater fuit, Sigismun:
dus Hieronymus Opacki Palatinus Derp:
scensis in Livonia, Mater autem Justi:
na Margaretha von Schaden. Alberti
Lubienski Pater fuit Joannes in Lubna
Lubienski, Frater Matthiæ Regni
Poloniæ Primatis, et Mater Sophia Wyle:
zynska. Theresia Gorska, Uxor Alberti
Lubienski habuit Patrem Andream
Gorski Palatinum Masoviæ et Matrem
Barbaram Comitissam Zamoyskam.
Pater Sigismundi Hieronymi Opacki
fuit Nicolaus Opacki Camerarius Varsa:
viensis, Piasecensis Capitaneus et Mater
Margaretha Pysinska. Pater Justinæ Mar-
garethæ von Schaden fuit Hanns Jacob
von Schaden Freyherr, von Mittbiberach
et Mater Catharina Freyin von Closen

zu Arnsdorff. Pater Joannis Lubienski
fuit Swentoslaus in Lubna Lubienski
et Mater Barbara Zapolska. Pater Sophiæ
Wylezynska fuit Joannes de Wylezyna
Wylezynski Notarius Castrensis Vieln:
ensis, et Mater Barbara Wysocka.
Pater Andreæ Gorski, fuit Sigismundus
Gorski Capitaneus Ostroviensis, et Mater
Barbara Raczka. Pater Comitissæ Bar:
bara Zamoyska, fuit Joannes Comes Za:
moyski, Castellanus Chelmensis Generalis
Castrorum Metator Regni, et Mater An:
na Principissa Wisniowiecka Filia legiti:
ma Palatini Russiæ, Pater Nicolai Opacki
fuit Bartholomæus Opacki de Opacz
magna, et Kalowicze in terra Varsavien:
Heres et Mater Anna Skorska de
Sabiewo. Pater Margarethæ Pysinska
fuit Adrianus Pysinski, Notarius Terre:
stris Pomeraniæ, et Mater Anna de Sie:
dzewa Pieczewska. Pater Hanns Jacob
von Schaden, fuit Hanns Hector Schaden
von Mittbiberach zu Wurthosen Grendsberg
und Neiheusen aus Haselbach, et Mater
Maria von Dondorf, Pater Catharinæ Freyin
von Closen fuit Hanns Eberhard von Closen
zu Arnsdorf, und Zeholfing. Mater Mar:
gagetha Gebohrne von Berlching zu Gel:
delfing. Pater Swentoslai Lubienski fuit
Jaroslaus Pomian Heres in Lubna Lubinski
et Mater Anna Sophanska Filia legitima.

Pater

Pater Barbara Zapolska fuit Casimirus
Alexander Zapolski Succamerarius Siradi-
ensis et Mater Anna Wolucka, Castella-
ni Matogoscensis filia legitima, Pater
Joannis de Wylezyna Wylezynski, fuit
Albertus de Wylezyna Wylezynski Bur-
grabius et Vicegerens Cracoviensis, et
Mater Marianna Gicbultuska Filia
legitima, Pater Barbara Wysocka fuit
Nicolaus Wysocki, Judex Castrensis Vie-
lunensis et Mater Anna Zawiszanka
Filia legitima. Pater Sigismundi Gorski
fuit Adamus Gorski, Aulicus et S.R.M.
Secretarius, et Mater Elisabetha Gorynska
Filia legitima. Pater Barbara Raczka
fuit Adamus Raczko Judex Mielnicensis
et Mater Catharina Oborska, filia legitima.
Pater Joannis Comitis Zamoyski, fuit
Joannes Comes Zamoyski Palatinus San-
domiriensis, et Mater Anna Gorskowska
Judicis Castrensis Crasnostaviensis hares
in Sienicze Filia legitima. Pater Anna
Principissa Wisniowiecka, fuit Constan-
tinus Princeps Wisniowiecki Palatinus
Russiæ et Mater Helena Strusiowna
Filia legitima. Pater Bartholomæi O-
packi fuit Petrus Opacki, in Bonis Mi-
losna Hæres et Mater Catharina Ra-
kowska, Capitanei Wiscensis Filia

legitima. Pater Annæ Senkoskæ, fuit Joan:
nes Senkorki de Sarbiewo, et Mater Hedvigis
Skolska, Nicolai Skolski Filia legitima.
Pater Adriani Pisynski fuit Matthias
Pisynski, et Mater Ludovica Brandowna
Castellani Pomeraniæ Filia legitima.
Pater Annæ de Pieczewa Pieczewska
fuit Constantinus de Pieczewa Pieczewski
et Mater Cecilia Wierzbowska filia
legitima. Pater Hanns Hector Schaden
fuit Hanns Georg Schaden, von mittbi:
berach zu Warthausen, Röm. Kays.
und Chur Bayr Ritter, mater mar=
garetha von Braytenau. Pater Mariæ
von Dondorf, fuit Christophorus von
Dondorf zu Filnstain und Hoff, Mater
Justina von Preising zu Ernbach. Pater
Hanns Eberhard von Closen, fuit Hanns
Georg von Closen, zu Arnsdorf, Mater
Barbara, Herrn Hanns Rothaftan,
von Wernberg Tochter. Pater Margarethæ
geborhne von Berlching, fuit Hanns
Christoph von Berlching zu Geldelfing
Mater Brigitta Herrn Heimeran
Rothafftan Tochter. Mater autem
Helenæ Isabellæ in Lubna Lubiensis
de cujus hic agitur Genealogia, fuit
Theresia Comitissa de Bielinski, hujus
Pater fuit Casimirus Comes de Bielinski

Supre:

Supremus Mareschalcus Regni Poloniæ,
et Mater Ludovica Mariâ de Raciborsko
Morstynowna Supremi Thesaurarii Po:
loniæ Filia legitima. Pater Casimiri Co:
mitis de Bielinski fuit Franciscus Co:
mes de Bielinski Palatinus Marienbur:
gensis et Mater Anna Comitissa d'Akker:
staff. Pater Ludovicæ Mariæ de Rac:
borsko Morstynowna, fuit Andreas
Comes de Raciborsko Morstyn, Supre:
mus Thesaurarius et Senator Regni
Poloniæ, Kowalensis, Pucholensis et Za:
wichostens. edc: edc: Gubernator, et Ma:
ter Catharina Gordon Marchionissa de
Huntlij Comitis V. et Marchionis II.
Filia legitima. Pater Francisci Comitis
de Bielinski, fuit Albertus Comes de
Bielinski, Capitaneus Ravensis et
Mlavensis, Mater Elisabetha de Blen:
dow. Pater Annæ Comitissæ d'Alberstaff
fuit Adrianus Comes d'Alberstaff, ma:
ter Marianna Comitissa de Kotlic. Pater
Andreæ Comitis de Raciborsko Morstyn
fuit Andreas Comes de Raciborsko Morstyn
Pocillator Sandomiriensis, et Mater He:
dvigis de Pobiedno Pobiedzinska Filia le:
gitima. Pater Catharinæ Gordon, fuit Ge:
orgius Gordon ejus nominis Comes V. et
Marchio IIdus de Huntlij et Enzie &

Vicecomes De Jnverness, Illustris Dominus
Baro de Auchindeun Badmoch, Lochaber,
Glenlive et Strathbogiæ etc: et Mater An-
na Campbell Marchionis de Argyle So:
ror filia legitima Archibaldi Comitis
Argathelia &c: Pater Alberti Comitis
de Bielinski, fuit Joannes Comes de
Bielinski Dominus in Drozewo et
Sulirycz, Mater Sophia Lazninska.
Pater Elisabethæ de Blendow fuit Re:
migianus Blendowski, Mater Eva
Jarmolinska, Judicis Terrestris Cre:
menecensis filia legitima. Pater Adri:
ani Comitis d'Alberstaff, fuit Henri:
cus Comes d'Alberstaff, Mater Anna
Budembrock, Pater Marianne Comitissæ
de Kotlic, fuit Anselmus Comes de Ko:
tlic Mater Catharina de Butler. Pater
Andreæ Comitis de Raciborsko Morstyn
fuit Christophorus Comes de Raciborsko
Morstyn Regni Poloniæ Cancellarius
Mater Ursula de Familia Broniewsu:
orum filia Legitima. Pater Hedvigis
de Pobiedno, Pobiedzinska, fuit Gabriel
Pobiedzinski, Mater Elisabeth de Bielsko
Wierzbiecianka filia legitima. Pater
Georgii Gordon ejus nominis Comes
V. fuit Georgius Gordon Ejus nominis
Comes IV. et Marchio I. de Huntly
et mater

et Mater Henrica Stewart filia legitima
Esmei Ducis de Lennox Patruelis Hen-
rici Stewarti Scotorum Regis, Pater An-
no Campbell, fuit Archibaldus Comes
Argathelie Dominus de Kintyre et
Mater Elisabeth Filia legitima Guiliel-
mi Douglas de Lochleven Comitis VII.
de Mortoun. Pater Joannis Comitis de
Bielinski, fuit Joannes Comes de Bie-
linski Camerarius Ciechanovensis, Ma-
ter Barbara Dobrosielska filia legitima.
Pater Sophiæ Zaznińska, fuit Georgius
Zaznińskí, Mater Regina Sadowska
Filia legitima. Pater Remigiani Blen-
dowski, fuit Valentinus Blendowski
Subjudex Ravensis, Mater Barbara
Pruszyńska Filia legitima. Pater Evæ
Jarmolińska, fuit Joannes Jarmolinski
Judex Terris Gremenecensis, Mater Ca-
tharina Strybyłowna Filia legitima.
Pater Henrici Comitis d'Alkerstaff
fuit Hermannus Comes d'Alkerstaff,
Mater Alphonsa Tyzenhausowna Filia
legitima. Pater Annæ Budembrock
fuit Petrus Budembrock, Mater Anna
Brandysowna Filia legitima. Pater An-
selmi Comitis de Kotlic, fuit Herman-
nus Comes de Kotlic, Mater Barbara

Koszkielowna filia legitima. Pater Ca-
tharinæ de Butler, fuit Joannes de Butler
Castellanus Podlachiæ, Capitaneus Vo:
wscensis, Mater Ludovica de Zelęchie
Zelęcha, Castellani Gnesnensis Filia le-
gitima. Pater Christophori de Raciborsko
Morstyn, fuit Stanislaus Montium
Vieliciensium Præfectus, Comes de Mor-
styn, Mater Agnes Kosecka filia legiti-
ma. Pater Ursulæ de Familia Bronie-
wsciorum, fuit Sebastianus Broniewski
Capitaneus Medicensis, Mater Sophia
Ligęzianka Castellani Zarnoviensis
filia legitima. Pater Gabrielis Pobie-
dzinski, fuit Petrus Pobiedzinski in Pa-
latinatu Russiæ, Mater Anna Skotnicka
filia legitima. Pater Elisabethæ de
Bielsko Wierzbiecianka, fuit Joannes
de Bielsko Wierzbicki, Mater Maria
Wieruszewska filia legitima. Pater Ge-
orgii Gordon ejus nominis Comitis IV.
fuit Georgius III. Gordon Comes de Huntly
Summus Scotiæ Cancellarius, Mater
Annæ Hamillone, Jacobi Hamillone
Ducis de Chastelherault filia legitima.
Pater Henricæ Stewart, fuit Esmeus
Stewart Dux de Lennox, Mater Catha-
rina Balzach Marchionissa d'Entraques
Guilli-

Guilielmi Balzacæ Marchionis d'En-
tragues Filia legitima. Pater Archibaldi
Comitis Argathelia, fuit Colinus Camp:
bell Marchio d'Argyll, Mater Anna
Keith Guillelmi Keith Comitis Maris-
calli Filia legitima. Pater Elisabetha
Douglas, fuit Guillelmus Douglas Comes
de Morton, Mater Anna Leslei, Georgii
Leslei Comitis de Rothes Filia legitima.
Nos è regione dextra propria manu
subscripti Regni Poloniæ & M.D. Lith.
Senatores et Ministri, appositis nostris
Sigillis testamur, et fidem cunctis faci-
mus Illustrissimæ Dominæ Helenæ
Isabellæ in Lubna Lubiensiæ Illu-
strissimo quondam Josepho Antonio
Christiano Jabaleon S.R.I. Comiti de
Salmour Serenissimi Augusti III. Polo-
niarum Regis, Electoris Saxoniæ
Consiliario Intimo nuptæ, Tabulam
hanc genealogicam, variis ex Familiis
Illustribus, Nobilibusq' consistentem
ex Archivis variis, Judiciorum Libris
Præfecturæ seu Capitaneatûs Varsa-
viensis, variis etiam ex Libris de Illu-
stribus Poloniæ Familiis impressis ex-
fuisse Doctorum Virorum opera et labo-
re extractam, atque hanc in formam

redactam, eamque veram esse, atque
accuratam: nempe ex Literis Rosapiæ
Isabellæ Comitis de Morstein Uxoris
Casimiri Principis Czartoryski Ducis
in Klevan, ex Familia Jagellonum in
Regno Poloniæ, cujus Soror natu major
Ludovica Uxor fuit Comitis Casimiri
Bielinski, Magni Regni Marschalci,
quæ Literæ appositô magno Regni Sco:
tiæ Sigillô, ex Deliberatione Dominorum
Secreti Concilii ejusdem Regni probatæ
sunt, et Originaliter in Archivo Celsissi:
mi Principis Czartoryski Palatini
Russiæ extant, et deinde Justinam Mar:
garetham Schaden quod attinet, ex gene:
alogia Schadeniorum in Bavaria ap:
probata, et in Archivo Magnifici Casi:
miri Lubienski Præfecti Lelovensis exi:
stente, cæteras autem in Polonia quod
attinet Familias, ex fontibus supradictis,
Ea re in fidem quam optimam, quod hæc
omnia accurate fuerint consignata,
Nos è regione dextra in horum testimo:
nium et nomina et insignia nostra, Sub:
scribendo propria manu adjecimus.
Datum Varsaviæ d. 3. Junii Anno Domini
MDCCLX. In quorum fidem me subscribo.
Joannes Malachowski Supremus Regni
Poloniæ Cancellarius mp. C. L. S. J. Vladi:

slaus

slaus Somian Lubienski Archiepus
Primas Primusq Princeps Regni Polonie,
et Magni Ducatûs Lithuanie mp (L.S.)
Hieronimus Szeptycki Episcopus Plo-
censis mp. Augustus Princeps Czar-
toryski Palatinus Generalis Terrarum
Russie mp. (L.S.). A. Lubomirski Pala-
tinus Lublinensis mp (L.S.) Ignatius
Twardowski Castellanus mederecensis mp
(L.S.) Franciscus Bielinski Supremus
Regni Polonie Mareschalcus Primusq
Minister mp. (L.S.). Joannes Matachowski
Supremus Regni Polonie Cancellarius mp
(L.S.) Michael Princeps Czartoryski
Supremus Magni Ducatûs Lithuanie
Cancellarius mp (L.S.) Michael Sapieha
Procancellarius Magni Ducatûs Lithua-
nie mp. (L.S.) Georgius Mniszech Mare-
schalcus Regni Generalis Majoris Polo-
nie mp. Quam ejusmodi Genealo-
giam sic ut premissum per oblatam
porrectam, Nos ad acta presentia
suscipi, inscribi, et ex ijdem fideliter
descriptam Parti postulanti authentice
extradi, Originale verò rursus offerenti
restitui permisimus. De quo recepto can-
cellariam quietavit, quietatq presentibq
et pro majori fide manu propria se subscripsit.
Laur. Mitzlerus de Kolof S.R.Maj: Consiliar:
et Medicus Regni Polonie Historiographus mp.
Actū Varsavie ut supra.

Actum Varsaviæ Feriâ Se-
cundâ in Vigilia Festi Sancti
Joannis Baptistæ, Die scili-
cet Vigesima Tertiâ Mensis
Junii Annô Domini Mil-
lesimo Septingentesimô
Sexagesimô. Regni verò
nostri Annô XXVII.

Ad Relationem Illrmi Excellntmi
et Mfici Domini Supremi Regni
Cancellarii ut Supra.

Roborant certum Contractum Generosi
Constantinus Waligorski Dapifer Czer-
niechoviensis et Leo Rudtowski Tribunus
Palatinatûs Podlachiæ.

Augustus Tertius &c.

Significamus &c. Quod coram Actis præ-
sentibus Metrices Regni Cancellariæ no-
stræ minoris comparentes personaliter
Generosi Constantinus Waligorski Da-
pifer Czerniechoviensis, nomine Admodũ
Reverendi in Christo Patris Domini Ca-
jetani Sołtyk Episcopi Cracoviensis Du-
cis Severiæ, vigore Specialis Plenipoten-
tiæ in Castro Sochaczoviensi Feriâ Tertiâ
post Dominicam Lætare Quadragesima-
lem proximâ Annô Domini Millesimo
Septingentesimo Quinquagesimo Nono,
recognita, ab una, et Leo Rudtowski
Tribunus Palatinatûs Podlachiæ, Ma-
gnifico

gnificorum Joannis Stanislai Comitis de
Dzenczyn Ossolinski et Ludovicæ de Zatu:
skie Castellanorum Gostinensium Conju:
gum in Castro Nurensi Feriâ Tertiâ post
Festum SS. Vitti et Modesti Martyrum
Annô currenti, ad infrascripta peragen:
da inscriptus Plenipotens parte ab al:
tera agentes, Sanimentibus et Corporibus
existentes, recedendo à Foro, Terris, et Ju:
risdictionibus Suis quibusvis propriis
huic autem Jurisdictioni Nostræ Regiæ
quô ad infrascripta recognoscenda atti:
net, suos Principales Subjiciendo et in:
corporando, palam, libere, ac benevole re:
cognovêrunt. Quia Ipsi Contractum
certum inter se Varsaviæ Die vigesimâ
primâ Mensis et Anni currentium
nomine et in rem Suorum Suprascri:
ptorum Principalium initum et con:
scriptum, manibûs Suîs subscriptum,
in omnibus ejusdem punctis, clausulis,
articulis, nexibus, et conditionibus, ap:
probant, roborant, confirmant et ratifi:
cant, eidemq' Contractui, stare, parere
ac in singulis Satisfacere suos Princi:
pales submittunt, obligant et asecurant.
Idque sub Vadio Ducentorum "Octo" Aureorum
Hungaricalium, in casu Contraventionis
per Partem in toto eundem Contractum
non tenentem, Succumbendo. Hac sua

personali Recognitione ad premissa me-
diante. Alias informa Roboratorie In-
scriptionis de jure firmissima et perfe-
ctissima. Pro majori verò firmitate ma-
nibus propriis se subscripserunt. Constan-
tinus Waligorski Celsmi Eppi Cracovien
Plenipotens mp. Leo Rudtowski T.P.P.
Illustrium et Mm. Castellanorum Jo-
stinensium Plenipotens mpp. Quam
ejusmodi Inscriptionem Roboratoriam
sicut premissum factam et recognitam,
Nos firmam ac de Jure validam haberi
volentes eandem ad acta presentia su-
scipi, inscribi, et ex ijdem fideliter de-
scriptam Parti postulanti Authentice
extradi permisimus. In quorum fidem &c.
Actum Varsaviæ ut supra.

Roborat Scriptum Obligatorium
Rndus in Christo Pater Josephus
Zatuski Episcopus Kijoviæ in rem
Gnosi Leonis Rudtowski Tribuni Wallachiæ
datum.

Augustus Tertius &c.
Significamus &c. Quod coram Actis pre-
sentibus Metrices Regni Cancellariæ
nostræ Minoris, comparens personaliter
Reverendus in Christo Pater Josephus
Zatuski Episcopus Kijoviæ, sanus
mente et corpore existens, recedendo
à Foro

à Foro, Terris et Jurisdictionibus suis quibusvis propriis, huic autem Jurisdictioni Nostræ Regiæ quò ad infrascripta recognoscenda attinet, se subijciendo et incorporando, palam, libere ac benevolè recognovit et præsentibus recognoscit. Quia Ipse Scriptum obligatorium per se, Generoso Leoni Rudlowski Tribuno Palatinatûs Podlachiæ Varsaviæ Die hodierna in actu contenta, et Anno currenti datum, manu sua propria subscriptum et Sigillô Gentilitiô in cera rubra hyspanica expresso communitum, in omnibus ejusdem punctis, clausulis, nexibus et ligamentis approbat, roborat, confirmat et ratificat, eidemq Scripto, in omnibus et singulis stare, parere et plenariè satisfacere, de et super Bonis suis quibusvis mobilibus et immobilibus inscribit, obligat et assecurat. Idque sub vadio Sex millium Florenorum Polonicalium in casu Contraventionis irremissibiliter succumbendo. Proquo quidem Vadio, reg ipsa principali citatus existens, in Foro ubiquinario peremptoriè præcisis omnibûs protellationibûs Dilationibûs & beneficiis Juris, respondebit. Hac sua personali Recognitione ad promissa mediante. Alias in forma Inscriptionis Roboratoriæ, de Jure ple:

nissima, firmissima & perfectissima.
Pro majori verò firmitate manu propria
se subscripsit. X. Zatuski Bischup Kiiow[ski]ensis.
Quam ejusmodi Inscriptionem Roboratoria
sicut premissum factam et recognitam, nos
firmam ac de Jure validam haberi volentes,
eandem ad acta presentia suscipi, in-
scribi et ejusdem fideliter descriptam
Parti postulanti authentice extradi per-
misimus. In quorum fidem &c. Actum
Varsaviæ ut supra.

Actum Varsaviæ Feriâ Ter-
tiâ in Vigilia Festi Visitati-
onis Beatissimæ Mariæ
Virginis, Die scilicet Primâ
mensis Julii, Annô Domini
Millesimô Septingentesimô
Sexagesimô. Regni vero Nri
Annô XXVII.

Ad Relationem Illustrissimi Excellmi
et Mgfici Dni Joannis Comitis in Kon-
skie et Białaczow à Małachowice
Małachowski Supremi Rni Cancellarii
Grodecensis, Ostrołęcensis &c. Capitanei.

Roborant Compositionem certam Rndus
Zatuski, Vblis Młodzieiowski ex una, et
Gnosus Zatuski ex altera, atq; Rlgsus Wi-
sniowski Rector Collegii Nobilium Scholar.
Piarum, ex tertia, partibus.
Augustus Tertius &c.

Signifi-

Significamus &c: Quòd coram Actis presentibus Metrices Regni Cancellarie Nostre minoris comparens personaliter Reverendus Martinus Zatuski Episcopus Prezdensis, Suffraganeus Plocensis, Testamenti olim Rdñi in Christo Patris Dñi Andreæ Stanislai Koztka Zatuski, Episcopi Cracoviensis, Protector, et Venerabilis Andreas Mlodzieiowski Metropolitanus Gnesnensis et Cathlis Cracoviensis Canonicus ejusdem Testamenti Executor ex una, tum Gnósus Franciscus Joannes d'Arschot de Riviere Comes Zatuski Capitaneus Grojecensis, Bonorum Kozietuty in Terra Cernensi, Dabrowka in Palatinatu Ravensi et Irzylathowo in Palatinatu Masovie, Districtu Grojecensi Sitorum et jacentium Hæres ex altera, atq; Religiosus Antonius Urbanowski Scholarum Piarum Collegii Nobilium Varsavien' Rector ex tertia partibus, sani mentibûs et corporibûs existentes recedendo à Foro, Terris et Jurisdictionibus suis quibusvis propriis, huic autem Jurisdictioni Nostræ Regiæ, quò ad infrascripta recognoscenda attinet, sese subjiciendo et incorporando, palam, liberè ac benevolè recognoverunt, et præsentibus recognoscunt. Quia Ipsi compositionem certam inter se Recognoscentes, hìc Varsaviæ Die hodiernâ in actu contenta, occasione Summæ Aureorum Hungaricalium

Quingentorum Viginti Quatuor Florenos
Polonicales Novem Millia Quadringentos
Triginta duos efficientis, profovendo uno
de Familiis Zaturciana, vel Ossolinsciana
vel Lanckoronsciana in Collegio Nobilium
Varsaviensi ~~[illegible]~~ Convictore dispositæ, initæ
et conclusam, manibûs suis propriis sub:
scriptam et Sigillis incera rubra hispani:
ca expressis communitam, in omnibus
punctis, clausulis, conditionibus, nexibus
et ligamentis, roborârunt, approbârunt
confirmârunt, et ratificârunt, prout
per presentem ad acta hæc, comparitio:
nem, roborant, approbant, confirmant
et ratificant, eidemq' Compositionitam
in toto, quàm in minima ejus parte stare
parere, ac in omnibus et singulis satisfa:
cere se et Successores suos inscribunt, obli:
gant et assecurant perpetuo et in æevum.
His suis personalibus Recognitionibus
ad præmissa mediantibus. Alias in forma
Inscriptionis Roboratoriæ de jure plenissi:
ma, firmissima et perfectissima. Pro majori
verò firmitate manibus propriis sese sub:
scripserunt. Martinus Zaturski Suffr: Ploc mp
And Modzieiowski Gnesnen Vrat Can mp.
Franc de Riviere d'Arschot de Alere de Zaturski
S. S. P. W. K. mp. Antonius Wisniewski Schol:
Piar Collegii Nobil: Vars: Rector mp. Quam
ejusmodi Inscriptionem Roboratoriam sic ut
præmissum factam et recognitam nos firmam
ac de jure validam haberi volentes eandem

ad acta

ad Acta presentia suscipi, inscribi et ex ijsdem fideliter descriptam Parti postulanti authentice extradi permisimus. In quorum fidem &c.
Actum Varsaviæ ut supra.

Actum Varsaviæ Feriâ Quintâ in Crastino Festi Visitationis Beatissimæ Virginis Mariæ, Die scilicet Tertiâ mensis Julii Annô Domini Millesimô Septingentesimô Sexagesimô. Regni verò Nostri Annô XXVII.

Ad Relationem Illmi Excellentissimi et Mici Dni Supremi Regni Cancellarii ut Supra.

Quietat Generosus Basilius Walichi Castellanus Sochaczoviensis Gnōsum Mathiam Szymanowski de Summa m. florenorum Polonicalium.

Augustus Tertius &c.

Significamus &c. Quod coram Actis presentibus Metrices Regni Cancellaria Nostra Minoris, comparens personaliter Generosus Basilius Walichi Castellanus Sochaczoviensis, sanus mente et corpore existens, recedendo à Foro Terris et Jurisdictionibus suis quibusvis propriis, huic autem Jurisdictioni Nostræ Regiæ, quo ad infrascripta

recognoscenda attinet, se subjiciendo et
incorporando, palam, liberè ac benevolè
recognovit et presentibus recognoscit.
Quia Ipse Generosum Mathiam Szyma:
nowski Capitaneum Vsogrodiensem
jam exnunc et defacto de summa Vi:
ginti Millium Florenorum Poloni:
calium, sibi vigore manualis Obliga:
tionis Sub Die Septima mensis Julii
Annô Domini Millesimô Septingentesi:
mo Quinquagesimô Octavo hic Varsaviæ
Datæ, et in Crastino Actis Metrices Re:
gni Cancellariæ nostræ Majoris ro:
boratæ, assecurata, et ad solvendum
provenien: ob prestitam sibi Recogno:
scenti realem Satisfactionem, et in
effectu Summa ejusdem Viginti Mil:
lium unà cum provisione, usque ad
Diem hodiernam ab eadem provenien:
exsolutionem, quietat, emittit, liberè
absolutumque facit et pronunciat.
Ac insimul Scriptum idem sive me:
moratam Obligationem cum suis con:
tentis, nexibus, Vadio, ac ligamentis
et Roboratione quò ad premissam
Summam 20000. Florenor Polonicalt
Capitalem, et Provisiones ab eadem
provenientes, per se Recognoscentem
actualiter levatt, spectantem, nihil

sibi

sibi suisq' Successoribus Sanguinis quidqua
Juris, pretextûs, et pretensionis intuitu
ejusdem Summa reservando, relinquen:
do et excipiendo, tollit, cassat, mortificat,
et annihilat perpetuò et in avum. Hac
sua personali Recognitione ad premissa
mediante. Aliàs in forma Inscriptionis
Quietatoriæ de Jure plenissima et perfe:
ctissima Nro majori vero firmitate
manu propria se subscripsit. Wallichi
Castellanus Sochaczovien' mpria. Quam
ejusmodi Inscriptionem Quietatoriam
sicut premissum factam et recognitam
Nos firmam ac de Jure validam habe:
ri volentes, eandem ad acta præsentia
suscipi, inscribi, et exijdem fideliter
descriptam Parti postulanti Authen:
tice extradi permisimus. In quorum
fidem &c. Actum Varsaviæ ut supra.

Actum Varsaviæ Sabbathô
post Festum Visitationis
Beatissimæ Mariæ
Virginis proximô Die
scilicet, Quintâ Mensis
Julii, Annô Domini Mil:
lesimo Septingentesimo
Sexagesimô. Regni vero Nri
Annô XXVII.

Ad Relationem Illmi Excellmi et
Mci Dni Supremi Regni Cancellarii.

Confirmat et roborat manualem Pleni:
potentiam Admodum Reverendus in
Christo Pater Dominus Cajetanus Soltyk
Epp̃us Cracoviensis Dux Severiæ Generoso
Simoni Waligorski datam, ad tradenda
Bona Januszowice Gnóro Ignatio Bidzinski:
Augustus Tertius &c:
Significamus &c: Quòd coram actis præ:
sentibus Metrices Regni Cancellariæ
nostræ minoris comparens personaliter
Admodum Reverendus in Christo Pater
Dñus Cajetanus Ignatius Soltyk
Episcopus Cracoviensis Dux Severiæ,
sanus mente, et corpore existens, rece:
dendo à Foro, Terris, et Jurisdictionibus
suis quibusvis, propriis. huic autem
Jurisdictioni nostræ Regiæ, quo ad
infrascripta recognoscenda attinet, se
Subjiciendo et incorporando, palam,
liberè ac benevole recognovit et præsen:
tibûs recognosit. Quia Ipse tanquam
Fundationis Bidzinsciane pro Re:
demptione Captivorum in Paganica et
Scythica Captivitate degentium, erga
Magnificum Palatinum Sandomiri:
ensem Protector, quemadmodum per
Plenipotentiam manualem in Bonis
Borzęcin Die Decimaquartâ Junii
Anno currenti 1760. Gnózo Simoni Wa:
ligorski Suprascripti Magnifici Palatini
Sandomir

Sandomirien^{s} Bonorum Commissario, data^{m}
Eundem Gnosum Waligorski ad Traditione^{m}
Bonorum Tractus Januszovien^{s}, Fundationis
premisse Bidzinsciane existen^{s}, Protecti:
oni Admodum Reverendi in Christo Patris
Dñi Episcopi Cracovien^{s} Ducis Severiæ et
Magnifici Palatini Sandomirien^{s}, pro tem:
pore existentium, subjecto, Possessioni vero
nominis Bidzinsciani servien^{s}, Decretoq;
Condescensionis in Fundo Bonorum Ja:
nuszowice, Anno præterito 1759. post
resolutionem et cassationem Transacti:
onis seu Donationis per Generosum Ca:
stellanum Matogosten^{s}, indebite præ:
tensa, circa unum ex nomine Bidzin:
sciano per Adm Rndum Dnum Reco:
gnoscentem, et Magnificum Palatinu^{m}
Sandomiriensem, tanquam ejusdem
Fundationis Protectores, designandu^{m},
persistere debere declaratorum, in
Personam Generosi Ignatii Bidzinski
ad mentem Fundationis ejusdem-
Bidzinsciane et Decreti Condescen=
sorialis subsequendam, Plenipoten:
tem constituit, eidemq; Plenipotenti
B
suo, suprascripta Plenipotentia tan:
tùmmodo manualiter ſ: obstantibus
protunc publicis negotiis, se Recogno:
scentem impedientibus, adireq; Acta
B

authentica non permittentibus: / facta ple-
nariam facultatem et potestatem Bona
premissa Januszowice, cum attinentiis
predicto Gnoso Ignatio Bidzinski nomen
Magnifici Fundatoris representanti,
tradendi, Transactionem conficiendi,
sive Submissionem cum obligatione
explendarum Conditionum ab eodem Generoso
Bidzinski obtinendi, Inventaria conscribendi
dedit, ita presentibus, suprascriptam ma-
nualem Plenipotentiam firmando, premissa
omnia, quæ per suprascriptum Gnosum
Plenipotentem virtute prefatæ Plenipo-
tentiæ sua, tum et virtute Plenipotentiæ
Magnifici Palatini Sandomiriensis Con-
Protectoris sui Recognoscentis coram
actis Castrensibus Capitaneatibus Cra-
coviensibus recognitæ, circa Traditionem
Bonorum premissorum peracta et ge-
sta sunt, approbat et ratificat. Presenti
Recognitione ad premissa mediante.
Alias in forma Approbationis et Rati-
ficationis de jure plenissima et perfectis-
sima Nro majori vero firmitate manu
propria se subscripsit. Cajetanus Soltyk
Epps Cracov Dux Severiæ mpp. Quam
ejusmodi Inscriptionem roboratoriam et
ratificatoriam sicut premissam factam
et recognitam Nos firmam ac de jure va-
lidam haberi volentes. eandem ad acta

pre-

præsentia suscipi, inscribi et ex ijsdem fi:
deliter descriptam Parti postulanti au:
thenticè extradi permisimus. In quorũ
fidem &c: Actum Varsaviæ ut supra.

Actum Varsaviæ Feriâ
Quartâ ante Festum San:
ctæ Margarethæ Virginis
& Martyris proximâ Diè
scilicet Nonâ mensis Julii
Annô Domini Millesimo
Septingentesimo Sexagesi:
mô Regni verò Nostri
Anno XXVII.

Ad Relationem Illmi Excellmi et
Mci Dñi Supremi Regni Cancellarii

Oblata Cassationis Curatelæ prætensæ
olim Vbli Andreæ Piasecki Canonico
Leopoliensi super Gnoso Hyacintho
Piasecki Vexilliferi a Czernichovien
concessæ.

Augustus Tertius &c:
Significamus &c: Oblatas esse ad acta præ:
sentia Metrices Regni Cancellariæ
nostræ minoris Literas Originales pa:
pyreas Cassationis Curatelæ infrascri:
ptæ, manu nostra Subscriptas et
Sigillô Regni minori communitas, sa:
nas, salvas, et illæsas, omnig Suspicionis
nota carentes tenoris qui sequitur =

Augustus

Augustus Tertius Dei Gratiâ Rex Poloniæ
Magnus Dux Lithvaniæ, Russiæ, Prussiæ,
Masoviæ, Samogitiæ, Kijoviæ, Volhyniæ,
Podoliæ, Podlachiæ, Livoniæ, Smolensciæ
Severiæ, Czerniechoviæq; necnon Hæredi-
tarius Dux Saxoniæ et Princeps Elector.
Significamus præsentibus Literis nostris quo-
rum interest universis & singulis exposi-
tum Nobis esse per Consiliarios Nostros
qualiter Anno 1724. Die 17. Martii ad
Sinistram informationem Venerabilis
Andreæ Piasecki Canonici Leopoliensis
eidem charissimus Sanctæ memoriæ
Parens noster Augustus Secundus
contulerit munus Curatoris super
Gnóso Hyacintho Piasecki Vexilliferi da
Czerniechoviensi sub prætextu morum
licentiæ, scandalosæ vitæ, et Bonorum
Hæreditariorum dilapidationis, qui ta-
men Generosus Hyacinthus Piasecki obje-
ctis sibi criminibus non fuit obnoxius et
nunc præsens ipse, tam sanæ mentis quàm
morum inculpabilium documenta præ-
bet, his igitur ex Causis præfatum Cu-
ratelæ Instrumentum Auctoritate
Nostra Regia revocamus, irritamus,
cassamus & annihilamus, plenegj ho-
nori & libertati eundem Generosum
Hyacinthum Piasecki restituimus, idq;
ad effectum Bonorum suorum è ma-

nibus

nibus prætensi Curatoris, seu quorum-
cunq; aliorum jure suo vindicandorum,
recuperandorum et recipiendorum, ex
quibus fructuum hactenus perceptorū
Venerabilis Andreas Canonicus Leopo-
liensis, eidem vero et legitimo Bonorum
Hæredi rationem in debito Foro reddere
teneatur. In quorum fidem præsentes
manu Nostra Subscriptas Sigillô Regni
communiri jussimus. Datū Varsaviæ
Die XVI. Mensis Novembris MDCCLIX.
Regni vero Nostri XXVII. Annô. Augustus
Rex. Locus Sigilli Cancellariæ minoris
Regni. Cassatio Curatelæ prætensæ Vbi
Andreæ Piasecki. Canonico Leopoliensi
super Gnôso Hyacintha Piasecki Vexilli-
ferida Czerniechoviensi concessæ. Anto-
nius Wyszynski Can. Sandomiriensis
Secretarius S. R. Mtis mpp. Quas ejus
modi Literas Originales papyreas supra
descriptas, sicut præmissum per oblatam
porrectas, nos ad acta præsentia susci-
pi, inscribi et ex ijzdem fideliter descriptæ
Parti postulanti Authentice extradi, Ori-
ginale verô rursus Offerenti restitui
permisimus. In quorum fidem &c. Actū &c.

Actum Varsaviæ Sabba-
thô pridie Festi Sanctæ
Margarethæ Virginis
et Martyris, Die scilicet

Duodecimâ Mensis Julii
Annô Domini Millesimo, Se-
ptingentesimo Sexagesimô.
Regni verô Nri cIↃIↃXXVII.

Ad Relationem Illrmi Excellmi et
Mci Dni Supremi Regni Cancellarii
Put supra.

Constituit Plenipotentes Reverendus in
Christo Pater Antonius Ostrowski Epus
Livonie et Coadjutor Episcopatûs Vla-
dislavien. Gnôros Josephum Zaborowski
Vicepalatinum Gostinen. et Stanislaum
Drogon Viceregentem Castren. Stezycen.
Augustus Tertius &c.
Significamus &c. Quod coram Actis pre-
sentibus metrices Regni Cancellarie
nre minoris comparens personaliter
Reverendus in christo Pater Antonius
Ostrowski Episcopus Livonie et Piltinen.
ac Coadjutor Episcopatûs Vladislaviensis
Sanus mente et corpore existens, rece-
dendo à Foro, Terris et Jurisdictionibus
suis quibusvis propriis, huic autem ju-
risdictioni Nostre Regie, quô ad infra
scripta recognoscenda attinet se subjici-
endo et incorporando, palam, libere ac
benevole recognovit et presentibûs re-
cognoscit. Quia Ipse Generosos Josephus
Zaborowski Vicepalatinum Gostinen.
et Stanislaum Drogon Vicegerentem
Castrensem Stezycensem, in suos veros
ac legi-

ac legitimos Plenipotentes facit, consti=
tuit, inscribit et ordinat. Dans & conce=
dens eisdem Gnósis Plenipotentibus suis
plenariam facultatem, et omnimodam
potestatem, Causas Suas generaliter omnes
et singulas, cum quibusvis Personis, occa=
sione cujusvis negotii, in omni Judicio
vel Officio Regni, majoris sive minoris
Subsellii cujuscunq' Terræ et Districtûs
etiam Tribunalis Regni Petricoviensis
sive Lublinen^s habitas sive habendas.
instituendas promovendi,
defendendi, Juramenta attentandi, pœ=
nas Judiciarias levandi, delevatis qu=
etandi, Intromissiones offerendi et appre=
hendendi, Executiones urgendi et atten=
tandi, alteraq omnia, legitimos Pleni=
potentes concernentia peragendi et exe=
quendi, ac alios Plenipotentes in locum
sui cum simili vel limitata potestate
substituendi. Offerendo se quidquid per
eosdem Generosos Plenipotentes Suos a=
ctum, gestum, factum, constitutumque
fuerit, pro rato et grato Suscepturum.
Quam Plenipotentiam Idem Reverendus
Recognoscens ad Triennium integrum
duraturam, roburq' Suum ac valorem
habituram vult præsentibûsq' declarat.
Hac sua personali Recognitione ad
præmissa mediante. Pro majori vero

firmitate manu propria se subscripsit.
Antonius Ostrowski Epp̃us Livoniæ &
Quam ejusmodi Plenipotentiam sic ut
præmissum factam & recognitam Nos
firmam ac de jure validam haberi
volentes, eandem ad acta præsentia
susupi, inscribi & ex ijdem fideliter
descriptam Parti postulanti authentice
extradi permisimus. In quorũ fidem &c.
Actum Varsaviæ ut supra

Manifestatur Idem Reverendus in Christo
Pater Antonius Ostrowski Episcopus
Livoniæ & Piltinen. Coadjutor Episco.
patus Wladislavien. contra Mficum
Joannem Cajetanum de Russy Jablo-
nowski Palatinum Bractavien.

Augustus Tertius &c.
Significamus &c. Quod coram Actis Me-
tricis Regni Cancellariæ nostræ mino-
ris personaliter comparens Reverendus
in Christo Pater Antonius Ostrowski
Episcopus Livoniæ et Piltinensis, Epi-
scopatus Wladislaviensis Coadjutor,
Bonorum Venerabilis Capituli Var-
saviensis Advitalis Possessor, solenniter
ijdem coram Actis, in et contra Mficũ
Joannem Cajetanum de Russy Jablo-
nowski Palatinum Bractaviensem
Capitaneũ

Capitaneum Czechrynensem Bonorum
Villæ Długa cum attinentiis vigore con-
tractûs Arendatorii Possessorem, à prima
notitia questus, protestatus et mani-
festatus est de et super eo: Quòd Ipse
suprascripta Bona Villa Długa in
Terra Varsaviensi Palatinatu Ma-
sovia sita Vobis Capituli Varsaviensis
hereditaria habens sibi à se manife-
stante tanquam recensitorum Bonor
Possessore advitali, per Contractum in
Arendam Sexennalem dimissa et loca-
ta sub tractu Possessionis Sue annô
presenti, tempore non ita preteritô per
suum Œconomum ibidem constitutũ,
ac ex incuria illius culposa ex occasi-
one ignis ex ædificiis Curiæ residen-
tialis erumpentis, non solum ipsam
Curiam, cum nonnullis ejus ædificiis
verùm etiam et totam Supranominatã
Villam, nempe Gazas rusticales Sub-
ditorum, tum etiam Diversorium Cu-
riale publicum cum omnibus ejus ædi-
ficiis, Braxatorio ac Taberna incen-
dere & conflagrare fecit, damnum
non modicum sibi Manifestanti et
toti Venerabili Capitulo Varsaviensi
hac de causa intulit, ac insuper vigore

memorati Contractûs rathas sibi Ma-
nifestanti ex locato et conducto debitas,
intempore prefixo non solvit, nec sol-
vere suo Œconomo commisit, Idcirco
Idem Reverendus Manifestans in-
tuitu horum omnium, precustodi-
endo sibi abinde omnia damna ven-
tura, ac bonificationem eorundem,
contra prelibatum Magnificum
Palatinum Bractaviensem iterum
atque iterum quàm solennissimè pro-
testatur ac manifestatur. Offerens
se pro eo jure acturum, et refusionem
hujusce damni vindicaturum. Hac sua
Manifestatione ad premissa mediante.
Quam manu propria subscripsit.
Antonius Ostrowski E. L. Quam
ejusmodi Manifestationem nos ad
acta presentia suscipi, inscribi et
ex ijsdem fideliter descriptam Parti
postulanti authentice extradi per-
mittimus. In quorum fidem &c. Actū
Varsaviæ ut supra.

Actum Varsaviæ Feriâ
Secundâ post Festum
Sanctæ Annæ Matris
Beatissimæ Virginis
Mariæ proximâ Die
Sequenti

scilicet Vigesima Octavâ
Mensis Julii, Annô Do-
mini Millesimo Septin-
gentesimo Sexagesimô.
Regni verò Nostri Annô
XXVII.

Ad Relationem Illrmi Excellntmi
et Mfici Dni Joannis in Konskie
et Białaczow à Matachowice
Matachowski Supremi Regni
Cancellarii, Grodecen^s Ostrołęcen^s
Capitanei:

Roborat Scriptum certum Obli-
gatorium Magnificus Michael
Sapieha Vicecancellarius M.D.
Litt^ae Gnoro Petro Riaucour dat^um.

Augustus Tertius &c.
Significamus &c. Quod coram Actis Me-
trices Regni Cancellariâ Nostrorum
noris comparens personaliter Ma-
gnificus Michael Comes in Bychowy,
Barkatabow, Dombrowna et Sapiezyn
Sapieha Vicecancellarius M.D. Lith^ae
Tucholien^s, Orthovien^s, Kalvarien^s &c.
Capitaneus, Sanus mente et corpore
existens, recedendo à Foro, Terris et
Jurisdictionibus Suis quibusvis pro-
priis, huic autem Jurisdictioni

Nostræ Regiæque ad infrascripta re=
cognoscenda attinet, se subjiciendo et
incorporando palam, libere, ac benevole
recognovit et præsentibus recognoscit.
Quia Ipse Scriptum certum obligato=
rium Super Summam Mille Aureor.
Hungaricalium Gnoso Petro Baroni
Riaucour, Anno currenti Die vige=
sima primâ Mensis Julii datum,
manuscii Recognoscentis & Te=
stium Subscriptum, in omnibus
ejusdem punctis, clausulis, articu=
lis conditionibus et ligamentis ap=
probavit, confirmavit, roboravit et
ratificavit, prout quidem per præ=
sentem ad Acta hæc comparitionem
approbat, confirmat, roborat & rati=
ficat, eidemq; Scripto Stare, parere, ac
in omnibus et singulis ipsi plenarie
satisfacere se inscribit, obligat, et assi=
curat. Hac sua personali Recogniti=
one ad præmissa mediante. Alias in
forma Inscriptionis roboratoriæ de
Jure plenissima & perfectissima. Pro
majori vero firmitate manu pro=
pria se subscripsit. Michael Sapieha
Cancellarius M.D.L. Quam ejusmodi
Inscriptionem Roboratoriam sicut
præmissum factam et recognitam

nos

Vos firmam ac de Jure validam ha-
beri volentes eandem ad Acta praesen-
tia Suscipi, inscribi, et ex ijsdem fideli-
ter Descriptam Parti postulanti au-
thentice extradi permisimus. In quo-
rum fidem &c Actum ut supra.

Oblata Scripti manualis Quieta-
tionem de pretensionibus certis
in se continentis in rem Mfici Henrici
Comitis de Oueszyno Brühl Gene-
ralis Artilleriæ Regni dati.

Augustus Tertius &c.

Significamus &c: Oblatum esse ad Acta Metrices
Regni Cancellariæ Nostræ minoris Scriptus
manuale Quietationem de certis preten-
sionibus in se continens, Magnifico Hen-
rico Comiti in Ocieszyno Brühl Generali
Artilleriæ Regni Scepusien &c: Capita-
neo serviens tenoris ejusmodi: Ni-
żey na podpisie wyrażeni zeznaiemy Iż
ponieważ Jasnie Wielmożny Imć Pan
Henryk Hrabia na Ociesznie Brühl
Generał Artylleryi Koronney, nayuży-
szy J.K.Mci Minister, Błonski, Bole-
nowski, Piaseczyński, Kapinoski &c. Sta-
rosta przy podanych przez nas, na
przeciwko Panu Rudowskiemu prze-
sztemu Dobr Starostwa Błońskiego

Ekonomowi w Roku przeszłym zbie-
głemu Supplikach, umyślił dla nas
przez tegoż Rudowskiego ulerzywdzo-
nych z szczególney Swoiey dobroci
Kompassyi y miłosierdzia, á nie z
żadney słuszney przyczyny y obowią-
zku w Skarbie Swoim Dwieście Czer-
wonych Złotych assygnował, które
Dwieście Czerwonych talowym Spo-
sobem z Laski assygnowane, gdy nam
WJmć Pan Piotr Baron Riaucour Kon-
syliarz JKMci rzetelnie in effectu
wyliczył, więc na to niniejszy temuż
WJmu Panu Baronowi Riaucourowi
Odaiemy Dokument, co się zaś tycze
pretensyi naszych które mamy prze-
ciwko temuż Panu Rudowskiemu
respektem Summ od nas na Skrypta
pobranych, ponieważ tenże Rudowski
uczyniwszy się Kommissarzem, nie
maiąc żadney Specyalney od J.W.
Jmć Pana Generała Artyllleryi Koron-
ney Plenipotencyi, sztucznie nas w
pożyczeniu pieniędzy zażył, y nas
y Skarb tegoż JWo Jmć Pana Generała
Artylleryi Koronney, nieuczyniwszy
z prowentow Kalkulacyi, y bonifika-
cyi, skrzywdził, y uszedł, przeto żad-
nej sobie pretensyi do Skarbu tegoż

JWo

JWo Generała Artylleryi Koronney nie
rażąc, Salvam sobie actionem szczegulnie
do Osoby tegoż Pana Rudowskiego y
Dobr Jego wszelkich ruchomych y nie
ruchomych zostawuiemy, Dla większey
Zaś wiary y wagi ręką swoią własne
mi podpisuiemy. Datum w Warszawie
Die 25tą Junii 1755to Annô. Antoni
Olszewski mpp. Jakub Komieniczyk
Chrzaxtowski. X. Gabriel Piotr Baudouin
Kongregacyi missionis iakoprzy tym
będący mpp. Łukasz Kozłowski JKMći
Sekretarz przy tym będący Świadek
podpisuię się mpp. Quod ejusmodi scri-
ptum manuale sic prout præmissum
per oblatam porrectum Nos ad acta
præsentia suscipi, inscribi et ex ijsdem
fideliter descriptum Partì postulanti
authentice extradi, Originale verò
offerenti restitui permisimus. In quor
fidem &c: Actum ut supra.

Actum Varsaviæ Sabba-
thô in Crastino Festi San-
cti Petri in Vinculis Die
scilicet Secundâ Mensis
Augusti, Annô Domini
Millesimô Septingente-
simô Sexagesimo. Regni
verò Nostri XXVII. Annô.

Ad Relationem Illrmi Excellmi
et Rndmi Dni Michaelis Comitis
de Granow Wodzicki nominati
Episcopi Premysliens. Decani
Cathls Cracovien. Abbatis Com:
mendatarii Cervenen. et Cance
llarii Regni.

Cedunt de Bonis Sucha, Susla Wola,
Ruda & Wachty in Palatinatu Sando:
mirien. Districtu vero Radomien.
sitis Gnosi Joannes Fridericus Jaszewski
Capitanus in Exercitu Saxonico et Francisca
de Zbrozki Conjuges, Gnoso Valentino
Sobolewski Nobili Cubiculario Sacr. Mtis.

Augustus Tertius &c:
Significamus &c: Quod coram Actis
Metrices Regni Cancellarie Nostre
minoris comparentes personaliter Gene:
rosi Joannes Fridericus Jaszewski Ca:
pitanus in Exercitu Saxonico et Fran:
cisca de Zbrozki Conjuges legitimi, Ma:
ritus quidem per se, Uxor vero in assi:
stentia ejusdem Mariti sui uti Tuto:
ris Conjugalis agentes. Sanimentibus
et corporibus existentes, recedendo à Toro
Terris et Jurisdictionibus Suis quibuscris
propriis, huic autem Jurisdictioni Nrae
Regiae, quo ad infrascripta recognoscenda
attinet, se subjiciendo et incorporando

palam

palam, libere ac benevole recognoverunt
presentibûsq recognoscunt. Quia Ipsi
inhærendo Literis Consensûs Nostri Re:
gii, de Data illius hic Varsaviæ Die et
Anno in Actu hodierno contentis, sibi
Recognoscentibus ad cedendum de Bo:
nis Sucha, Suslia Wola, Ruda et Piachty
in Palatinatu Sandomirien.d Districtu
vero Radomiensi sitis, benigne à Nobis
concessis, manu Nostrâ Regia Subscri:
ptis et Sigillô Regni minori communi:
tis, ad præsens in suo Originali illæso
exhibitis Tenoris sequentis = Augustus
Tertius Dei Gratiâ Rex Poloniæ, Magnus
Dux Lithuaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ,
Samogitiæ, Kijoviæ, Volhyniæ, Podoliæ,
Podlachiæ, Livoniæ, Smolensciæ, Severiæ,
Czerniechoviæq necnon Hæreditarius
Dux Saxoniæ & Princeps Elector. Signi:
ficamus præsentibûs Literîs nostris
quorum interest universis & singulis
consensisse Nos et permisisse, consentireq
et permittere Generosis Joanni Friderico
Jaszewski Capitano in Exercitu Nostro
Saxonico et Francisca de Zbrozki Conju:
gibus legitimis, ut possint et valeant
& de omni et integro Jure suo advitali:
tio, quod Ipsis Super Bona nostra Rega:
lia Sucha, Suslia Wola, Ruda et Piachty
in Palatinatu Sandomiriensi Districtu

verò Radomiensi jacentia, servit et compe-
tit, cedere, illudq; in Personam Gnósi Valen-
tini Sobolewski Nobilis Nostri Cubicularii
plenariè transferre et transfundere,
Quæ quidem Cessio, Jurisq; transfusio
posteaquam coram Actis quibusvis au-
thenticis Regni facta et recognita fuerit,
Nos eam ratam firmamq; ac defure va-
lidam habituri Sumus, uti eam, qud
prævio hocce Consensu Nostro perage-
tur. Vigore cujus quidem Cessionis
Jurisq; transfusionis ac præsentis Con-
sensus Nostri prædicta Bona Sucha
Suska Wola, Ruda et Plachty, cum o-
mnibus eorundem Bonorum Curiis,
Ædificiis, Structuris, Hollodiis, Pomariis,
agris, pratis, Campis, Sylvis, et eorum
usibus et emolumentis, Borris, Gajis
rubetis, nemoribus, virgultis, fluviis,
fluminibus, Stagnis, piscinis, molendi-
nis, molendinatoribus, Tabernis, Taber-
natoribus, Subditis, Cmethonibus, Hor-
tulanis, Inquilinis, eorum laboribus,
usibus fructibus, commodis et emolu-
mentis, cunctis denique attinentiis
et pertinentiis, nullis penitus exce-
ptis, tenebit, habebit, possidebit ad ex-
trema vitæ Suæ tempora, Promitti-
mus autem pro Nobis et Serenissimis
Successoribus Nostris, non esse Nos neq;

Sereniss:

nenti et Fisco Ducali per medium ad
Solvendum, Succumbendo, in omnibusq;
punctis approbando, confirmando et ra-
tificando, tam Nobiles omnes de Bonis

Czayki

Czaykii, quàm et Conventus Czervenensis
se tenere offerunt et assecurant. perpetuo
et in verum. Hac eorum Recognitione
Inscriptioneq; presenti mediante. Locus
Sigilli Castren. Varsavien. Unorowski m.p.
Lecto per Urowrowski. Quas ejusmodi
Literas Extractus Authentici Suprascriptæ
sicut premissum per Oblatam porrectæ
Nos ad Acta presentia Suscipi, inscribi,
et ex ijsdem fideliter descriptæ Parti
postulanti Authentice extradi, Origi-
nale verò rursus Offerenti restitui,
permisimus. In quorum fidem &c
Actum ut Supra.

Oblata Extractuum Authenticorum ex
actis Capituli Cervenen. extraditorii
Decreta Dislimitationis inter moden-
dina Hoserwio in fluvio Wlra consisten.
ed Bona Vomnichow Abbatiæ Cervenen.
spectan. et Bona Nobilitaria Szczypiemo.

Augustus Tertius &c.
Significamus &c. Oblatas esse ad acta presen-
tia metrices Regni Cancellariæ Nræ.
minoris Literas Extractuum Authen-
ticorum ex actis Capituli Cervenen.
extraditæ, manu Religiosi Bennonis
Nasierowski ejusdem Capituli Cerve-
nensis Secretarii Jurati Subscriptæ, et
Sigillo communitæ, Sanas, salvas et illæ-
sas, omnique Suspicione carentes
tenoris sequentis = Nos à Magnifico

de Krysko Judex Visogrodiensis et Za-
krocziniensis et Joannes de Obrąb Subju-
dex Zacrocimen. Significamus universis
et singulis harum Literarum notitiam
habituris, quoniam Sabbathô proximo
post Sancti Petri ad Vincula, dum in
Zaloroczym pro Tribunali residentes
sedebamus, Judicaturi, Tandem veni-
entes nobiles Daczbogius de Lelewo
et Canisius de Falbogi ab una et Bre-
mizlaus de Wilkowice cum nobili
Joanne de Hora partibus ab altera, ar-
bitrati fuere et Jure recepti, inter Vblem
Paulum Abbatem Sancta maria in
Czerwiensko et Dñum Thomam de
Szczypiorno recognoverunt. Ordinati-
onem et compositionem inter eos
pro et Super Bonis interhereditles
eorundem Szczypiorno et Kosewko
esse decisam alias ugrawione. et
Signanter pro elevatione Molendini
Dñi Abbatis, Kosewzkiego in Bonis
Szczypierno Dñi Thome tali modo
predicti Arbitri decreverunt. Quod
Dñus Paulus Abbas Cervenen debet
recipere ad honorem et in manus ac
Sanctum Evangelium sicut Molendi-
num Kosewzki non est elevatum ad
antiqua Stata, alias nad stare ustano-
wienie, neque dammificârunt Dñum
Thomam in valore Centum Sexage-
narum, et intercisa. Cui Dñus Paulus

Abbas

Abbas Cervenen^s renuit hoc juramentu^m
facere, exnunc Nobilis Thomas Szczy-
pierslii debet jurare tali juramento:
Biorę to z moiey czci y Duszy iako
mnię podniesieniem młyna Kosse-
wskiego uszkodzono, iako Sto Kop, et ad
minorem pecuniam jurare potest, sed ad
majorem non; et ad hoc juramentum
decretum est ipsis Partibus ejure rei-
pere Preconem cum Officiali alias z Spra-
wiedliwią, qui deberet constitui in dua-
bus Septimanis post ipsam Compositio-
nem, alias po sporządzonym. Demum
venientibus Die et loco Juramentorum
predicta Partes videlicet Dnus Abbas
cum Dno Thoma ac cum eorum Arbitris
et ceteris fide dignis Nobilibus tunc as-
sistentibus, necnon et cum Precone et
Officiali alias Sprawiedliwem de con-
sensu ambarum Partium remiserunt
sibi juramentum, ita prout hoc idem
descriptum fuit jurare juxta Rothe-
. tenorem non jurârunt, sed dimiserunt
sibi ipsis invicem juramentum, et ultra
predicti Arbitri Superius annotati
concluserunt et invenerunt: Quod pre-
dictum Molendinum in Kossewo juxta
ipsorum Arbitrorum predictorum Com-
positionem debet Stare in tali mensura
perpetuo et in devum, sicut et pronunc
Stat, Dnus vero Szczypierski nomine
Thomas Sepefato Molendino una cum

nium Sigilla Nostra praesentibus sunt appensa.
Actum et datum ex Regestro Judicii Terminorū
Sabbatho proximô post Festum Sancti Joannis
Decollationis, in Zakroczym. Anno Domini
Millesimo Quadringentesimo Quinquagesimo
Quartô. Ex Pargameno Originali Gothici Cha:
racteris. Locus Sigilli Capitularis Cervenensis.
è Bibliotheca Cervenensi reserum. Adalb:
Benno Nasierowski C. R. S. Capituli Generalis
et Partialis Cervenen. Secretarius Juratus mp.
Quas ejusmodi Literas Extractuum Authenticor.
Suprascripto. sic ut praemissum per oblatam porrect.
Nos ad Acta praesentia Suscipi, inscribi, et exisdem
fideliter Descripto Parti postulanti Authentice
extradi, Originalia verò rursus Offerenti restitui
permisimus. In quorum Fidem etc. Actum ut supra.

Oblata Extractus Authentici ex Actis Castren.
Varsavien. extraditi Granicies Bonorum Urzeli:
szewo Nowy Dwor in se continentis.
Augustus Tertius etc.
Significamus etc. oblatas esse ad Acta praesentia
Metrices Regni Cancellaria Nostra minoris Li:
teras Extractus Authentici ex Actis Ca:
strensibus Varsaviensibus extraditas,
manibus Generosorum Honorowski et
Lubanski subscripto. et Sigillo Castren:
si Varsaviensi

viensi communitas, sanas, salvas, et illasas
omnig suspicione carentes tenoris sequentis=
Terminj Communes Varschovienses Feriâ
Secundâ post Festum Divi Augustini proxi-
ma Annô Domini Millesimo Quadringen-
tesimo Quadragesimo Primo. Nos Silanus
de Winnica Judex unâ cum Martino de
Lwieszewo Notario Zacrocimensi signifi-
camus universis et singulis presentibus
ac futuris, tenore presentium Literarum,
qualiter cum in Judicio Serenissimi Prin-
cipis Domini et Domini Boleslai Dei
Gratiâ Ducis Masovie, unâ cum aliis
nobiscum sedentibus, pro Tribunali sede-
bamus. Tandem Reverendus in Christo
pater Dominus ac Dominus Andreas
Abbas Monasterii Cervensis per suum
verum, ac legitimum Procuratorem Dñum
Mieczlaum Commissum seu Contra=
trem Monasterii ejusdem strenuos ac
nobiles Viros Dominos Rogalam Joannem
de Wegrzynowo et Jeorgium alias Stromi-
lon de Branszk Hæredes per modum et
formam Juris pro et super Limitatione
perpetuali citâsset inter hæreditates seu
villas Wieliszewo et Truszczyno penes
Fluvium Narew sitas monasteriales ex
una et inter Zegrz, Niechronka et Izbica
ex ista parte ejusdem fluvii jacentes, Do:
minorum Joannis Rogala et Georgii seu
Stromilonis ex altera partibus, Terminos

antejam, dictus Dñus D. Andreas Abbas
per ejusdem ipsius Procuratorem Miecislaum, contra Dominos suprascriptos omnes, finaliterq; parendo, determinasset, prout hoc in Libro Judiciali clarius et expresse habetur, cumvero jam vocatus Dominus Andreas Abbas memoratos Dominos Joannem Rogalam et Georgium alias Stromilonem ad Terminos concludibiles seu svasorios per adcitationem adtrahendum conabatur postulans Lras Limitationem inter Hereditates supra dictas certum et totale abstinere, sed quia a Jure non ambiendo Partes ambe ad arbitrium se Judicato Nobilium Virorum ac Dominorum tanquam expresse positorum satis idoneorum submiserunt, vulgariter dalszą legendą et hoc nostro Judiciali assensu et voluntate peradmissa. Qui quidem Domini Arbitri unanimique Partium utrarumq; Justitiam reddentes consilio sano et maturo habito, per Sententiam Ipsorum Arbitralem finaliter concluserunt et svaserunt arbitrantes per medium Fluvii Narew dicti procedendo ex illa parte omnium Insularum majorum fluminis eundo incipiendo a loco usitato dicto usq; ad Granicies hereditatis dicte Dambe. Itaq; quod Insula omnes magna et parva et medietas Fluvii ut præfertur ex ista parte

Insulae

Insularum predictarum omnium antiqua-
rum et est cum derivaturis ejusdem Flu-
vii Narew cum omnibus utilitatibus
quocunq́ nomine vocitentur, fuit et fieri
debet Dominorum Ipsorum Suprascripto-
rum Joannis Rogale et Stromilonis, alia
verò medietas Fluvii jam dicti Narew
exilla parte Insularum cum majore
Fluminis decurrentis, cum omnibus
usibus fructibus in eo existentibus, flu-
mine fiat nominati Domini Andrea
Abbatis et Sui monasterii Cervenensis
averne et in evum tenend pacifice
et quiete temporibus perpetuis Parti-
bus ambabus possiden eôq; exceptô Quia
Emethones de Villis Domini Abbatis in
eisdem Insulis omnibus pecora et pe-
cudes Ipsorum libere pascere valebunt
sine damno. Quare nos arbitrium hoc i-
psum sic factum ut supra est dictum
Dei auxilio habito, ratum, firmum
et inviolabile confirmamus, roboramus
adjudicamus et per presentes habendi
tenendi, temporibus aviternis adjudi-
caturi, ita tamen quod nulla pars expre-
dictis Personis et Ipsorum sequacibus
hoc ipsum Arbitrium invexare audebit
sed averne obtinere. In cujus rei Te-
stimonium Sigilla nostra propria pre-
sentibus appendi decrevimus. Actum

antejam dictus Dnus D. Andreas Abbas
per ejusdem ipsius Procuratorem Mieci-
slaum, contra Dominos suprascriptos o-
mnes, finaliterq; parendo, determinasset,
prout hoc in Libro Judiciali clarius et
expresse habetur, cumvero jam vocatus
Dominus Andreas Abbas memoratos
Dominos Joannem Rogalam et Georgium
alias Stromilonem ad Terminos conclu-
sibiles seu svasorios per adcitationem
adtrahendum conabatur postulans Lras
Limitationem inter Hareditates supe
dictas certum et totale abstinere, sed quia
a Jure non ambiendo Partes ambe ad
arbitrium se Judicato Nobilium Virorum
ac Dominorum tanquam expresse posito-
rum Satis idoneorum submiserunt,
vulgariter dalszą legendą et hoc nostro
Judiciali assensu et voluntate per admissa.
Qui quidem Domini Arbitri unanimique
partium utrarumq; Justitiam vedentes
consilio sano et maturo habito, per Sen-
tentiam Ipsorum Arbitralem finaliter
concluserunt et svaserunt arbitrantes
per medium Fluvii Narew dicti proce-
dendo ex illa parte omnium Insularum
majorum fluminis eundo incipiendo
a loco usitato dicto usq; ad Granicies
hereditatis dicte D.mbe. Itaq; quod
Insula omnes magna et parva et me-
dietas Fluvii ut præfertur ex ista parte

Insulam

Insularum predictarum omnium antiqua-
rum et est cum derivaturis ejusdem Flu-
vii Narew cum omnibus utilitatibus
quocunq́ nomine vocitentur, fuit et fiet
debet Dominorum Ipsorum Suprascripto-
rum Joannis Rogale et Stromilonis, alia
verò medietas Fluvii jamdicti Narew
exilla parte Insularum cum majore
Fluminis decurrentis, cum omnibus
usibus fructibus in eo existentibus, flu-
mine fiat nominati Domini Andreæ
Abbatis et Sui monasterii Cervenensis
deviternè et in devum tenend. pacificè
et quietè temporibus perpetuis Parti-
bus ambabus possiden. eôq. exceptô Quia
Gmethones de Villis Domini Abbatis in
eisdem Insulis omnibus pecora et pe-
cudes Ipsorum libere pascere valebunt
sine damno. Quare nos arbitrium hoc i-
psum sic factum ut supra est dictum
Dei auxilio habito, ratum, firmum
et inviolabile confirmamus, roboramus
adjudicamus et per presentes habendi
tenendi, temporibus deviternis adjudi-
caturi, ita tamen quod nulla pars expre-
dictis Personis et Ipsorum sequacibus
hoc ipsum Arbitrium invexare audebit
sed deviternè obtinere. In cujus rei Te-
stimonium Sigilla nostra propria pre-
sentibus appendi decrevimus. Actum

in Nova Civitate in Vigilia Sancti Thome
Apostoli Gloriosi sub anno nativitatis
Domini Millesimo Quadringentesimo
Trigesimo Secundo. Presentibus Dñis
Discretis Viris protune assidentibus.
Locus sigilli Castren. Varsavien. Unoro-
wski mp Lecto juxta acta per Lubanski.
Quas ejusmodi Literas Extractus Au-
thentici Suprascripti, sicut pramissum
per Oblatam porrectas nor ad acta pre-
sentia Suscipi, inscribi, et ex ijsdem fide-
liter descripto Parti postulanti Authen-
tice extradi, Originale vero rursus offe-
renti restitui permisimus. In quorum
Fidem &c. Actum ut supra

Oblata Extractus Authentici ex actis
Castrensibus Zacroczimen. extraditi
Granicies Lelowo, Blendowo et Jota-
wice insecontinen.

Augustus Tertius &c.
Significamus &c. Oblatas esse ad acta pre-
sentia metrices Regni Cancellaria nra
minoris Literas Extractus Authentici
ex actis Castrensibus Zacroczymensibus
extradito, manu Gnózi Lempicki Sub-
scripto et sigillo Castrensi Zacroczimen.
communitas, sanas, salvas, et illasas
omnig Suspicione carentes Tenoris
sequentis = Termini Communes Za-
croczymenses

croczymensis Sabbatho in Vigilia Sancti Egidii
in presentia Jacobi de Nowsino Capitanei, Zie-
malonis Judicis, Stanislai de Gotawino Sub-
judicis et aliorum Officialium tenti Annô
Domini Millesimo Quadringentesimo Se-
xagesimo Quinto. Magnifici, Generosi Nobi-
les Domini Ninogrodus Krzyslii Palatinus
Plocensis, Ziemali de Boruchowo Judex Vi-
sogrodiensis et Edzieslaus de Czosnowo
Subjudex Varsaviensis, Vitus Jawarecki
de Kamienica, tanquam veri Arbitri et
Amicabiles Compositores per Nobiles videli-
cet Dacbogium Lelewzki et Dobrogostium
Joannem, Abrahamum de Blendowo parte
ex alia recepti, vocati et rogati, mortificatîs
omnibûs Controversiis et differentiis dudum
profranicicebus inter ipsas partes exortis, con-
tractum inter eos factum, ordinatum et
Dispositum per eos et Ipsorum Successores
firmatum tenen^{r}, et inviolabiliter observan^{d}
recognoverunt in hunc modum sicut vi-
delicet. Quia incipiendo à Granicie inferius
molendini Lelewzki sita et consignata
in rippa Fluvii Wlra eundo et equitando
medietate Fluvii Wlra inferius per flu-
vium sicut est inse crescens usque usq
ad Granicies Gotawzkie Lipatas ad partem
dextram Blendowzkie, et ad partem sini-
stram Lelewzkie Granicies et Ligna perpe-
tua consignaverunt et limitaverunt per-
petuo presen^{t} Inscriptionis patrocinio te-

nenda. Locus Sigilli Pris et Castren Zakro:
zimen. Lempicki mp. Lecti cum Actis.
Quas ejusmodi Literas Extractus Authen:
tici sicut premissum per oblatam porre:
ctas Nos ad Acta presentia suscipi, insen:
bi et exijdem fideliter descripto Parti
postulanti Authentice extradi, Originale
vero rursus Offerenti restitui permisimus.
In quorum fidem &c. Actum ut supra.

Oblata Extractus Authentici ex Actis
Castrensibus Varsavien extradati gra:
nicis Oxestkowa et aliorum Bonorum
in se continen.
Augustus Pertius &c.
Significamus &c Oblatas esse ad Acta
presentia metrices Regni Cancellariæ mi-
noris Literas Extractus Authentici ex
Actis Castren Varsavien extradito, Sigillo
Castrensi itidem Varsavien communitas,
manibusq; Gnosorum Unorowski et Luban-
ski Subscripto, sanas, salvas et illesas o:
mniq; Suspicione carentes tenoris sequentis:
Termini Communes Varschovienses Feriâ
Quintâ ante Festum Sanctorum Simonis et
Judæ Apostolorum. Presentibus Gnosis Nicolao
de Swięcice Subjudice, Andrea de Sokotowo,
Stanislao Wyszynski, et aliis protune seden:
tibus tenti, proxima Anno Domini millesimo
Quadringentesimo Octuagesimo sexto. Ma-
gnifici, Honorabiles, Gnosi et Nobiles Domini
Joannes de Radzimino Varschoviensis, Jaco:
bus de Golymino Ciechanoviensis, Castellani,
Stanislaus Præpositus in Lomny, Nicolaus
de Goły-

de Golymino Vrsogrodiensis, Paulus Wessel
de Gutarzewo Ciechanoviensis Vexilliferi
et Nicolaus de Zabiczyno Arbitratores
et Amicabiles Compositores inter Venerabi:
lem et Religiosum Dominum Raphaelem
Abbatem Czervenensem et Ejus Conven:
tum ab una, et Nobilem Stanislaum Ha:
redem de Nowy Dwor partibus ab altera
assumpti et locati pro differentiis Limitu
sive Granicierum inter Bona Czachowo
Ipsius Domini Abbatis et Conventus, et
Suchocino dicti Nobilis Stanislai de Nowy
Dwor talem Ordinationem fecerunt. Quia
ut Insula alias Ostrow ex opposito pra:
tacte Ville Czachowo sub Villa Sucho:
cino sita est Ipsius met Abbatis et Conventus
et debent perpetue pertinere, ad ipsum met
Monasterium cum omnibus utilitatibus
ibidem consistentibus, pratis, mellificiis,
aquis et generaliter universis, Quam Insu:
lam tunc per Praconem et Ministerialem
limitibus sive Scopulis a Bonis Suchocino
distinxerunt, unum Scopulum sive mon:
ticulum sub monte ex una parte Aque
dicte Zacha, que ex Fluvio Wizta in eam:
dem Insulam influit, aliam ex altera par:
te incipiendo ab angulari dicta Ville Su:
chocino et Olunino usque ad finem Insule
versus Villam Slierdy ubi iterum in Vistam
protenditur, volentes tamen dicti Domini
ut ambe Partes tanquam Vicini in bona
voluntate secum permaneant, et amor
inter eos crescat assiduus, arbitraverunt

et amicabiliter Statuerunt de Consensu pra-
fati Abbatis et Su Conventus et homines
seu Incolæ dictæ Villæ Suchocino debent
habere in eadem Insula alias na Ostrowiu
libera pascua sine damno Batorum ibidem
consistentium, et usum omnem in eadem
Insula consistentium videlicet humali
pomorum, pyrorum, Glandinum, Ferarum
et animalium apergillorum, leporum,
Tarcarum, sicut et Cmethones dicti Abba-
tis, et si quis Cmetho de Czaztkowo sive
Procurator Ipsius met Domini Abbatis
aliquem Cmethonem de Villa Suchocino
prata depascentem attestaverit, sive
inforestaverit, extunc idem dictus Stani-
slaus debet dare forestam in sua Villa
ad impellendum pecora, et pro majori
Juris robore benevolentia, unus Cmetho
Domini Abbatis, et alter dicti Stanislai
videbunt damnum factum, et compen-
sam damni facient. Et si vero dederit
forestam Idem Stanislaus, extunc sol-
vet mediam marcam monetæ et nu-
meri communis in Terra currentis cum
Vadio Quod præfati Arbitri interposuerunt
inter eosdem et eorum Successores toties
quoties hoc jusserint. Insuper ijdem In-
cola in Suchocino habebunt faculta-
tem tollendi et excidendi de dicta Insu-
la ligna Licca acerrima et Rubetum de
Salice et Alno, alias Olsza præter ligna
quercina et pinatica acerina vulgariter
Klonowe et alia ligna seu robora quæva-

lere

lere possunt apisteriis ut sunt Brzosty,
Populus, alias Topola et habebunt Idem &c.
predicti Cmethones de Suchocino facultatem
liberam ponendi retia dicta casa alias Za-
li in agua que currit per dictam Insulam
a medietate Insule versus Villam Slier-
dy, Cmethones vero Domini Abbatis in
alia medietate incipiendo abangulari su-
periùs descripto, ubi Vistula influit, in di-
ctam Lacham sine quovis alio impedi-
mento, pacem vero juxta Consvetudines
Terre ad tres Annos fidejusserunt Magni-
fici pro Domino Abbate et suo Conventu,
Dominus Joannes Castellanus Varschovien
pro Nobili vero Stanislao Nowodworski Dnus
Jacobus Castellanus Ciechanoviensis ex utra
parte debet recipere Literas quilibet pro se
quando eis placebit. Locus Sigilli Castrensis
Varsavien. Unorowski mp. Lecta per Lubanski.
Quas ejusmodi Literas Extractus Authentici
sicut premissum per Oblatam porrectas, nos
ad acta presentia suscipi, inscribi, et ejus-
dem fideliter descriptas, Parti postulanti au-
thentice extradi, Originale vero Offerenti
rursus restitui permisimus. In quorum fi-
dem &c. Actum ut Supra

Oblata Extractus Authentici ex Actis Terre-
stribus Lacroczymensibus extraditi Grani-
cies Bonorum Jotawice et Lelowo in se continen.

Augustus Certus &c.
Significamus &c. Oblatas esse ad acta presen-
tia metrices Regni Cancellarie nostre

minoris Literas Extractus Authentici ex
Actis Terrestribus Zacroczimen^s extradit^s
Sigillo Terrestri communit^s et manibus
Gnosorum Krzyczkowski et Grąbczewski
subscript^s, sanas, salvas et illesas omnig
suspicione carentes Tenoris sequentis=
Termini Communes Zacroczymenses in
Nowemiasto Feriâ Quintâ in Vigilia
Festi Visitationis Beatissimæ Virginis
Mariæ Annô Domini millesimo Quin:
Dringentesimo Octuagesimo Quarto.
Nobilis Joannes de Zatuski locumtenens
Succameratii et Zdzieszek de Zbicz Prae
Terrestris Zacrocimensis, Granicies et Sco:
pulos inter Bona Gotawice Conventus
Cervenen^s ex una, et Bona Nobilium
Joannis et Stanislai de Lelowo parte ex
altera incipien^s ab angulo aliàs od Wagta
Lelewskiego usq^ad foveam dictam Za:
mnica, et ab eadem Zamnica rectè eundo
aliàs Trybem per prata, unus ab alio non
procul ibidem in numero tredecem Scopu:
los dividentes Bona Gotawice à Bonis
Lelowo sipaverunt, et eosdem recognoverunt,
quos debent tenere et inviolabiliter obser=
vare. Ex actis Terrestribus Nowomiasten^s.
resñum. Locus Sigilli. Krzyczkowski mp.
Legit Grąbczewski. Quas ejusmodi Literas
Extractus Authentici Suprascript^s sicut præ:
missum per Oblatam porrect^s, Nos ad Acta præ:
sen^s suscipi inscribi, et ex ijdem fideliter descript^s
Parti postulanti Authentice extradi; Originale
verò

vero Offerenti rursus restitui permisimus.
In quorum fidem &c: Actum ut supra.
Oblata Extractus Authentici ex actis Ca-
strensibus Varsavien: extraditi Granicies
Bonorum Szczepierno et Gotawice inse
continen:
Augustus Tertius &c:
Significamus &c: Oblatas esse ad Acta præ:
sentia Metrices Regni Cancellariæ Nostræ
minoris Literas Extractus Authentici, ex Actis
Castrensibus Varsavien: extraditas, manibus
Gnosorum Unorowski et Rzechowski Sub:
scripto, Sigillog Castrensi Varsavien: com:
munitas, Sanas, Salvas et Illesas, omnique
Suspicione carentes tenoris sequentis =
Termini Communes Varschoviæ Feria Quintâ
post Dominicam Reminiscere Quadrage:
simalem proxima Annô Domini millesimo
Quadringentesimo nonagesimô Octavô.
Generosus Dobrogostius de Kamienica
Succamerarius Zacrocimen: cum Stanislao
Białeki Precone Zacrocimen: personaliter
constituti coram Judicio præsenti palam
recognoverunt. Quia à Judicio additi ad
conspiciendum Granicies inter Bona Szczy-
pierno et Gotawice, incipien: à meta Biał:
kowska dicta aliàs Plosa, qui mansu jacet,
penes additamenta omnium Cmethonu:
qui Mansus, aliàs Plosa cum additamentis
jacet juxta viam publicam Stratam, quæ
via publica duit à Varschovia, usque
ad Gotawice, dividens Gotawice et Szczypierno

et qui etiam mansus cum omnibus adita-
mentis protendit à Granicièbus Szczypier:
skie usq; ad effluxum vie Strata, et ab ea-
dem via recte tendendo circa angulum Fa:
liborowskii per Smugum et campos usque
ad viam Domini Abbatis Cervenen: cum
suo Conventu, que via est ampla, tandem
ulteriùs procedendo ad Smug ibidem
renovaverunt quinq; Scopulos dividentes
Bona Gotawice a Bonis Szczypiersko, quas
quidem Granicies Partes utrq; debent
tenere et observare, et eosdem si paverunt
decem novos de Terra erexerunt, et octo
renovârunt antiquos, sub vadio Ducen:
tarum Sexagenarum, Grossorum in medi:
is grossis. Locus sigilli Castren: Varsavien:
Unorowskii mp. Legit cum actis Rzechowskii.
Quas ejusmodi Literas Extractus Authen-
tici, sic ut premissum per oblatam porrecti
nos ad acta presen: suscipi, inscribi et ex
ijdem fideliter descripti, Parti postulanti
authentice extradi, Originale vero' rur:
sus offerenti restitui permisimus. In
quorum fidem &c: Actum Varsavie ut supra.

Oblata Extractus Authentici ex actis
Castren: Varsavien: extraditi Granicies
inter Bona Zegrz et Wieliszewo inse
continen:

Augustus Tertius &c:
Significamus &c: Oblatas esse ad acta pre:
sentia Metrices Regni Cancellarie Nostre
minoris Literas Extractus Authentici
ex actis

ex Actis Castrensibus Varsavien^{s} extradit^{a}
manibûs Generosor^{um} Unorowski et Lubanski
subscript^{o}, ac Sigillo Castren^{si} Varsaviensi
communit^{o}, sanas, salvas, et illesas omnig^{s}
suspicione carentes tenoris sequentis =
Termini Communes Varschovia celebrati
Feriâ Secundâ post Festum Divi Stanislai
proxima Anno Domini Millesimo Qua-
dringentesimo Nonagesimo Sexto. Con-
radus^{s} Dei Gratiâ Senior Dux Masovie
Russie &c. Significamus tenore pre-
sentium quibus expedit generaliter uni-
versis, quia facta est nobis plena fides ex
Libro Judicii Terrestris Zakrocimensis
in nowe miasto, quia persólt^{a} in Terminis
Communibus nowe Miasto Feriâ quintâ
ante Marie Magdalene presentibus Jo-
anne de Zatuszki Capitaneo, Paulo de ibidem
et Brodowo Camerariis et aliis protunc Ju-
dicio presentibûs Anno Domini millesimo
Quadringenteximo nonagesimo Primo, dum
Reverendus in Christo Pater et Dominus
Raphael Divinâ Providentiâ Abbas Cer-
venen^{s} cum suo Conventu citâsset Gnózos
Dominos Cleopham de Zegrz, necnon et
Andream^{s} de Zaborow et Stiborium Fi-
lium olim Gnózi Jacobi de Kielpino Ve-
xilliferi Zacrocimen^{s}. Et cum in presentia
Judicii proposuit Reverendus in Christo
Pater Dñus Raphael prefatus Abbas, per
suum Procuratorem Nobilem Nicolaum
Wichorowski infra ad^{o} pro limitationibus

Granicierum inter Bona Zegrz et Wieliszewo
ex adverso Domina Cleopha respondendo
dixit: Juste Judex et Domini in Judicio
presidentes: Nobiles Domini Andreas
Zaborowski et Stiborius Kielpinski ni-
hil habent in Bonis meis prefatis, de
quibus citata sum cum illis, solum ego
sum Hæres prefatorum Bonorum Zgierz etc.
et parata sum respondere de Bonis meis
Hereditariis. Et Domini exaudita Partium
propositione et Responsione, super Dnam
Cleopham panam sex marcarum decre-
verunt, et debet limitare et facere Gra-
nicies cum Domino Abbate, inter Bona
prefata in adcitatione contenta ad duas
Septimanas sub pena Quinquedii, et ibi-
dem decrevit Succamerarium alias Parte
ducta et Preconem ad ipsas Granicies at-
tentandas et Lignandas. Et dum Partes
prefata silicet Dnus Abbas cum Dna
Cleopha convenerunt ad prefatas Granicies
in instanti postulaverunt et petierunt
Dnos et Amicos ex utraq; parte in Arbitros
et Amicabiles Compositores, hoc est Rndus
Dnus Abbas Gnosos Alexium de Nadarzy-
no Varsavien. Ziemiat de Ruszyc Zacro-
cimen. Succamerarium, Joannem de Za-
trski Subdapiferum Cernensem, Capneum
Zacroimen. Nicolaum Forski, Domina
vero Cleopha Gnosos et Honorabilem Joannem
Subdapiferum Cernensem, Michaelem de
Raczyth in Radzikowo Capellanum et

nota-

Notarium Domini Prasulis Plocensis,
Dacbogium de Mlotydzki Subpincernam
Ejusdem Dni Prasulis Plocensis. Quæ Par-
tes prefatæ unanimi voce eosdem Dnos
assignatos et rogatos petierunt, ut finem
Debitum inter eos et Ips Fraticebus face-
rent et invenirent. Ipsi verò Domini
præfati Arbitri talem Compositionem
et Arbitramentum inter præfatas Par-
tes fecerunt; Disposuerunt, invenerunt
et ordinaverunt, in hunc qui seguitur
modum = Imprimis Granicies idq sipa-
tas et assignatas inter Bona Wieliszе-
wo præfati Domini Abbatis et Zagroby
Domina Cleophæ debent innovare et assi-
gnare incipiendo à fluvio Narew usque
ad ultimam Graniciem angularem Bono-
rum Nieporety, et ab illo Scopulo in rippa
Fluvii Narew; qui vadit et fluit inter Bo-
na prafata Zgierz et Wieliszewo debent
uti per medium juxta consvetudinem usq
ad antiquum fluvium, et venientem ad an-
tiquum fluvium, prafati Dni Arbitri
vocaverunt duos homines antiquos In-
colas alias Starce prafatæ Domine Zgierska
et duos prafati Dni Abbatis, inquisierunt
ab Ipsis, ut sub Juramento profiterent veri-
tatem, si licet contiguus Fluvius hic tran-
sivit ubi iste alveus, aliàs Potok vadit, qui
responderunt concorditer, quod Fluvius an-
tiquus dictus Narew eodem transitu aliàs
Potokiem transivit et fluxit, sed quia nos

„posito et consistente esse in alia parte ejusdem Fluvij Narew„

de mandato Domini . . . olim Gnosi Stamilo
Haeredis de Zgierz duximus Palos, lapides
et alia opportuna, qui voluit ibidem lacum
facere, et ex adverso homines antiqui scioli
alias Stary Domini Abbatis hoc ipsum
confessi sunt: quia Dnus Zgierski prefatos
palos et robora conducebat per suos Cmetho-
nes volens sibi de antiquo baju Fluvium
latum facere, et fluvium in rippam Do-
mini Abbatis convertere, quod ita factum
est, quod Fluvius prefatus scilicet Narew
conversus est in rippam Bonorum Ecclesie
Domini Abbatis scilicet Wieliszewo, nos
verò attentis, exceptis et consideratis hu-
jusmodi Testimoniis taliter et talimodo
adinvenimus, fecimus et ordinavimus
quod Dnus Abbas sepememoratus cum
suo Conventu et Successores debent habere
et perpetuo possidere à principio alias od
Powodu antiqui Fluvii, infra rippam an-
tiquam et spissam antiqui fluvii versus
Bona Zgierz jacentem, totam Insulam
et omnes derivaturas alias Wyleubi
versus Bona Wieliszewo ad sinistram
usq' ad exitum Fluvii Narew currentis
et fluitantis. Domina verò Cleopha cum
suis Successoribus debet habere pro utili-
tate Ipsius et Subditorum medium Flu-
vii Narew, qui fluvius fluit sub Bonis
Wieliszewo usq' ad Granicien Dąbskie
ad Dextram partem ita quod utraque
Pars ipso Fluvio debet uti, excepto inter
Bona Wichrowka Dominae Zgierska ex una,

et inter

et inter Bona Truczczyno Domini Abbatis
partibus ab altera, ubi Insula alias Kap-
ha jacet in medio Fluvii, ubi ita inveni-
mus et arbitravimus quòd Fluvius anti-
quus, qui fluit sub rippam Bonorum
Zgierz, debet esse communis pro usu utri-
usq; Partis scilicet Dñi Abbatis et Domine
Zgierska et Successorum Ipsorum sine
omni impedimento, Insulam verò con-
signavimus et divisimus Sigillis et
Scopulis, quod eandem debent habere
ambe Partes et tenere cum Successoribus
Ipsorum juxta ipsa Signa, fluvium verò
currentem noviter ex alia parte Insula
sub rippa Truczyno, que est Bonorum
Eccles. Cervenen., ipse Dominus Abbas
suis cum Successoribus debet habere, tene-
re et pacifice possidere et ipso fluvio uti
usq; ad granicies Dabsbie perpetuò et
in evum. Quas quidem Granicies sicut
premissum est conscriptas et ubiq; consi-
gnatas prefate Partes scilicet Dñus Ab-
bas cum Dña Zgierska debent servare et
consignare ad sex Septimanas, et ipsas ad-
inventas, dispositas, ordinatas, et arbitra-
tas debent tenere, habere, conservare in-
violabiliter. Ita quòd prefatus Dominus
Abbas cum Suo Conventu ab omnibus pro-
pinquis et remotis Dñis et Bonor. Zgierz
et ipsis Bonis adjacentibus debet habere
pacem in ipsis Granicicbus, et ipsarum Gra
nicierum limitationibus et consignatb perpe-

tuum et in evum. Et adverso Domina
Cleopha Zgiersha cum suis Successoribus
debet habere pacem in Bonis prefatis seu
Limitationibus Granicierum prefatorum
Bonorum à prenominato Dño Abbate
et suo Conventu, et Successoribus ipsorum
in perpetuo et in evum. Et si quid in
prenominatis Limitibus ex occurrentiis
ipsorum fuerit motum, impeditum, aut
injuriatum ratione ipsarum Granicierum
pro parte Domini Abbatis et Conventus
Ipsius, extunc Dñus Abbas cum suis
Successoribus debet justificari et respon:
dere in Terminis communibus coram
Judice non obstante, Jure suo, si aliquod
habet, non respondere nisi coram Domino
Duce, et ex adverso si Dnám Cleopham
et suos Successores contigerit injuriari
Domino Abbati et suo Conventui, ipsa
Domina debet justificari et debet parere
et respondere corami Judice in Terminis
Communibus non obstantibûs juribûs
si quæ habet, non respondendi, nisi coram
Dño Duce. Et si aliquod Dannum prefatus
Dñus Abbas cum suo Conventu occasionis
dictarum Granicierum perceperit ab ali:
qua parte, extunc non erit dannum
Domini Abbatis et sui Conventûs, sed
Dñæ Cleophæ et econtra, si aliquod Da:
mnum Dña prænominata Cleopha occasionis
dictarum Granicierum à prenominato
Domino Abbate et suo Conventu perceperit,

extunc

extunc non erit damnum Dñe Cleophae
sed Dñi Abbatis et sui Conventus. Qud
omnia et singula sicut promissum est
ordinata, facta, disposita, et arbitrata de-
bent prefata Partes tenere, habere, et invi-
olabiliter observare, in omnibus articulis
punctis et quilibet eorum seorsim sub
Vadio Ducentarum sexagenarum, grosso-
rum in mediis grossis. quod quidem Va-
dium Ducentarum sexagenarum per Par-
tem non tenentem solvendum Parti tenen-
ti juxta eandem rem. Quam quidem a-
micabilem Compositionem per arbitros
et limitationem factam inter prædicta
Bona confirmavimus, ratificavimus et
approbavimus et obfirmavimusq; per præ-
sentes robur perpetuæ firmitatis obtine-
re. In cujus rei testimonium Sigillum
nostrum mediocre de certa nostra Scientia
presentibus est appensum. Datum in
Czersko Feria sextâ ante Elizabeth An-
no Domini millesimô Quadringentesimo
nonagesimô Primô. Locus Sigilli Castren
Varsavien. Unorowski mp Lecto juxta
acta per Lubanski. Quas ejusmodi Literas
Extractus Authentici sicut præmissum
per Oblatam porrecto, Nos ad Acta præ-
sentia suscipi, inscribi, et ex ejusdem fide-
liter descripto, Parti postulanti authen-
tice extradi, Originale vero offerenti rursus
restitui permisimus. In quor fidem &c. Actum
Varsaviæ ut supra.

Actum Varsaviæ Feriâ Se-
cundâ in crastino Dominicæ
Sexagesimæ Dicesilicet Vi-
gesimâ Sextâ Mensis Ja-
nuarii Anno Domini mil-
lesimo Septingentesimo
Sexagesimo Primo. Regni
vero Nostri XXVIII. Anno.

Ad Relationem Illmi Excellntmi
et Rndmi Domini Episcopi Premysl
Procancellarii Regni

Constituunt Specialem Plenipotentem
Admodum Rndus in Christo Pater D. Cajetanus
Soltyk Episcopus Cracovien. Dux Severiæ
et Magnificus Joannes Comes in Zyrwiec
et Pieskowa Skała Vielopolskii Pala-
tinus Sandomiriensis.

Augustus Tertius &c.
Significamus &c. Quod coram Actis pre-
sentibus metrices Regni Cancellariæ
nostræ minoris comparentes personaliter
Admodum Rndus in Christo Pater Dnus Cajeta-
nus Soltyk Episcopus Cracoviensis, Dux
Severiæ, et Magnificus Joannes Comes
in Zyrwiec et Pieskowa Skała Viele-
polskii Palatinus Sandomiriensis, Lancho-
ronensis, Zagoyscen. Capitaneus, Funda-
tionis Bidzinsciane pro Redemptione
Captivorum in Paganica et Scythica Ca-
ptivitate Degentium, Factæ, Lege et
Constitutione Regni approbatæ, Prote-
ctores, Sani mentibus et Corporibus existen-
tes

tes recedendo à Foro, Terris et Jurisdictio-
nibus suis quibusvis propriis, huic autem
Jurisdictioni Nostræ Regiæ, quoad infra-
scripta recognoscenda attinet, resubjici-
endo et incorporando, palam, libere ac
benevole recognoverunt, præsentibusq;
recognoscunt. Quia Ipsi insistendo præfatæ
Fundationi Bidzinsciana pro Redem-
ptione Captivorum Super Bonis Janu-
szowice inscriptæ, Protectioni Dñi
Rñdi in Christo Patris Dñi Episcopi Cra-
coviensis et Magnifici Palatini Sandomirien-
pro tempore existentium subjectæ, Legę
Regni firmatæ, quemadmodum post De-
cretum Condescensoriale in Fundo Bono-
Januszowice existente Decreti Tribunali-
tii in Anno 1759. prolatum, ad mentem
ejusdem Fundationis, Gnósum Ignatium
Bidzinski Bonorum eorundem Januszowi-
ce Possessorem instituerunt, ita etiam ad
promovendas et defendendas ex ijsdem Bo-
nis occurrentes causas, præmissaq; Bona
Fundationi memoratæ subjecta, ac præfato
Gnóso Bidzinski in possessionem per Delega-
tum Gnósum Commissarium tradita, ne
aliquod præjudicium à vicinis sufferant,
inspicienda et defendenda, Generosum Jo-
annem Jabłkowski Capitaneidam Zgiernen-
insium verum et indubitatum Plenipo-
tentem eligunt, faciunt et constituunt.
Dantes et concedentes præfato Plenipotenti-

suo omnimodam et plenariam facultatem
absolutamq; potestatem, tam Causas omnes
Judiciarias inquovis Judicio et Officio
Regni ex occasione Bonorum eorundem
Januszowice intervenientes et inuidentes.
nomine sui Recognoscentium uti Protector
promovendi, defendendi, jure tuendi, De-
creta quævis suscipiendi, à contrariis pro-
vocandi, Juramenta attentandi, penas
Judiciales levandi, delevatis quietandi,
Manifestationes cumpublicationibus
faciendi, Actus Condescensionum etiam
Granicialium attentandi, Dictus demon-
strandi, vel Partis adversæ impugnandi
tumquoq; juxta nexum et descriptionem
Fundationis Bidzinsciane ad Bona me-
morata Januszowice pro opportunitate
temporis condescendendi, Bonaq; eadem,
in quo statu per Quosvis Possessorem conser-
vantur, revidendi, de Dispositione et pro-
ventibus, tum de persolutione Conventibus
juxta Assignationes emanatas investigan-
di, ac quicquid sit necessarium peragendi
et constituendi, Granicies Bonorum revisen-
di, et cognoscendi, et si à vicinis aliquid
novivum Bonis sit illatum, vel Fundi et agri
appropriati, Causam de premissis instituendi
et eadem injurias vindicandi, Condescensiones
procurandi, eidemq; attentandi, Plenipoten-
tes ad promovendas Causas et actiones atten-
tandasq; Condescensiones, Manifestationes

cum pu-

cum publicationibus faciendas, in locum Sus
substituendi, substitutos revocandi, aliaq. o:
mnia munia et Officia veris Plenipotentibus
de Jure incumbentia peragendi et exequendi.
Promittentes et inscribentes se id totum
quidquid per eundem Plenipotentem no:
mine Suo actum, gestum, constitumque
fuerit, pro rato, et grato Suscepturos, non seus
aesi ipsimet Recognoscentes praemissa o:
mnia praesentes egissent, fecissent, con:
stituissentve. Quam quidem Plenipoten:
tiam Idem Recognoscentes ad Triennium
integrum durare, roburq. Suum habere
et obtinere volunt et declarant Presenti
Recognitione ad praemissa mediante.
Quam manibus propriis Subscripserunt.
Cajetanus Soltyk Epps Cracoviensis Dux
Severiae mpp. Joannes Wielopolski Palnus
Sandomiriens mpp. Quam ejusmodi Plen:
potentiam sic ut praemissum factam et
recognitam Nos firmam ac de Jure vali:
dam haberi volentes, eandem ad acta pra:
sentia Suscipi, inscribi, et ex ejusdem fideli:
ter descriptam Parti postulanti Authen
tice extradi permisimus. In quorum fi:
dem &c: Actum Varsaviae ut supra.

Manifestatur Gnōsus Stanislaus Wy.
brzenowski Capitaneus Lipnicensis
contra Gnōsam Annam de Lipskie
Szczepanowska.
Augustus Perrius &c.

Significamus &c. Quòd coram Actis presentibus
Metrices Regni Cancellaria nostremino:
ris personaliter comparens Generosus Sta:
nislaus Ubybranowski Capitaneus Li:
pnicensis solenniter ijdem coram Actis
à prima notitia in et contra Generosam
Annam de Lipskie, Generosi Alberti
Szczepanowski Pocillatoris novogrodensis
Consortem questus, protestatus et mani:
festatus est super eo: Quia Ipsa in Ad:
vocatiam Lipnicensem Juribus Sui ma:
nifestantis et possessioni legitimæ Subje:
ctam Intromissionem quandam tentare,
ipsamq; temere se manifestante tanquã
actuali et Juridico prædictæ Advocatiæ
Possessore minimè innotescito aut requi:
sito accipere ausa est et præsumpsit, re:
spectu cujus illegitimè accepta per eam
Intromissionis, ac de nullitate et invali:
ditate ipsius iisdem manifestans proca:
vendo Integritati Jurium Suorum iterum
atq; iterum quam solennissimè manife:
statur et protestatur, Offerendose pro eo, ubi
et coram quo de Jure venerit acturum. Hac
sua Manifestatione ad præmissa mediante.
Quam manu propria Subscripsit. Stanislaus
Ubybranowski Capitl Lipnic. Quam ejusmodi
Manifestationem Nos ad Acta præsentia
suscipi, inscribi, et ejidem fideliter descri:
ptam Parti postulanti Authentice extradi
permisimus. In quorum fidem &c. Actum ut supra

Oblata

Oblata Extractus Authentici ex actis Castren^s
Varsaviensibus extraditi Granicies Bonor^m
Studzianki et Mniszyn in se continen^s.

Augustus Tertius &c
Significamus &c. oblatas esse ad Acta præsentia
metrices Regni Cancellariæ nostræ mino:
ris Literas Extractus Authentici ex actis
Castrensibus Varsaviensibus extradit^s, ma:
nibus Generosorum Mnorowski et Lubanski
subscript^s, et Sigillo Castrensi Varsaviensi
communitas, sanas, salvas et illæsas omnig^
suspicione carentes tenoris sequentis =
Termini communes Varschovienses Feriâ
Secundâ post Festum Sancti Procopii proxi:
mâ Anno Domini millesimô Quingentesi:
mô. Nobiles Stanislaus Kozlowicz et Joan:
nes Jawarecki ex una, et Conventus Cerven^s
parte ex altera, Granicies inter se invicem
factas, et Scopulos Sipatos in hunc qui se:
quitur modum recognoverunt. Incipiendo
à pariete Miechosinskia Conventus Cerven^s
hoc est à via quæ ducit de villa in Borzam,
ubi prima Granicies est locata, et deinde
transeundo rectè alias Prybem Granicibus
Sipatis usq^ ad fossam alias do rowu, deinde
transeundo fossâ alias rowem, usq^ ad Grani:
ciem seu angulum Studzianski, et ab eodem
angulo, usq^ ad Alveum alias Robitnica
et iterum antiquo alveo, eundo usq^ ad Va:
dum alias do Brodu, quod est ex opposito
Borræ, quæ granicies per ordinem terrestrem
sunt sipatæ ab officio, datum, sunt consignatæ

Locus Sigilli Castren. Varsavien. Wnorowski mp
Lecto per Lubanski. Quas ejusmodi Literas
Extractus Authentici sicut premissum
per Oblatam porrectas, nos ad acta presen.
susipi, inscribi et ex ijsdem pdeliter de-
scripto Parti postulanti Authentice extra-
di, Originale vero offerenti restitui per-
misimus. In quorum fidem &c. Actu ut supra.

Oblata Extractus Authentici ex actis Za-
broczymen. extraditi, Granicies Bonoro
Gora et Ciarnowo in se continentis.

Augustus Tertius &c.
Significamus &c. Oblatas esse ad acta presentia
metrices Regni Cancellarie nostre mino-
ris Literas Extractus Authentici ex actis
Zabroczymensibus extraditas, Sigillo Ca-
strensi Zabroczymensi communitas, ma-
nibusq; fnotorum Jorski et Jostanski sub-
scriptis, sanas, salvas, et illesas omnique
suspicione carentes tenoris sequentis-
Pernini communes Terrestres in Zabro-
czym Sabbatho infra Octavam Ascensio-
nis Domini, Anno Ejusdem Nativitatis
millesimo Quingentesimô Quadragesimo
Quintô. Comparentes personaliter in Judicio
Nobiles Adam Jorski suo et Fratrum suorum
alterorumq; Participum omnium de Gora
nominibus ex una, et Stiborius Pilchowski
Procurator Reverendi Patris Dñi Joannis
Levicii Divina Patientiâ Abbatis et sui
Conventus Cervien. Monasterii cum
man:

mandato sufficienti Sigillis tam ipsius
Domini Abbatis, quàm Conventuali impres-
sive roborato, de quo planè consensit parti-
bus ex altera, produxerunt certam minu-
tam concordiæ postremo inter se factam,
quam invicem agnoverunt, et in agnitam
mutuo consenserunt, petentes eam acce-
ptari per Judicium, et inseri Libro sub
Actu presenti & Terminorum admitti, de-
cerni. Judicium itaq; Susceptæ, exauditæ
et intellectæ ambarum Partium dignè
postulanq; annuend, ingrossandam Libra
& decrevit, cujus tenor à verbo ad verbum
sequitur et est talis = Anno Domini mil-
lesimô Quingentesimô Quadragesimô
Quintô Feriâ Sextâ ante Dominicam
Rogationum. Concordia et amicabilis
Compositio inter Reverendum Dñum Jo-
annem Levicium Cervenend Abbatem et
Ejus Conventum ex una, et Adamum
Gorzki et Fratres ejus Antonium Nicolaum
de Laski, Raphaelem Melchiorem et Bar-
tholomeum Kozowicz, Zachariam Nicolaum
et martinum Oblowie et alios omnes Hæ-
redes et Participes eorum de Gora parte
ex altera facta est de consensu Partium
utrarumq; per Magnificum Venerabiles
et Gnósos Dños Felicem Srenski Palatinum
plocend, Capitaneum Margeburgensem
Albertum Topielski Decanum Vars, Joannem
Ostrowicki Archidiaconum Dobrinensem

Nicolaum Hobylnicki Decanum Convene-
censem, Stanislaum Hobylnicki Vexilli-
ferum Zacrocimen^{s} et Paulum Kula Su-
camerarium Varsavien^{s} Arbitros, Arbi-
tratores et amicabiles Compositores pro o-
mnibus dict^{o} Partium Controversiis et Ci-
tationibus occasione Granicierum inter
Bona Ciarnowo Dñi Abbatis et Jora dict^{o}
Nobilium, ac etiam pro omnibus injuriis,
percussionibus Cmethonum dicti Domini
Abbatis de Ciarnowo in hunc modum:
Imprimis præfati Domini Arbitri omnes
Citationes, differentias, Controversias, pœ-
nas, Condemnationes, Vadia, Actiones et
Executiones inter dict^{o} Adam Jorski et
dictos Cmethones de Ciarnowo penden^{s} de
Consensu dict^{o} Partium extinxerunt, et
mortificarunt eo expresso: Quia Ipse Dñus
Adam Jorski intra quatuor Septimanas
à præsen^{ti} Data sequen^{ti} Quinque homini-
bus de Ciarnowo debet satisfacere pro omni-
bus juxta Decretum Judicii Terrestris No-
vomiasten^{si} aut cum eis componere cum
scientia Dñi Domini Andreæ Lewicki
Capitanei Pomnichovien^{si}. Ex qua quidem
Concordia præfat^{o} Dñus Abbas omnia
et singula perluera, pœnas, percussiones
eidem Adæ Jorski remisit et condonavit
casu quo Ipse Adam dict^{o} Cmethonibus
infra tempus Suprascriptum non satisfe-
cerit, extunc ipse Dñus Abbas habebit li-
ber^{u}.

berum regressum ad executionem panarum
vadiorum, perlucrorum et condemnationis
in Jure Terrestri Novomiasten: citt, ad hoc
Ipse Adam Gorski hac concordia nonobstante
duntaxat super ipsis injuriis. Quantum
vero ad Granicies Bonorum predicti Gora
et Ciarnowo, dicti Domini Arbitri ita
pronuntiaverunt, invenerunt, decreverunt.
Quia Ipse Dominus Abbas et suus Conventus
ac sui Subditi de Ciarnowo medietatem al:
vei antiqui Fluvii Narew habebunt perpe:
tuo et in avum pacifice et quiete incipien:
ab angulo, quem habet Adam Gorski cum
Domino Abbate et Andreas Gruszewski
in medio ejusdem Alvei antiqui Fluvii
Narew, ubi idem Abbas in sua rippa fixit
palum versus Ciarnowo, qui denotat medi:
etatem Aque Alvei antiqui usq; ad Salicem
eundo Sursum cum rippa sua libera et
omni usu Aque et piscatura piscium in
predicta medietate Alvei seu Fluvii an:
tiqui relinquendo unum Zatonez Dño
Abbati versus Ciarnowo et alium Zatonez
dicto de Gora, prout Granicies recenter
facte indicant in terra et arboribus, que
quidem Salix stat in rippa Domini Abbatis
inter Zatonez, et cum eodem Zatonez qui
decurrit inter prata Domini Abbatis,
quam Salicem prefati Dni Arbitri signare
fecerunt, et in ea excidere Granicies adin:
Star Crucis mandaverunt, à quo loco eun:
do sursum predicto Fluvio antiquo Narew

idem fluvius cum utraq rippa spectabit et
pertinebit præfato Ado Gorslei et Fratribus
ejus usq ad aquam vivam ejusdem Fluvii
narew, et tandem totus prædictus fluvius
sursum eundo, cum utraq rippa. Et tandem
præfati Dñi Arbitri consequenter mandave-
runt Officio Terrestri videlicet Sacrorumen.ti et Varsavien.
Succameratiis, Scopulos in terra erigere,
et inciziones in arboribus excidere, inter Bo-
na Ciarnowo et prata omnia dicti Bonorum
et Sylvam præfati hæredum de Jora, qui
Scopuli et signa excisa sunt. Super rippam
antiquam ac eminentem Alvei antiqui
sicci fluminis Narew usq ad aquam vi-
vam fluvii Narew, ubi ultimum Signum
Graniciale in arboribus Salicis exciderunt
et a predicto loco totus fluvius dicti narew
cum utraq rippa spectabit et pertinebit
præfatis Nobilibus de Jora usq ad Granicies
angulares Kiloty, qui quidem Domini Suc-
camerarii demandato dicti Dominorum
Arbitrorum fecerunt et erexerunt duode-
cem Scopulos in Terra, et decem Inciziones
alias Rembli in arboribus spissis saliceis,
qui Scopuli et signa denotabunt perpetuo
Granicies inter Bona Jora et Ciarnowo ita
quia omnia et singula prata dictis Scopulis
et Lignis circumdata erunt et pertine-
bunt ipsi Dño Abbati et suæ Ecclesiæ ad
villam Ciarnowo. Quos quidem Scopulos
præfati Domini Arbitri admiserunt
dicto Domino Abbati firmari meliùs

lapidibz

lapidibus et palis ubi ess et terra fragilis.
Insuper prefati Dñi Arbitri decreverunt
et constituerunt de Consensu dictarum Par-
tium usumfructum aque hominibus
de Ciarnowo pecora et pecudes adaquandi
respectu cujus prædicti Comethones de Car-
nowo debebunt navigare prefatt Nobles
Adam Gorski Nicolaum et Antonium
Fratres et Successores eorum cum Servi-
toribus ejus in cymba per eos custodien-
ad illam partem Gora, quoties eos requi-
siverint, aut aliquis eorum requisitus
fuerit. Quia si aliquis eorum hoc facere
neglexerit, aut contempserit, luere debet
Dñis Ade, Antonio et Nicolao Gorskim
et eorum Successoribus Septem Grossos
cum dimidio, et Domino Abbati aut ejus
Factori marcas tres, quam penam Solve-
re debebit ad diem tertium, alioquin
pignus ejus tanti valoris tradi debebit
Dominis prædictis per Advocatum, qui
debebit facere executionem paratam
Subpena Simili Septem Grossorum cum
dimidio, et hoc expresso Specialiter quia
Ipse Dñus Abbas durante vitâ sua habe-
bit plenam facultatem pro Persona Sua
duntaxat pisces in prædicto Fluvio Na-
rew piscari, rectè quod dicitur Wata. Item
prefati Domini Arbitri decreverunt et
admiserunt prefatis Nobilibus de Gora
viam liberam et transitum per prata

Ciarnowo ad navigium Curiæ suæ Jora citra
tantum damnum pratorum prout erat
ex antiquo. Et præmissa omnia dicta
Partes tenere debent et observare sub Pœ.
dicò mille Flor. Cujus Vadii medietas
pertinebit Parti tenenti Concordiam,
et alia medietas Fisco Regio. Quam Con-
cordiam et minutam præsen. inducere
Debent et inscribere in Librum Terrestrem
Zakrouimen. aut Vár. unius Partis ab-
sentia non obstante. Acta sunt hæc ut
supra in loco differentiarum. Ita con-
sentio Ego Joannes Levicius Divina pa-
tientia Abbas Cervenen. significat. Ita est Albertus Popielski de-
canus ut supra
significat.
* Ita consentio Ego Adam Jorski nomine suo
et aliorum Fratrum. manu propria.
Locus sigilli Castren. Zakrouimensis.
Jorski mp. Lt. Gostomski. Quas ejusmodi
Literas Extractus Authentici, sicut præ-
missum per Oblatam porrectas, nos ad
Acta præsentia Suscipi, inscribi, et exijsdem
fideliter descriptis Parti postulanti Au-
thentice extradi, Originale verò Offerenti
rursus restitui permisimus. In quorum
Fidem fec. Actum ut supra.

Oblata Extractus Authentici ex Actis
Castren. Zakroczymen. extraditi Gra-
nicies Bonorum Miękosin, Morgi,
Studzianki et Czaykowi in se continen.
Augustus Tertius. &c.
Significamus &c. Oblatas esse ad Acta
præsen.

presentia Metrices Regni Cancellariæ Nrę
minoris Literas Extractus authentici ex
actis Castrensibus Zacroczymensibus extra:
ditas et Sigillo Castrensi Zacroczimen. com:
munitas, manibus Gnōsorum Krzyczkowski
et Pieniężki subscriptas, sanas, salvas et illæ:
sas, omnig suspicione carentes tenoris se=
quentis = Actum in Curia Regia Zacrocimen.
Feriâ Quartâ ante Festum Sancti Martini
Episcopi proximâ Anno Domini Millesimo
Quingentesimo Nonagesimo. Coram Officio
Actisq presentibus Castrensibus Capitane:
alibus Zacrocimen. personaliter comparentes
Gnōsus Andreas Falicki Pincernabernensis
in Pucino et Studzianki Hæres abavna, et
nobilis Adamus olim Jacobi, et Albertus olim
Nicolai et Mathias Filii Balthasaris et alior.
eadem Bona sese habere pretendentes quorum
subtuitione infrascriptō pacem cavēt, inquan:
tum locum Standi de jure habent ex altera
partibus, a Terminis, Districtibus, Juribus,
Jurisdictionibus, Foro, ac prerogativis suis
quibusvis propriis competen. recedendo
et presenti Jurisdictioni Castren. Zacrocu:
mensi totaliter sese una cum Bonis et
Successoribus Suis omnibus quō ad effe:
ctum presen. pertinet, incorporan. et
inviscean. palam, publicē ac per expressō
recognoverunt et quilibet illorum seorsive
recognovit. Quia Granicies suas antiquas
renovaverunt et alias novas in numero
novem erexerunt, aliàs wypali. inter
Bona Studzianki et Bona Czaykowskie

et hoc à Bonis Morgowslich pariete ad Granic:
ies Villæ Mièchosin Abbatis Conventusque
Cervenensis resepotend. Quas quidem
Granicies sic factas, firmas et validas esse
volunt in perpetuum sub Vadio Mille
Flor. Grossorum Pol. pro quo quidem Vadio
ratione Contraventionis præmissarum
per aliquam Partem citt. ad Instantiam
alterius Partis ad Judicium vel Officium
quodcunq. Terrestre Castrense seu Officii
Capitaneale cujusvis Terræ et Districtus
Regni Poloniæ extunc recedend. ut supra
à Terris Districtibus, Juribus, Jurisdictio-
nibus suis quibusvis propriis secum Ba-
nis Successoribus suis omnibus illi Juris-
dictioni ad quam ratione præmissorum
quelibet Pars citabitur incorporand. in pri-
mo termino tanquam peremptorio stare,
parere, respondere et pro Vadio præfato
cum Citationibus omnibus toties quoties
opus fuerit, satisfacere debet et tenebitur,
seq. et suos posteros obligant ejusdem
Causæ Terminos præmissos vera infirmi-
tate, pro majori, minorennitate Succes-
sorum legalium ve intra vel extra Regnum
servitio militari, ac ad munimenta
vel aliis quibusvis legalibus impedi-
mentis à dilatione non deferend. nullas
Motiones, appellationes earumq. pro-
secutiones faciend. ac præmissa omnia
penis simplicibus vel triplicatis eva-
dend. fatalibus Juris præscriptum Terri
bello Conventionq. et aliis quibusvis Juris

reme-

mnes Solennitates ad id de lege requisitæ
executæ: legitimius quam Juramenta per
Magnificum Krebkowski Palatinum, Capitu
Succamerarium Culmensem, non attentis
Oppositionibus, Manifestationibus factis
et Contradictionibus per Incolas Provinciæ
subrecutis, nec hucusq; acquietatis, absen:
tibus Constatibus Provinciæ expleta, in
acta Thorunii existentia per Secretarium
Thorunensem minus sollicitum Idem

Magnificus Palatinus Culmensis inscribi
ultroneé procuravit, Jurisdictionem Suam
Castrensem Covaleviensem fundavit, ac
Officium Suum Vicepalatinale ad dirju-
dicandas Causas p: non attenta eadem
Manifestatione constituit, nunc verò
rite per se manifestantem distinctatq:
tha praestitum. Idem Mficus Palatinus
Culmensis et alii, Manifestationibus
Suis tam expersonali comparitione
quàm nomine Principalis Sui idem
Generosus Koscielski illicite vitiando
impracticatis nec consvetis Terminis
p: licèt si absentes a Conventu Generali
Provinciæ activitate carere debuerint/
intaminatam Senatoriam Dignitatem
exacerbârunt, Authoritatemq; Palatina-
lem per irrealia Objecta circumscripse-
runt, per id metas Legum transgres-
sunt. Quapropter Idem Mficus Manife-
stans cernens se in honore injuriatum,
conatusq; illicitos ad impediendam in eo-
dem Palatinatu omnibus Incolis optatam
Justitiam advertendo, quàm solennissi-
mè contra eosdem reet manifestatur
Offerendo se ratione premissorum jure
acturum fore. Salva ejusdem Manifesta-
tionis auctione, aut in aliam formam
transmutatione reservata sibi et præcu-
stodita facultate. Quam pro majori
fide et firmitate manu propria his in
actis Subscripsit. Paulus in Ostromęcki

Mostowski Palat. Pomer. Capit. Starszevien.
Quam ejusmodi Manifestationem sic ut
premissum factam et porrectam Nos ad acta
presentia Suscipi, inscribi, et ex ijsdem
Fideliter descriptam Parti postulanti Au=
thentice extradi permisimus. In quorum
Fidem &c Actum ut Supra.

Actum Varsaviæ Sabbatho
in Crastino Festi Sancti
Stanislai Episcopi et Mar=
tyris Die scilicet Nonâ
Mensis Maji Anno Domini
Millesimo Septingentesimo
Sexagesimo Primô. Regni
vero Nostri Annô XXVIII.

Ad Relationem Illmi Excellmi
et Rmi Dni Episcopi Premisliensis
Pro Cancellarii Regni

Roborant certum Contractum Generosi
Adamus Matachowski Inuisor Regni
ex una, Gnôsus a Hulidow Huszcz
Dapifer Podlachiæ partibus ex altera.

Augustus Tertius &c.
Significamus &c. Quod coram Actis pre=
sentibus Metrices Regni Cancellariæ
nostræ Minoris comparentes personali=
ter Generosus Adamus Casimirus in
Matachowice Matachowski Inuisor Re=
gni, Haraczkoviensis, Przedborscensis &c
Capitaneus ab una, et Generosus Micha=
el a Hulidow Huszcz Dapifer Palati=

natus Podlachiæ, suo et Generosæ Theresiæ
de Ogolinskie Consortis suæ legitimæ: pro
cujus ratihabitione pacem cavet, et se
in forma Juris plenissima inscribit: /.
nomine, partibus ex altera, agentes, la:
ni mentibus et corporibus existentes,
recedendo a Foro, Terris et Jurisdictio:
nibus suis quibuscvis propriis, huic
autem Jurisdictioni Nostræ Regiæ
quo ad infrascripta recognoscenda atti:
net se subjiciendo et incorporando, palam,
libere ac benevole recognoverunt, et
quisq illorum suo pro interesse recogno:
vit. Quia Ipsi Contractum certum in:
tuitu Donationis curiolæ in Suburbio
Varsaviensi Nalewki dicto, sitæ et
jacentis, inter se Recognoscentes hic Var:
saviæ Die Septima Mensis et Anni cur:
rentium, conscriptum, manibus sui
Recognoscentium subscriptum et sigillis
gentilitiis incera rubra hyspanica ex
pressis munitum, Damnis Terrestri:
bus firmatum, in omnibus ejusdem
punctis, clausulis, articulis, conditio:
nibus, et ligamentis, inibidem expressis,
approbârunt, confirmârunt, roborârunt
et ratificârunt, prout quidem per præ:
sentem ad Acta hæc Comparitionem ap:
probant, confirmant, roborant, et ratifi:
cant, eidemq Contractui in omnibus
et singulis stare, parere, et plenarie
satisfacere sese inscribunt et obligant.

Jdque

Idque sub Damnis Terrestribus Simplici verbo absq; Juramento corporali taxandis et edicendis in casu Contraventionis per Partem Contravenientem irremissibiliter succumbendis. Pro quibus quidem Damnis Terrestribus reg: ipsa principali Citati existentes coram Officio Castrensi Varsaviensi sive Judicio Mareschalcali Regni, praecisis omnibûs Dilationibûs, protelationibûs et beneficiûs Juris quibûsvis, peremptorie respondebunt. Hac Eorum personali Recognitione ad praemissa mediante. alias in forma Inscriptionis Roboratoriae de Jure plenissima, firmissima et perfectissima. Quam pro majori firmitate manibûs propriis Subscripserunt. Adamus Matachowski Insisor Regni. Michael de Hulidow Huszell Dapifer Palatinatus Podlachiae mp. Quam ejusmodi Inscriptionem Roboratoriam sicut premissum fatam et recognitam nos firmam ac de Jure validam haberi volentes eandem ad acta praesentia Sui: Scipi, inscribi, et ex ijdem fideliter descriptam Parti postulanti authentice extradi permisimus. In quorum fidem &c. Actum Varsaviae ut supra.

Donat Gnôsus Michael à Hulidow Huszel, Dapifer Palatinatus Podla: chiae Curiam Suam Gnôso Adamo Matachowski Incisori Regni.

Augustus Tertius &c.

Significamus &c. Quod coram Actis praesentibus Metrices Regni Cancellariae Nostrae minoris comparens personaliter Generosus Michael à Hulidow Huszell Dapifer Palatinatus Podlachiae, suo et Generosae Theresiae de Osso: linskie Consortis sue legitimae &: pro cujus ratihabitione in forma Juris plenissima pacem cavet &: nomine agens, sanus mente et corpore existens, recedendo à Foro, Terris, et Jurisdictionibus suis quibusvis propriis, huic autem Jurisdictioni Nostrae Regiae quo ad infrascripta recognoscenda attinet se subjiciendo et incorporando palam, libere, ac benevole recognovit et praesentibus recognoscit. Quia Ipse Curiam suam propriam et hereditariam quondam Trambczkiewicz: wka nuncupatam, partim in Fundo Civitatis Novae Varsaviae, partim in fundo Hospitalis S. Lasari, in Suburbio Varsaviensi Nalewki dicto, sitam et jacentem sibi Recognoscenti per Reverendum in Christo Patrem Antonium Ostrowski Episcopum Livoniae et Piltinensem coram Actis praesentibus Feriâ Secundâ infra Octavam Sacratissimi Corporis Christi Domini Die Decimâ Septimâ Mensis Junii, Anno Domini Millesimo Septingentesimo Quinquagesimo Quarto venditam et resignatam jam exnunc et defacto Generoso Adamo à Matachowice Matachowski Incisori Regni, Karaczkoviensi, Przedborscensi &c. Capitaneo Ipsiusq Successoribus, cum omni et integro ejusdem Curiae, Jure Dominio, proprietate

proprietate, propinquitate, titulo hæreditario, ac omnibus ejusdem Curiæ ædificiis, structuris muratis et ligneis, areis, hortis, ad eandem Curiam ex antiquo spectantibus, omnibusq attinentiis et pertinentiis nihil pro se Recognoscente suisq Successoribus quidquam Juris et pretensionis, reservando seu modô quôvis excipiendo, sed prout prætactam Curiam tenebat, habebat, et possidebat, ac in suis metis et circumferentia extat et extenditur, dat, donat, confert, inscribit et resignat, puramera, vera et irrevocabili Donatione perpetuo ac in evum. Intromissionem in prætactam Curiam præsentibus resignatam per Ministerialem quemvis et Nobiles duos quosvis fauliius pro tempore conducendos Officiose acceptandam libere dat et defacto admittit, Submittitq se præterea Idem Generosus Recognoscens ac de Bonis suis generaliter omnibus inscribit, et assecurat suis cum Successoribus Eundem Generosum Adamum Matachourbi Incisorem Regni Donatarium suum sive Ejus Successores, ab omnibus generaliter impedimentis Juridicis et extra juridicis omnium et singularum Personarum propinquarum et remotarum, cujus cunq Status, Sexûs, et conditionis cujusvis existentium, tum Inscriptionibus quibusvis prioribus et posterioribus, debitis, vinculis et oneribus, si quæ sint aut fuerint tueri, defendere, evincere, eliberare, et intercedere, indemneq semper ipsum et

Ejus Successores toties, quoties opus et necesse
fuerit, indemnes reddere s: excepto Censu
Terragio, quem Gnōrus Donatarius pendere
et exsolvere tenebitur: / Idque sub damnis
Terrestribus, Simplici verbo absq Juramen:
to Corporali taxandis et edicendis in casu
alicujus exortii impedimenti, et non facte
tuitionis et Evictionis ad Solvendum vire:
missibiliter succumbendis. Pro quibus
quidem Damnis Terrestribus citatus exi:
stens, coram Officio Castrensi Capitaneali
Varsaviensi, sive Judicio Mareschalcali
Regni peremptorie suis cum Successori:
bus respondebit. Adversusquam presen:
tem Inscriptionem nullis se Idem Reco:
gnoscens Ejusq Successores tuebitur Juris
& Facti, exceptionibus, Appellationibus,
earumq Prosecutionibus, quibus omnibus
benevole abrenuntiat. Hac sua personali
Recognitione ad præmissa mediante,
alias in forma Inscriptionis, Donationis,
Resignationis, Evictionis, abrenuntiatio:
nis de jure plenissima, firmissima et
perfectissima. Pro majori vero firmitate
manu propria se subscripsit. Michael
de Hulidow Huzell Dapifer Palatinatg
Podlachia Suo et Consortis Sue nomine nec
Quam ejusmodi Inscriptionem Donatori:
am sicut premissum factam et recognitā
Nos firmam ac de jure validam haberi
volentes eandem ad acta presentia suscipi,
inscribi, et ex ijsdem fideliter descriptam
Parti postulanti Authentice extradi jussimus.
In quor fidem &c: Actum ut supra.

Qui etat

Quietat Idem Gnōsus Michael à Hulidow
Huszell Gnosum Adamum Matachowsky
de Summa 15000. Floren Polon propre:
tio Curiæ proveniend.

Augustus Tertius &c.
Significamus &c Quod coram Actis præsen:
tibus metrices Regni Cancellariæ Nostræ
Minoris comparens personaliter Generosus
Michael à Hulidow Huszell Dapifer Pala:
tinatûs Podlachiæ, Suo et Generosæ Theresiæ
de Osolinskie Consortis Suæ nomine &: pro cu:
jus ratihabitione pacem cavet:/ agens, sanus
mente et corpore existens, recedendo à Foro
Terris et Jurisdictionibus Suis quibuscris
propriis, huic autem Jurisdictioni Nostræ
Regiæ quo ad infrascripta recognoscenda
attinet, se subjiciendo et incorporanda, pa:
lam, libere ac benevole recognovit et præ:
sentibûs recognoscit. Quia Ipse Generosus
Adamum Matachowski, Incisorem Re:
gni, Ejusq' legitimos Successores jam exnunc
et de facto de Summa Quindecem
millium Florenorum Polonicalium pro
pretio Curiæ hic Varsaviæ in Suburbio
Nalewki dicto Sitæ et jacent, hodierno
sub actu resignatæ, constituta proveni:
ente, Contractuq' resignatorio de Data
ejus hic Varsaviæ Die Septima Mensis
et Anni currentium inito et conscripto
hodierno sub actu roborato, ad solvendum
assecurata, tum de ipsomet Contractu,
Contentis, ligamentis, ob præstitam Sibi
Recognoscenti sufficientem Satisfactionem

realemq́ ejusdem Summæ Quindecim
millium Florenorum Polonicalium perso-
lutionem, quietat, emittit, et liberum ab-
solutumq́ facit et pronuntiat, Suprafatæ
Contractum cum ejus Contentis, tollit,
cassat, mortificat et annihilat perpe-
tuò et in ævum. Hac sua personali
Recognitione ad præmissa mediante.
aliàs in forma Quietationis de Jure
plenissima, firmissima et perfectissima.
Pro majori vero firmitate manu propria
se subscripsit. Michael de Hulidow
Huszell Dapifer Palat: Podlachiæ mp.
Quam ejusmodi Inscriptionem Quietato-
riam sicut præmissum factam et recogni-
tam Nos firmam ac de Jure validam
haberi volentes eandem ad Acta præsen-
tia suscipi, inscribi et ex ijdem fideliter
descriptam Parti postulanti authentice
extradi permisimus. In quorum fidem &c.

Constituit Plenipotentes Generosus
Antonius Sikorski S.R.M. et Sigilli
Regni Secretarius.

Augustus Tertius &c.
Significamus &c. Quòd coram Actis
præsentibus Metricis Regni Cancellariæ
Nostræ Minoris comparens personaliter
Generosus Antonius Sikorski Noster
et Sigilli Regni Secretarius, sanæ
mentis et corpore existens recedendo
à Foro, Terris, et Jurisdictionibus suis
quibuscunq́ propriis, huic autem Jurisdi-
ctioni

ctioni Nostræ Regiæ, quò ad infrascripta recognoscenda attinet, se subjiciendo et incorporando palam, libere, ac benevole recognovit et præsentibûs recognosit. Quia Ipse Generosus Casimirum Trębocki, Antonium Ziembinski Subdelegatos Castrenses Cracovienses, Adalbertum Awedyk, Joannem Nepomucenum Herlia, Subdelegatos Biecenses, Antonium Urobleuski Neocorczynensem, Paulum Gaiewski, Valentinum Jaworski, Sebastianum Chęcinski, Florianum Sołtykiewicz, Josephum Nikleuicz Nicodemum Szpakowski, Antonium Uminski, Stanislaum Olearski, in suos veros, legitimos, ac indubitatos Plenipotentes eligit, Constituit, inscribit ac solenniter Ordinat Dans et concedens ipsis tam divim quam Conjunctim plenâriam facultatem, omnimodam, absolutamq; potestatem causas suas Judiciarias generaliter omnes et singulas cum quibusvis Personis omnis occasione cujusvis negotii in omni Judicio et Officio Regni majoris sive minoris Subsellii, cujuscunq; Terræ et Districtus etiam Tribunalis Regni Petricoviensis sive Lublinen, tam ea Autoratu quàm et reatu habitas et habendas, institutas et instituendas promovendi, defendendi, Juretuendi, Comparitiones inscribendi, Decreta suscipiendi, à Contrariis et gravaminosis appellandi, seu movendi, appellationes et motiones prosequendi,

Juramenta auscultandi, penas Judiciarias levandi, de levatis quietandi, Intromissiones in Bona offerendi et apprehendendi, Executiones urgendi et attentandi, Arresta imponendi, cæteraq; pro Causarum et Terminorum exigentia peragendi et exequendi. Idque ad Triennium integrum ab actu præsenti computando. Cavens et promittens id totum quidquid per memoratos Plenipotentes, actum, gestum, constitutumq; fuerit, pro rato, grato, firmoq; et valido se Recognoscentem et Successores suos Suscepturos. Hac sua personali Recognitione ad præmissa mediante. Pro majori verò firmitate manu propria se Subscripsit. Ant. Siliorski Sæ. Regiæ Majtis et Sigilli Regni Secretarius mp. Quam ejusmodi Plenipotentiam sicut præmissum factam et recognitam Nos firmam ac de Jure validam haberi volentes eandem ad Acta præsentia Suscipi, inscribi, et ex ejusdem fideliter descriptam Parti postulanti Authentice extradi permisimus. In quorum fidem &c. Actum ut supra.

Actum Varsaviæ Feriâ Quartâ post Festa Solennia Sacri Pentecostes proxima Die scilicet Decimâ Tertia Mensis Maji, Anno Domini Millesimo Septingentesimo Sexagesimo Primo. Regni verò Nostri Anno XXVIII.

Ad Relationem Illustrium Excellentium et Reverendorum Dominorum Episcopi Premisliensis Prolancellarii Regni.

Roborant

Roborant Contractum Resignatorid^m
Magnifica Eva de Leszczynskie Szem:
bekowa ab una, et Generosus Josephus
Mtocki Capitaneus Zaboroczymensis
parte ab altera.

Augustus Tertius &c.

Significamus &c. Quòd coram Actis
præsentibus Metrices Regni Cancellaria
Nostræ Minoris, comparentes personaliter
Magnifica Eva de Leszczynskie olim
Magnifici Joannis Szembek Supremi
Regni Cancellarii Consors relicta Vidua
ab una, et Generosus Josephus de Mtocko
Mtocki Zacroczimensis, Serocensis &c.
Capitaneus partibus ab altera, sani
mentibus et corporibus existentes, rece:
dendo à Foro, Terris et Jurisdictionibus
suis quibusvis propriis, huicautem
Jurisdictioni Nostræ Regiæ quoad infra
scripta recognoscenda attinet, se subjiciendo
et incorporando palam, liberé ac benevolé
recognoverunt et præsentibus recogno:
scunt. Quòd Ipsi Contractum certum Re:
signatorium hic Varsaviæ Die hodierna
in actu contenta intuitu Resignationis
Bonorum hæreditariorum Rusha Wies,
Przysada, Bukowina, Potchowy, Utrata,
Stona cum Zuppa et Slirnica in Palati:
natu Russiæ, Terra Sanocensi consisten:
tium aliorumq; in eodem contentorum
mutuò et abinvicem inter se Recognoscentes

initum et conscriptum, manibûs sui Reco:
gnoscentium propriûs Subscriptum, Dannisq
Terrestribûs firmatum in omnibus ejus:
dem Contractus Conditionibus, punctis
clausulis, articulis, nexibus, Foro et liga:
mentis approbârunt, confirmârunt robo:
vârunt et ratificârunt, prout quidem per
presentem ad acta hac comparitionem
approbant, confirmant, roborant, et ratifi:
cant, eidemq Contractui tam in toto quam
in quavis minima parte secum suis Suc:
cessoribus Satisfacere Submittunt pre:
sentibûsq Declarât. Jdque Sub Damnis
Terrestribus Simplici verbo absq Jura:
mento Corporali taxandis et Edicendis.
Pro quibus quidem Damnis Terrestribus
taliter ut premissum est, taxatis et edi:
ctis in casu alicujus Contraventionis
Citata existens Pars aliqua Contraveniens,
per Partem eundem Contractum in toto
tenentem et complentem seu Ejus Succes:
sores, coram Judicio Tribunalis Regni
Lublinensis, Semotis omnibûs Juris dif:
fugiis et exceptionibûs, Suis cum Succes:
soribus respondebit peremptorie cum
recessu. His Eorum personalibûs Reco:
gnitionibus ad premissa mediantibûs.
Aliàs in forma Inscriptionis Roboratoriæ
de Jure plenissima et perfectissima. Pro
majori verò firmitate manibûs propriis
se Subscripserunt. Ewa Szembekowa K.W.K.
Josephus Mlocki C.Z. mp. Quam ejus
modi Inscriptionem Roboratoriam Sic

ut premissum factam et recognitam Nos firmam ac de jure validam haberi volen-
tes eandem ad acta presentia suscipi, in-
scribi et ex ijdem fideliter descriptam
Parti postulanti authentice extradi per-
misimus. In quorum fidem &c Actum ut supra.

Donat Bona sua propria et hereditaria
Russia Wies, Przysada, Buhowina, Pol-
chowy, Utrata, Stona cum Zuppa et Ali-
unica vocitata, in Palatinatu Russiæ
Terra Sanocensi sita, Gnōrus Mtochi
Zacroumen &c. Capitaneus, Magnifice
Eva Szembekowa Vidua.

Augustus Tertius &c.
Significamus &c. Quod coram actis presen-
tibus Metrices Regni Cancellariæ nostræ
Minoris comparens personaliter Gnōrus
Josephus de Mtocho Mtochi Zacroumen
Serocen &c Capitaneus, sanus mente et
corpore existens, recedendo à Foro, Terris
et Jurisdictionibus Suis quibusvis propriis
huic autem Jurisdictioni Nostræ Regiæ
quo ad infrascripta recognoscenda attinet
te subjiciendo et incorporando palam, libe-
re ac benevole recognovit et presentibus
recognovit. Quia Ipse instēndo Contractui
occasione Resignationis Bonorum Hære-
ditariorum Ruska Wies, Przysada, Buho-
wina Polchowy, Utrata, Stona cum Zuppa,
et Slivnica in Palatinatu Russiæ, Terra
Sanocensi Sitorum et jacentium, hic Var-
saviæ Die hodierna in actu contenta,

inter se Recognoscentem ab una, et Magni:
ficam Evam de Leszczynska olim mgfici
Joannis Szembek Supremi Regni Cancel:
larii Consortem derelictam Viduam par:
te ab altera conscripto, actis præsentibus
roborato, jam exnunc et defacto Eidem
Magnifice Dne de Leszczynska Szem:
bekowa Vidue, Ipsiusq; legitimis Succes:
soribus, Bona eadem sua Superius men:
tionata propria hereditaria et obligatoria
Ruska Wies, Przysada, Bukowina, Pot:
chowy, Utrata, Stona cum Zuppa et
Sliwnica in Palatinatu Russiæ, Terra
Sanocensi Sita et jacentia, cum omni
et integro eorundem Bonorum Jure, Do:
minio, proprietate, propinquitate, Situ:
log hereditario, ac omnibus eorundem
Bonorum et Villarum utilitatibus,
usibus fructibus, proventibus, commodis,
et obventionibus, areis, curiis, ædificiis
Structuris quibusvis tam Curialibus
quàm villanis, Hortis, pomariis, agris,
pratis, Campis, Sylvis, Borris, gajis, nemo:
ribus et Indaginibus, rubetis, apibus, api:
steriis, Alvearijs, aquis, Stagnis, Lacubus,
piscinis, piscinulis, Fluvijs, fluminibus,
aquarumvis aquarum decursibus, Mo:
lendinis, aquaticis, et ventoris, eorum
metretis, Molendinatoribus, Tabernis
Tabernatoribus, Braxatorijs, vasis æreis,
et ligneis, Subditis, Cmethonibus, Hortu:
lanis et Inquilinis, tam ad præsens in eisdem
Bonis

Bonis residentibus, quàm profugis, eorum uxoribus, pueris, pecoribus, pecudibus, datis Decimis, Tributis, vigiliis diurnis et nocturnis, cunctaq obedientia et Subditura Ecclesiastica per ipsos prestari solita, Insemi-nationibus omnibus, Inventariis cornu-tis et incornutis, in genere et specie omnibus rebus mobilibus, necnon Jure Patronatûs presentandorum Parochorum, omnibusq attinentiis et pertinentiis, antiquitùs ad eadem Bona spectantibus, nullis penitus exceptis, sed ita late, longe circumferentialiterq prout in suis metis, granicicbus ac limitibus extant et extenduntur, nihil pro se Recognoscente Suisq Successoribus quid-quam Juris et pretensionis reservando seu modõ quôvis excipiendo, dat, donat, confert, inscribit et resignat pura, mera, vera, et irrevocabili Donatione perpetuo ac inavd-Intromissionem in pretacta Bona presen-tibus resignata per Ministerialem Regni Generalem et Nobiles Duos quosvis facilius pro tempore conducendos officiose acce-ptandam libere dat et de facto admittit. Pacem cum tuitione ac Evictione generali cavet et inscribit. Idque Sub Damnis Terre-stribus Simplici verbo absque Juramento corporali taxandis et edicendis in casu alicujus exorti impedimenti et non facte tuitionis et Evictionis ad Solvendum irremissibiliter Succumbendis. Pro quibus quidem Damnis reg ipsa principalitatis existens memoratus Gnõsus Recognoscens

ex Instantia Magnifici Donatarii sui.
sive Ejus Successorum coram Tribunali
Regni Lublinensi tenebitur suis cum
Successoribus recessu suprascripto me-
diante, semper in primo Juris, citationis
termino tanquam peremptorio perempto-
rie stare, Juri parere, respondere, com-
parendo, damna predicta Terrestria
succubita solvere, quibus solutis, nihilo-
minus Inscriptioni sue presenti Dona-
torie intoto satisfacere, ac omne judi-
catum de Jure non exeundo pati absque
omni Dilatione, defensione, exceptione,
prescriptione, protestatione, evasione,
evocatione, motione et appellatione
earumq; modo quovis prosecutione.
Hac sua personali Recognitione ad
premissa mediante. Alias in forma
Inscriptionis Donatorie, Resignatorie,
de Jure plenissima, firmissima et perfe-
ctissima. Pro majori vero firmitate
manu propria se subscripsit. Josephus
Mocki C. Z. mp. Quam ejusmodi inscri-
ptionem Donatoriam et Resignatoriam
sicut premissum factam et recognitam
nos firmam ac de Jure validam haben
volentes, eandem ad acta presentia
suscipi, inscribi, et ex ijsdem fideliter
descriptam Parti postulanti authen-
tice extradi permisimus. In quorum
Fidem &c. Actum ut supra.

Donat Palatium Biecierskich
et Fundus

et Fundum Duninowski dicto Mścica
Szembekowa Gnoro Mlocki Capitaneo
Zacroczimensi.
Augustus Tertius &c
Significamus &: Quod coram Actis presentibus
Metrices Regni Cancellaria Nostre Minoris
Comparens personaliter Magnifica Eva de
Leszczynskie olim Mścici Joannis Szembek
Supremi Regni Cancellarii Consors relicta
Vidua, sana mente et corpore existens rece:
dendo a Foro, Terris, et Jurisdictionibus
Suis quibusvis propriis, huic autem Juris:
dictioni Nostre Regie, quo ad infrascripta
recognoscenda attinet, se subjiciendo et in:
corporando palam, libere ac benevole reco:
gnovit et presentibus recognovit. Quia
Ipsa vigore Contractus Resignatorii inter se
Recognoscentem ab una, et Generosum Jose:
phum Mlocki Zacroczimensem, Serocensem &c.
Capitaneum parte ab altera hic Varsavie
Die hodierna in actu contenta initi et conclusi,
Manibus propriis Subscripti et Actis presen:
tibus roborati, jam ex nunc et de facto pre:
dicto Generoso Josepho de Mlocko Mlocki
Zacroczimensi, Serocensi, Capitaneo, Palatino
Cieciersii dictum, in longa Platea inter
Palatium quondam Osolinskich ab una,
et Monasterium Religiosarum ac Deodi:
catarum Virginum Ordinis Stæ Brigitte
parte ex altera, situm et consistens, ac
Fundum Duninowski vocitatum in Nova
Civitate existentem, Sua propria et hare:
ditaria cum omnibus Edificiis, Structuris

et Jurisdictionibus ac integro Jure suo,
proprietate, propinquitate, Titulo Hære-
ditario, ac omnibus ejusdem Palatii adhi-
nentiis et pertinentiis, usibus, fructibus
proventibus, obventionibus, ac quibuscun-
emolumentis, commodis ad idem Palatium
ac Fundum Duninowski vocitatum ex
antiquo spectantibus, ita late, longe cir-
cumferentialiterq prout tam hocce Pala-
tium Ciecierskich dictum, quam Fundus
Duninowski nominatus extant et extendun-
tur, extareq et extendi debent, nihil sibi Re-
cognoscenti suisq Successoribus quidquam
Juris aut cujuscunq pretensionis reservando
seu modô quôvis excipiendo, dat, donat, con-
fert, inscribit et resignat pura, mera, vera,
et irrevocabili Donatione perpetuò ac in
evum. Intromissionemq Ipsi in pretactum
Palatium ac Fundum præsentibus resignato
per Ministerialem Regni Generalem quemvis
et Nobiles duos quosvis faciliùs pro tem-
pore conducendos officiosè acceptandam
cum actuali et paufica possessione libere
dat defactoq admittit. Submittitq se pre-
terea eadem Magnifica Recognoscens, ac
de Bonis suis generaliter omnibus inscribit,
eundem Generosum Donatarium Suum
et Eius Successores ab omnibus impedimen-
tis Juridicis et extrajuridicis acquibuscun-
pretensionibus omnium et singularum
Personarum propinquarum et remotarum
cujuscunq Statûs, Sexûs et Conditionis
existentium, tum Inscriptionibus omni-
bus prioribus, et posterioribus, debitis

vinculis

vinculis et oneribus, si quæ sint aut fu:
erint: / tueri, defendere, evincere, eliberare
et intercedere, indemnemq' semper ipsum
et Ejus Successores reddere. Idque sub Da:
mnis Terrestribus Simplicii verbo absq'
Juramento Corporali taxandis et edicen:
dis in casu alicujus exorti impedimenti
et non factæ Traditionis et Evictionis irre:
missibiliter ad solvendum succumbendis.
Pro quibus quidem Damnis Terrestribus
taliter exinde succubitis citata existens
pradicta Magnifica Recognoscens, coram
Tribunali Regni Lublinensi, semotis o:
mnibus Juris diffugiis responderetene:
bitur. Hac sua personali Recognitione
ad præmissa mediante. Aliàs informa Do:
nationis, Resignationis et Evictionis de
Jure plenissima et perfectissima firmissima
Pro majori vero firmitate manu propria
se subscripsit. Ewa Szembekowa. H. W. K.
Quam ejus modi Inscriptionem Donatoriam
et Resignatoriam sicut præmissum factam
et recognitam Nos firmam ac de Jure vali:
dam haberi volentes eandem ad Acta præ:
sentia Suscipi, inscribi et ex ijsdem fideliter
descriptam Parti postulanti Authentice ex:
tradi permisimus. In quorum fidem &c:
Actum Varsaviæ ut supra.

Die et Anno Josephus Mlocki Capi:
taneus Zakroczimen. Mficam Szembekowa
viduam de Summa 300000. Flor. Polon.
pro pretio Bonorum Rusiec Wieś cum
attinentiis proveniente.

Augustus Tertius &c.
Significamus &c: Quòd coram actis Metrices
Regni Cancellariæ nostræ Minoris comparens
personaliter Generosus Josephus M.ti Ochi Za-
crocziniensis, Seroczensisq; Capitaneus, Sanus
mente et corpore existens, recedendo à Foro,
Terris et Jurisdictionibus Suis quibusvis
propriis, huic autem Jurisdictioni Nostræ
Regiæ, quò ad infrascripta recognoscenda
attinet, se subjiciendo et incorporando,
palam, libere, ac benevole recognovit et
præsentibûs recognovit. Quòd Ipse Magni-
ficam Evam de Leszczynskie Szembekowa olim
Magnifici Joannis Szembek Supremi Regni
Cancellarii Consortem relictam Viduam, ejus-
legitimos Successores, jam exnunc et de facto
de Summa Trecentorum Millium Florenor.
Polonicalium pro pretio Bonorum Ruska
Wieś cum attinentiis in Palatinatu Russiæ,
Terra vero Sanocensi consistent, constituta
Contractuq; Resignatorio hic Varsaviæ die
hodierna in actu expressa, inter se Recogno-
scentem ab una, atq; Supradictam Mficam
Evam de Leszczyńskie Szembekowa parte
ab altera inito, et conscripto, manibûs
suis subscripto, et Sigillis gentilitiis com-
munito, actisq; præsentibûs roborato, ad
solvendum determinata, tum de ipsomet
eodem Contractu Resignatorio, quò ad
eandem duntaxat Summam se referente,
ejusq; contentis et ligamentis, ob præsti-
tam sibi Recognoscenti sufficientem sa-
tisfactionem, quietat, emittit, liberam
absolutamq; cum Successoribus Ejus facit et
pronuntiat, Supradictum punctum Contractus

quo ad

quo ad eandem Summam Trecentorum Flo:
renorum Polonicalium, nunc exsolutam se refe:
rens, nihil sibi quidquam Juris aut cujusvis
pretensionis reservando, seu modo quovis
excipiendo, tollit, cassat, mortificat et an:
nihilat perpetuo ac in æwum. Hac sua per:
sonali Recognitione ad præmissa medi:
ante. Alias in forma Inscriptionis Qui:
tatoriæ de Jure plenissima, firmissima
et perfectissima. Pro majori vero firmitate
manu propria se subscripsit. Josephus
Mocki C. Z. mp. Quam ejusmodi Inscripti:
onem Quietatoriam sicut præmissum fa:
ctam et recognitam Nos firmam ac de Jure
validam haberi volentes, eandem ad Acta
præsentia suscipi, inscribi, et ex ijsdem
Fideliter descriptam Parti postulanti
Authentice extradi permisimus. In
quorum Fidem &c Actum Varsaviæ ut supra

Constituit Plenipotentem Magnifica
Szembekowa Vidua Gnoskim Gaspard ow
Kruszewski.

Augustus Tertius &c
Significamus &c Quod coram Actis præ:
sentibus Metrices Regni Cancellari &
Nostræ Minoris comparens personaliter
Magnifica Eva de Leszczynskie olim Ma:
gnifici Joannis Szembek Supremi Regni
Cancellarii Consors relicta Vidua Sana
mente et Corpore existens, recedendo

à Foro, Terris et Jurisdictionibus suis
quibusvis propriis, huic autem Jurisdictioni
Nostra Regiæ, quò ad infrascripta recogno:
scenda adinet, se subjiciendo et incorporan:
do, palam, liberé ac benevolé recognovit
et præsentibus recognoscit. Quia Ipsa in
suum, verum, legitimum et indubitatum
Plenipotentem Generosum Gasparum Kru:
szewski eligit, constituit, inscribit et So:
lenniter ordinat. Dans et concedens eidem
plenariam facultatem, omnimodamque
potestatem nomine et favore suæ Ma:
gnificæ Principalis Constituentis, in Bona
Ruslia Wies, Przysada, Buhowina, Pot:
chowy, Utrata, Stona cum Zuppa, et Sli:
wnica in Palatinatu Russiæ, Terra Sano:
censi sita, et jacentia, per se Recognoscen:
tem à Generoso Josepho Mlocki Capitaneo
Zacroczimensi vigore Donationis coram
Actis præsentibus Die hodierna in actu
specificata factæ et recognitæ, acquisita,
Intromissionem acceptandi, eademq; Bona
cum omnibus attinentiis et pertinentiis
in possessionem actualem Magnificæ
Sui dem Principalis nioderna Constituentis
recipiendi, Inventaria rerum mobilium
cujuscunq; generis et speciei fuerint, con:
scribendi, Controversias quasvis, si quæ
in ijsdem Bonis, ad capiendam pacifi:
cam possessionem per quemcunq; oppone:
rentur Sopiendi et componendi, cæteraq;
omnia quæ ad perfectè peragendum idem

negotiũ

negotium spectare et pertinere videbuntur
pro Commodo et utilitate Sue Constituentis
agendi et exequendi. Cavens et promittens
se id totum quidquid per dictum Plenipoten:
tem legitime et Juridice actum, gestum,
constitutumq fuerit, pro rato, grato, et va:
lido Susceptura. Hac sua personali Re:
cognitione ad premissa mediante. Proma:
jori vero firmitate manu propria se subscri:
psit. Eva Szembekowa K. W. K. Quam
ejusmodi Plenipotentiam sicut premissum
factam et recognitam nos firmam ac de
Jure validam haberi volentes, eandem ad
Acta praesentia Suscipi, inscribi, et ex ijsdem
fideliter descriptam Parti postulanti au:
thentice extradi permisimus. Inquorum
Fidem &c.

Oblata Confirmationis Fundati:
onis Academiæ Zamoyscensis.

Augustus Tertius &c
Significamus &c: Quod coram Actis pra:
sentibus Metrices Regni Cancellaria
nostra Minoris comparens personaliter
Venerabilis M. Clemens Podziomkiewicz
S.æ Theologiæ Doctor et Professor, Canonicus
Zamoyscensis obtulit ad acticandum
Actisq ijsdem ingrossandum Literas par:
ganeas Confirmationem Fundationis
Academiæ Zamoyscensis in se continen:
tes, manu Serenissimi Divæ memoriæ

Joannis Casimiri Regis et Praedecessoris Nostri
subscriptas et Sigillo pensili Majoris Cancel-
lariæ Regni communitas, sanas, salvas et illæ-
sas, omnigq; suspicionis nota carentes tenoris
sequentis = Joannes Casimirus Dei Gratiâ
Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithvaniæ, Russiæ,
Prussiæ, Masoviæ, Samogitiæ, Livoniæ, Smo-
lensciæ, Czerniechoviæq; necnon Sveconum
Gothorum Vandalorumq; Hæreditarius Rex.
Notum facimus universis et singulis præ-
sentis et futuri ævi hominibus horum noti-
tiam habituris. Productas esse coram nobis
Literas papyreas ex Actis Castri Premyslien-
sub Sigillo ejusdem depromptas manu
Generosi Matthiæ Stanislai Ustrzycki
de Unichow Subjudicis Terræ Sanocensis
et Vicecapitanei Premyslien. subscriptas,
Fundationem Academiæ Zamoscensis
in se continent, Sanas Salvas, omnigq; suspi-
cione carentes, Supplicatumq; Nobis, ut
eas dem de plenitudine Potestatis Nostræ,
approbare, confirmare, et ratificare digna-
remur. Quarum quidem Literarum tenor
sequitur ejusmodi: Actum in Castro Premy-
slensi Feriâ Quintâ post Dominicam Oculi
Quadragesimalem proximâ Annô Domini
millesimo Sexcentesimo Sexagesimo Primô.
Ad Officium Actaq; præsentia Castrensia
Capitanealia Premysliensia personaliter
veniens Nobilis Joannes Samuel Brzezicki
obtulit eidem Officio præsenti et ad acti-
candum porrexit Literas pargameneas

Confir-

Confirmationis Serenissimi olim Divae memoriae Sigismundi Regis Poloniae Fundationis certae per Illustrem et Magnificum olim Joannem Zamoyski Supremum Cancellarium et Exercituum Regni Poloniae Generalem, Super Erectionem Academiae in civitate Zamoyscensi collatae, manu ejusdem olim Sacrae Regiae Mttis subscriptas et Sigillo in appensis funiculis communitas, ad cujus affectationem, oblationemq; personalem, Officium praesens adhaerendo Juri communi. easdem Literas Confirmationis SRM Mttis Suscepit et Actis suis inscribere demandavit. Quarum tenor qui sequitur talis. Sigismundus Dei Gratiâ Rex Poloniae, Magnus Dux Lithvaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae, Livoniaeq; necnon Sveco-B. rum Gothorum Vandalorumq; Hareditarius Rex. Significamus praesentibus Literis nostris quorum interest universis et singulis. Detulisse ad Nos Illustrem et Magnificum Joannem Zamoyski de Zamosc, Fundationem suae Academiae Zamoscensis, a se magno sumptu conditae, de communi Sententia Reverend Stanislai Gomolinski Episcopi Chelmensis, nominati Luceoriensis, ac Georgii Zamoyski Electi Abbatis Czervenensis, et nominati Episcopi Chelmensis conscriptam, et abjidem atq; a se Subscriptam et obsignatam in hanc Sententiam et his verbis quae sequuntur conceptam. Nos Stanislaus Gomolinski Dei Gratiâ Episcopus Chelmen-

mensis et Nominatus Luceoriensis universis
et singulis quorum interest hisce nostris
præsentibus significamus, testatumq; per-
petuis ætatum omnium temporibus esse
volumus. Cum Illrmus et Mficus Dnus
Joannes Zamoyski de Zamoscie nobiscum
egisset, ut quæ ad Academiam Zamoscensem
liberalitate Suâ Stabili Censu instruendam
pertinerent, ea communi sententiâ consti-
tueremus, literisq; mandaremus, Subscri-
ptione manus Nostræ et Sigilli appensione
communita, laudatissimum negotium et
ad maximum fructum totius Reipublicæ
redundaturum, nos magnopere approba-
visse et quam à Nobis operam postulavis-
set, Vir ad optimè merendum de Patria
sua natus, eam Nos præstitisse, est autem
in hæc verba Fundatio Ejus Academiæ con-
scripta. In Nomine Domini Amen. Ad
perpetuam rei memoriam. Joannes Za-
moyski Regni Poloniæ Supremus Cancella-
rius et Exercituum generalis, Belzensis,
Maridburgensis, Derpatens, Knyszynens,
Miedzyrecens, Grodecens, Javoroviensisq; &
Capitaneus. Universis et singulis quo-
rum interest significo. Cùm omnes ho-
mines primùm quidem Principi Deo cun-
ctarum rerum Clementissimo Procreatori,
sua omnia debeant, secundò verò loco ei
Patriæ in qua progeniti lucem aspexerunt,
maximè sint obstricti, æquissimum esse,
ut secundùm Religionem, cultumque

Divinum

Divinum, pietatem quoque suam erga Pa-
triam omni grato animo declarent. Ani-
madvertens igitur quam uberes fructus in
Patriam universam ex instituta et rectis
bonis artibus expolita juventute redundent,
cum etas excipiat etatem, et tales sole-
ant esse Respublice, cujusmodi sunt mores
et institutio Civium, propterea in civitate
mea Nova Zamoscie Academiam extrui.
Quod quidem longe fructuosissimum propo-
situm, ut ipse Successores q mei perpetuo
tenere possint, dono huic eidem Academie
Jure perpetuitatis Villam dictam Bubo-
wina in Terra Premysliensi et Districtu
Prevorscensi consistentem. Mille Florenorum
proventus, erudiende autem Juventutis hos-
ce Doctores esse volo, unum juris Civilis, al-
terum Juris Polonici, tertium Philosophie,
de vita et moribus ac re Civili, Quartum
Phisices et medicine, Quintum Logice,
et Metaphisice, Sextum mathematice,
Septimum Rhetorice, equali Ducentorum
Triginta florenorum annuo in singulos
Stipendio, Octavum Professorem Elemen-
tarium Philosophie ac Rhetorice, huma-
niorum Literarum, Centum Quinqua-
ginta Florenorum, nonum Prosodie ac Syn-
taxis Centum Triginta Florenorum, po-
stremum Analogie et Orthographie,
Centum Triginta Florenorum Salario.
Qui quidem Artes et Disciplinas cura-
tione tradent. Inprimis Analogie

et Orthographia Praeceptor, traditos sibi Ty-
runculos, Alphabeto Polonico à Kochanovio
composito horâ nonâ instruet, postea Grae-
cum et Latinum proponet, maximeq; in
id incumbet, ut à teneris annis rectè
singulas Artes, earumq; vim nosse, Syllabas
vincire, accentum observare, discant, simul
faciliora vocabula rerum vulgarium, tam
Graeca quàm Latina ex puris Authoribus
decerpta illis inurngat. Ita deinde instru-
ctis, Latinam D. Augustini et Donati Gram-
maticam horâ Octavâ leget, Declinatio-
nes et Conjugationes Graecas et Latinas,
ac Graecas primùm communi formâ, et
dialecto, deinde circumflexas et aliis Di-
alectis et Graeca Analogiae praecepta ex
Gaza et Lascare decerpta, tum rerum gra-
vium vocabula Graeca et Latina eisdem
tradet. Diebus autem Festis Orationem
Dominicam, Salutationem Angelicam
Decalogum Symbolorum Apostolorum
Graecè et Latinè et mane et vespere cum
Puerili Cathechismo pro captu ipsorum
exponet. Prosodiae et Syntaxis Magister
horâ nonâ ante meridiem utriusque
Linguae Syntaxim, Sententias Ciceronis
et Demosthenis insigniores tradet. Hora
Quartâ pomeridiana, quae mane illis
proposita fuerint, repetent, nomina
verbaq; inflectent, Sententias et narra-
tiunculas morales Graecè et Latinè di-
scent, Horâ Octavâ ante meridiem Syn-
taxi eruditos Praecepta Prosodiae Graecè

et Latinè

et Latinè docebit, Epigrammata Græca ex An-
tologio, aliqua Latina ex Catullo et Martiale,
et Comœdiam aliquam Terentii illis inter-
pretabitur, versus metientur, interrogatiq
legibus artis respondebunt. Horâ Tertiâ 3ª
pomeridianâ Syntaxi et Prosodiâ eodem
modo exercebuntur, Ciceronis Epistolas
faciliores et ex Volumine Epistolarum
Græcarum aliquas audient, reliquum
temporis repetitionibus, argumentis
componendis et curæ corporis tribuent.
Diebus Festis reliquum Catholici Cathe-
ismi in primordiorum Philosophiæ et ar-
tis Dicendi Professor, figuras Verborum
et Sententiarum, Progimnasmata Aphto-
nii et Rhetoricam ad Herennium horâ Se-
ptimâ antemeridianâ explicabit, eaque
exemplis Græcis, Latinis, Polonicis illustra-
bit. Horâ pomeridianâ Secundâ, Oratione
pro Archia Poeta et pro Q. Ligario, post
Justini Historiam, ad res usq; Græcorum
et Macedonum, Ciceronis Librum Acade-
mic', primum Argumenta Discipulis su-
is apta Doctrinæ proponet, ut Stylum
et Orationem juxta præscriptum Aphtonii
exerceant. Mathematices Professor Horâ
Decimâ antemeridianâ Logisticem gemmæ
Frisij post Elementa Geometriæ Euclidis,
alternis diebus Mellæ Cosmographiam
docebit. Horâ primâ pomeridianâ Bælli
Arythmeticam et Musicam a Procli
Sphæram vel Sacroboscani, Arati Phæno-

mena

mana et Theoricas Planetarum Peubarchii,
Caniculatibus diebus deambulando cum
Nobili Juventute, metiendarum magnitu-
dinum periculum faciet. Logices et Metha-
physices Doctor Libros Logicæ Aristotelis
alios mane, alios vespere explicabit. Ex
tremum verò Elenchorum Canicula vigente
Dialecticis Juventuti imbutæ methaphi-
sica, deinde Aristotelis et Parmenion
Platonis legat matutino tempore, pome-
ridiano Dialecticam Stoicorum aperiat,
et Ciceronis Lucullum interpretetur.
Diebus Festis Epitomen Confessionis Ho-
sii Philosophiæ naturalis et Medicinæ
Professor. Horâ Octavâ antemeridiem
Descriptionis Universæ Physicæ Jacobi
Carpentarii Libros, tam prioris quam
posterioris Partis interpretabitur, post
verò Artem parvam Galleni, cum etiam
Nobilis hominis interesit Corporis sui no-
titiam habere, Artis q' medicinæ Summa
scire, Horâ 4tâ pomeridiana Librum
secundum Ciceronis de natura Deorum
Eloquentiæ seu dicendi Doctor hora Se-
ptima antemeridiana, Aristotelis de
arte dicendi Libros et Hermogenis de
Statibus Doctrinam, post Ciceronis parti-
tiones, Hermogenis Libros de Ideis dicen-
di et Dionisii Helicarnassei de verborum
compositione explicabit, Oratoremq' ad
Brutum adjunget. Hora pomeridiana
Secundâ Orationes Ciceronis et Demo-

Sthenis

sthenis præcipuas interpretabitur, Ordinem Scriptorum Historiæ Græcæ et Romanæ juxta seriem temporum Auditoribus ostendet, tum Herodoti et Thucydidis, deinde Livii aliquos Libros, perpetuos perleget, et quid in Historiâ suo marte legenda Nobilitas observare debeat, docebit. Imprimis autem dabit operam, ut declamando et scribendo exerceantur. Canicularibus Diebus Locum de Jovis Lib: II. Ciceronis de Oratore, Diebus Festis Sulpitii Severi Historiam explanabit. Ejus verò Philosophiæ, quæ de vita et moribus ac de re Civili tractat, Professor horâ antemeridianâ nonâ Aristotellis Libros ad Nicomachum de moribus Græcè et Latinè interpretabitur. His explicatis Oeconomica Xenophontis et postea Politica Aristotelis docebit, tum generatim Platonis de Legibus Libros tradet. Pomeridianâ verò horâ Tertiâ Ciceronis Libros de Officiis explicabit, secundo loco Sententiam Ciceronis De Republica ex his quæ extant, apud varios Authores Librorum ejus de Republica, reliquis indicabit. Tum L. Ciceronis Libros de petitione Consulatus ad M. Fratrem proponet. Deinceps selectas Epistolas Ciceronis ad Civilem artem maximè pertinentes, de modo Consiliorum, de nobilitatis excellentia, de administrandâ Provinciâ adjunget, sub æstum Caniculæ recreationis causâ Poeticam docebit. Itaque Aristotellis de re Poetica Libros

mane eadem hora explanabit. Post meridiem
verò per annorum vices aliquas Pindari
et Horatii graviores Odas, Homeri aliquem
Librum et Virgilii, tum aliquam Tragœ:
diam Æschilis aut Sophoclis, aut Euripi:
dis aut Senecæ interpretabitur. Juris Pru:
dentiæ Doctor mane leget Institutiones
Justiniani, deinde eaque Pandectis et Codice
continentur breviter comprehendet, inde
aliquos Titulos perpetuos interpretabitur,
post meridiem Jus Feudorum tractabit,
in eoq; Juris Saxonici et Maydeburgensis
à quo fere id fluxit, origines demonstrabit,
tum Jus Saxonum et Maydeburgense compendio
persequetur. Alter verò Institutiones Juris
Polonici exhibebit, Leges Patrias, quæ Statutis
et Constitutionibus continentur, interpreta-
bitur, ac Processus Judiciales formulasque
Cancellariarum docebit, eaque singulis Pro:
fessoribus committuntur, ab ipsi uno Anno
doceri non possunt, multo minus à Discipulis
edisci. Quæ igitur uno Anno non possunt com:
modè perficere, deinceps persequantur Diebus
Saturni quæ per sex priores dies didicerint,
Omnes Omnium professionum et Artium
Discipuli renovabunt, ac extremo cujusvis
mensis Saturni die, quæ per integrum
mensem extremo Anno examinabuntur
et ingenii Specimina exhibebunt, Scripta
sua tam versu, quàm soluta Oratione pro:
ponent, disputabunt, declamabunt, Acti:
onum Romanarum et Atticarum formam
repræsentabunt, ac maximè Judiciorum

Senatus

Senatus, Contionum, Comitiorum, convenientesq' huic instituto veterum Orationes et Contiones, et contrarias quæ in veteribus Libris non extant, à se conceptas, memoriter recitabunt, quotidie suis horis pietati operam dabunt et preces dicent. Cum autem Bona prædictæ Villæ Bukowina alijs Bonis meis vicina sint et continua finibus eorum contenti erunt, Scholasticus et Capitulum Ecclesiæ Resurrectionis Domini et Testis ejus Divi Thomæ Apostoli memoriæ dicatæ, tanquam Directores ac Præsides, ac Rector et Professores Academiæ Zamoscensis, quos ipse terminavero, vel si mihi humanitus aliquid accidet, Tutores Filii mei à me constituti et inscripti terminabunt. De conferendis Sacerdotijs Professoribus ac Vicarijs in Fundatione Ecclesiæ ejusdem præscripsi. De ijs verò Professoribus, qui vitam Secularem malent, ita Statuo, ut quemadmodum aliorum mihi Successoribusque meis deservientium, in assignandis tandisq' Advocatijs ratio haberi debet, ita etiam Professorum habeatur. Quod attinet ad Controversias et crimina quæ acciderit patrari et moveri à Professoribus et Discipulis ejus Academiæ ita cognoscendum, judicandumve Statuo, ut primum Professores de omnibus Controversijs inter se, et Cives Zamoscenses ac alios quosvis Scholasticos Ecclesiæ præfatæ Zamoscensis judicentur, adhibitis in Consilium Prælatis et Canonicis qui adesse poterunt, Discipuli à Rectore illorum judicabuntur, à Quo

appellandi Scholastici Jus erit, Si à Scholasti-
co Justitia obtineri non poterit, pro ratione
Controversiarum Nobiles ab illis, quibus
obligati erunt, vel damna dederint, ad Fora
Nobilitatis competentia citabuntur, Plebei
Judicio legitimo Civili ad satisfaciendum
compellentur. In Criminibus prosequendis
Fora in Jure communi Regni descripta
observanda, et Ordinaria Regni ratio te-
nenda est. De recentibus violentiis inferi-
tate per Nobiles patratis, juxta Statuti
Dispositionem cum Officio Civili Officium
Castrense Crasnostaviense cognoscet et ju-
dicabit. De Plebejorum verò facinoribus
ac Criminibus Magistratus Civilis, aliàs
juxta Dispositionem Juris communis Re-
gni, Scholasticus nunc quidem is erit,
quem ipse delegero, post eum delegetur,
ratione præscripta in Fundatione Ecclesiæ
Supramemorata ex Professoribus Vir doctus
et emeritus, honestis præditus moribus
et existimatione, Theologo et Juris Cano-
nici Doctori Stipendia Annua Dominus
Nominatus Episcopus Chelmensis et Ele-
ctus Abbas Czervenen., Georgius Zamoyski
justa Stabiliag, quæ pietas ejus est, consti-
tuet. Cujus promissi ipsius talis est ab
eodem prodita descriptio: Georgius Za-
moyski Nominatus Episcopus Chelmensis
et Electus Abbas Czervenensis. Univer-
sis et Singulis quorum interest Significo
me secutum Illustrissimi Domini de

me

me optime meriti Joannis Zamoyski de Za-
moscie Supremi Regni Cancellarii et Exercituũ
Ducis, pietatem in Patriam Suam atque in Rem-
publicam universam, omnem daturum ope-
ram, ut certam eamq; perpetuam duobus Do-
ctoribus Pensionem, videlicet Theologo et
Juris Canonici Doctori constituam, deque
ea Jure caveam. Qui quidem Doctores in
Academia Zamoscensi, uterq; Professionem
Scientiæ, doctrinæq; suæ, quo poterunt accu-
ratissimo Studio obibunt. Cum altera harũ
quæ Theologiæ est, ad firmandam fidem Ca-
tholicam, Hæreticorq; revinciendos pertine-
at, altera quæ ad vitam et ordinem et Ju-
risdictionem rem̃q; omnem Ecclesiasticã
et Spiritualem agendam, tractandam,
administrandamq; spectent, contineat. Quod
me facturum esse præsenti meo Scripto
promitto et Spondeo, et manus meæ Sub-
scriptione, ac Sigilli appositione confirmo.
Datum Zamoscii Die V.ª Mensis Julii.
Annô Domini MDC.º Quod verò ad reli-
quos omnes Professores attinet, ex Bukovi-
nâ Villa proventu Salaria sua accipient.
Qui quidem proventus si ad integram Solutionẽ
non poterunt Sufficere, id ex Arca mea depro-
mam et exolvam, donec alia Bona compa-
rabo et pro usu Academiæ adjungam. Quod
si mihi prius aliquid humani contigeret
Tutores Filii mei, ea ex reditibus Bonorum
meorum quamprimum comparabunt, Aca-
demiæq; inscribi curabunt, Sub conditio-
nibus Supradictis Bona Academiæ Scho-

lasticus ex Sententia Capituli administrabit, Professoribus cum Rectore stipendia Statis temporibus admumerabit. Curandum vero erit, idq; summa cura et Studio Scholastico et Rectori Academiæ, ut diligenter lingua Græca et Latina ac Artes Suprascripta do: ceantur, Studiosi in Officio contineantur mo: destiam, tranquillitatem pacem, concordiam, temperantiam, mores ad urbanitatem com: positos musis deditorum propria esse doce: ant, contraria longé ab illis abhorrere, fontem verò hauriendæ comparandæq; Sapientiæ, timo: rem Venerationis plenum, omnia tuentis et Donantis Dei esse. Cum autem "in" omnes par: tes intersit, Bona quæ Supranominatim recensui donavisse me Jure perpetuo Acade: miæ Jamoscensi in Doctores et Magistros, ut firma Stabiliaq; sint, cautum et sancitum esse volo, et caveo Sancioq; ut ne prefatorum Bonorum Bukowina et aliorum quæ à me vel à Tutoribus adjungentur, quidquam ex his Bonis Scholasticus et Capitulum aut Rector cum Academia ulla ratione ullo colore, ab humani ingenii aut perfecto utilitatis loci, necessitatisve specie cu: juscunq; alienent, vendant, commutent, oppignorent, manucipent, ullave obliga: tione obstringant, Successoresq; mei in eam rem Consensum et Episcopus, ne dent, et si quidquam contra atque cavi et sanxi, ausi fuerint attentare, perinde haben: dum decerno, atque ea quæ nullo Jure

facta

facta et ob eam rem irrita habentur, id quod
omnibus Magistratibus, omnibusq; et sin-
gulis Judicibus denuncio, eos vero quos pe-
nes rerum Spiritualium Secularium q;
summa potestas est, per Sacra omnia
perq; Judicem humani generis Dominum
Jesum Cujus hæc omnia Gloriæ dicavi,
obtestor, ut ne Cautionem hanc, Sanctumque
meum infringere tentantibus suffragari as-
sentiri, Authoritatemq; suam addere velint,
tueantur potius et quidquid his Literis com-
plexus sum, sartum tectumve conservent.
Sin minus hæc mea Obtestatio apud illos
valuerit, voco eos ad Summi Judicis Dei
Tribunal. Hanc Donationem eô modô con-
stitutam Academiæ prome, Successoribusq;
meis firmam perpetuoq; ratam futuram
promitto, Sancteq; spondeo, manu mea sub-
scribo, et Sigillum appono, Juribus meis
Directi Dominii ac Successorum meorum
salvis manentibus. Datum Zamorcii
v. Julii MDCo Quod quidem factum cum
sit et Reipublicæ fructuosissimum, et
priscæ pietatis Virorum laudatissimam
Consuetudinem renovet, qui nobis templa,
qui Academias, qui alia præclara reli-
querunt, faciendum omnino putavimus,
ut Subscriberemus ejusmodi Fundationi
Academiæ, Deo Optimo Maximo gratias
agentes immortales, qui difficillimis
et pene extremis temporibus, cum vetus
pietas relanguit et vana errorum genera
proseminata radices agant, habeat suos

quorum Studia propagandæ pietatis Sud ex:
citandarum bonarum artium Catholico
ritu morum instituendorum, Juventutisq
erudiendæ laudabili cupiditate et Sacro:
sancto amore succendat. Subscribo igitur
et Authoritate Episcopali comprobo et
Sacrosanctè servanda perpetuo confir:
mo, Sigillumq meum appono. Zamo:
scii v^a Julii M D C^o Supplicatum
deinde Nobis ab eodem est, ut Funda:
tionem eam, Authoritate Nostra Re:
giâ confirmaremus. Visa nobis est
res Summa laude digna, et caritatis
in rempublicam singularis, cujus ma:
ximum fundamentum est recte et
ordine Juventus erudita, ad utrumq
Reipublicæ tempus, Pacis et belli, cum
Salute et dignitate administrandum,
siquidem ex eruditione et disciplina eo
modo quo hic descriptam perspeximus,
instituta efflorescit pia et vera Sapientia
totius felicitatis Rerumpublicarum
fœcundissima Parens et Ejusdem incor:
ruptissima custos. Assensimus itaq
justæ Supplicationi, Authoritate Nrâ
Regiâ præsentibus Nostris Literis
Fundationem Academiæ Zamoscensis
confirmamus, Jura, Immunitates et
Privilegia Academiarum tribuimus
Bona Terrestria Donata illi et Donanda
illi ac Scholastico et Capitulo tanquam
Directoribus et Præsidibus et Rectoribus
Professoribq

Professoribus juxta atque Nobilitas possidet, po-
testatem facimus, possidendi, tuendiq́ Id
quod omnibus et singulis praesertim Magi-
stratibus, Judicibusq́ Regni Nostri omnium
Ordinum denunciamus, tum pro Regia No-
stra Authoritate mandamus, ut quae fun-
datio ista Academiae Zamoscensis sigilla-
tim in se complectitur, omnia et singula
integré sine ulla derogatione ita teneant-
tur et observentur, quemadmodum sunt
verbis Sententiisq́ descripta. In cujus
rei fidem praesentes manu Nostra Sub-
scriptas Sigillo Regni Nostri consignari
jussimus. Datum in Castris ad Koken-
hausium XXII. Septembris Anno Domini
MDCI^o Regnorum Nostrorum Poloniae
XLV° Sveciae Anno VIII° Sigismundus
Rex Locus Sigilli appensi in funiculis.
Post quarum Literarum Confirmationis
Sacrae Regiae Majestatis ingrossationem,
Originale earundem idem Suprascriptus
offerens ab Officio praesenti recepit, deque
recepto hoc Officium quietavit. Matthi-
as Stanislaus Ustrzycki de Unichow Sub-
judex Terrae Sanocensis, Vicecapitaneus
Premysliensis. Locus sigilli. Correxit
Kleczynski. Nos itaque Joannes
Casimirus Rex, cum nisi huic ce-
lebri oraculo Sapientiae, pro votis ac
desideriis, quantum ad integritatem
ejus justis, Paterne faveamus, Sané
Regum et Principum inde Majestatis
Potentiam Stabiliri, Regnorum inde

promanare felicitatem, inde perennare
tranquillitatem, resque nostras incon:
cusse stare, excluderemus, Supplicati:
onem igitur prefatam benigno complexi
sinu, hanc prædinsertam Academiæ Za:
moscensis Fundationem et in ea omnia
Instituta, Jura, Libertates, Immuni:
tates, Donationes, Conditiones, nexus,
ligamenta, in toto et in quavis parte
approbavimus, confirmavimus et rati:
ficavimus, eamque Academiam Za:
moscensem in Patrocinium nostrum
Regium, atque totius Reipublicæ, ad
normam Academiæ Cracoviensis, cum
omnibus ejus Privilegiis, immunitati:
bus, Gratiisq' tam à Sancta Sede Apostolica,
quam à Sereniss:mis Prædecessoribus No:
stris, universitati ac Singulis Personis
in ea largitis Suscepimus, assumpsimus,
et adoptavimus, prout quidem approba:
mus, confirmamus, ratificamus Susci:
pimus, assumimus et adoptamus, omnesq'
defectus ex plenitudine Potestatis No:
stræ Supplemus præsenti Privilegio No:
stro. Decernentes illud vim et robur
debita ac perpetuæ firmitatis in ævum
obtinere debere. In cujus rei fidem præsen:
tes manu nostra subscriptas Sigillo Regni
appenso muniri jussimus. Datum Var:
saviæ Die XXII: mensis Maji. Anno Do:
mini MDCLXVI: Regnorum Nostrorum
Poloniæ XVII. Sveciæ verò XVIII. Anno.

Joannes

Joannes Casimirus Rex. Confirmatio Fundationis Academiæ Zamoscensis Locus Sigilli pensilis Majoris Cancellariæ Regni. Steph̃s Hanbieuic Secr̃s Reg̃æ Mtis nr̃æ Quas ejusmodi Literas pargameneas Originales Supradescriptas, sicut premissum per Oblatam porrectas, Nos ad Acta præsentia Suscipi, inscribi et ex ijdem fideliter descriptas Parti postulanti authentice extradi, Originale verò Offerenti restitui permisimus, Debuo recepto, sibiq́ restituto Cancellariam quietavit, quietatq́ præsentibus et pro majori fide manu propria se subscripsit. M. Clemens Podziomkiewicz Sr̃æ Theĉ Doctor et Professor Canonicus Zamoscenq. Actum Varsaviæ ut supra.

Actum Varsaviæ Feriâ Tertiâ post Festum Sanctissimæ et Individuæ Trinitatis proximâ Die scilicet Decima nonâ Mensis Maji Annô Domini Millesimo Septingentesimo Sexagesimo Primô. Regni verò Nostri XXVIII Annô.

Ad Relationem Illr̃mi Excellm̃i et Rm̃i Dñi Episcopi Premysliens̃ Procancellarii Regni.

Constituit Plenipotentes Gn̄osus Joachimus de Raciborsko Morstyn Castellanides Visliciensis.

Augustus Tertius &c.

Significamus &c: Quòd coram Actis præsentibus Metrices Regni Cancellariæ Nostræ Minoris

comparens personaliter Generosus Joachimus
de Raciborsko Morstyn Castellanides Vilie:
ciensis, sanus mente et corpore existens,
recedendo à Foro, Terris et Jurisdictionibus
suis quibusvis propriis, huic autem Juris:
dictioni Nostræ Regiæ, quo ad infrascripta
recognoscenda attinet, se subjiciendo et in:
corporando, palam, libere, ac benevole reco:
gnovit et præsentibus recognoscit. Quia
Ipse suo et Generosæ Ursulæ Morstyno:
vna Virginis innuptæ Sororis suæ ger:
manæ nomine &c. pro cujus ratihabitione
pacem cavet &c. in veros, legitimos, Speciales
et indubitatos Plenipotentes Generosos
Lucam Kozłowski Secretarium Nostrum, *
Michaelem Wegrzecki, Christophorum
Stomczenski Sochaczoviensem, ejusdem
nominis Arciszewski Varsavien: Burgra:
bios, * Jacobum Rzechowski Burgrabium
Varsavien: Florianum Drewnowski, Mi:
chaelem Kamieński, Augustinum Niemiera
Gasparum Wnorowski eligit, constituit,
inscribit, et solenniter ordinat. Dans
et concedens ijdem Plenipotentibus suis
plenariam facultatem et omnimodam
potestatem tam conjunctim quàm divi:
sim, nomine suo et Supradictæ Gnósæ
Sororis suæ Causam et Actionem in
Judiciis Terrestribus Varsaviensibus
instituæ Summæ Octodecem millium
Florenorum Polonicalium ex Actoratu
sui Recognoscentis Gnósi Stanislao

Succa:

Succamerario Posnaniensi et Francisco Gene:
rali in Exercitu Nostro Regni, Fratribus ger:
manis Slurzeuslim institutam, quam
etiam ex Citationibus, à parte adversa
sibi editis inudentem promovendi et at:
tentandi, Comparitiones inscribendi, Conde:
mnationes Super parte Adversa obtinendi,
easdem exequendi, Decreta pro parte Sui Re:
cognoscentis et Generosæ Supradictæ Sororis
Suæ favorabilia acceptandi, à Contrariis
appellandi seu movendi, Appellationes
et Motiones prosequendi, panas Judicia:
rias levandi, de levatis quietandi, execu:
tiones urgendi, Intromissiones in Bona
Citatorum, si opus fuerit, apprehendendi,
aliaq; omnia, quæ ad finalem ejusdem
Causæ et Actionis perfectionem, neces:
saria et opportuna Spectare videbuntur
agendi. Cavens et promittens idem Con:
stituens se hoc totum, quidquid per me:
moratos Gnōsos constitutos Plenipoten:
tes actum, gestumve fuerit, pro rato, gra:
to, et irrevocabili suscepturum. Hac sua
personali Recognitione ad præmissame:
diante. Pro majori verò firmitate manu
propria se subscripsit. Joachim na Rau:
börsteu Morstin mpp Quam ejusmodi
Plenipotentiam Sicut præmissum
factam et recognitam Nos firmam ac de
jure validam haberi volentes eandem ad
Acta præsentia Suscipi, inscribi, et exij:
dem fideliter descriptam Parti postu:
lanti Authentice extradi permisimus. In
quorum fidem &c. Actum ut Supra

Actum Varsaviæ Feriâ
Quartâ pridie Festi Sacra:
tissimi Corporis Christi
Domini Die scilicet Vige:
simâ Mensis Maji Anno
Millesimo Septingentesi:
mô Sexagesimo Primô.
Regni Nostri XXVIII. Anno.

Ad Relationem Illrmi Excellmi et
Rmi Dni Michaelis Comitis de Gra:
now Wodzicki Episcopi Premysliens &c.
Pro Cancellarii Regni.

Roborant Contractum Obligatorium
occasione Sortis hereditariæ in Villa
Grzymno, Gnosus Joannes Dembowski
Capitaneus Bendzinensis ab una, et
Rndus in Christo Pater Antonius Seba:
stianus Dembowski Epus Vladislav
et Pomeraniæ partibus exaltera.

Augustus Tertius &c:
Significamus &c: Quod coram Actis præ:
sentibus Metricem Regni Cancellariæ
nostræ Minoris comparentes persona:
liter Generosus Joannes Dembowski
Capitaneus Bendzinensis, Camerarius
noster, ab una, et Reverendus in Chri:
sto Pater Antonius Sebastianus à
Dembowa Gora Dembowski Episcopus
Vladislaviensis et Pomeraniæ parte
ex altera, Sani mentibus et corporibus
existentes, recedendo à Foro, Terris,
et Juris=

et Jurisdictionibus suis quibusvis propri-
is, huic autem Jurisdictioni Nostre Regiæ
quo ad infrascripta recognoscenda attinet,
se subjiciendo et incorporando palam libe-
re ac benevole recognoverunt et præsenti-
bus recognoscunt. Quia Ipsi Contractui
certum obligatorium occasione Sortis ha-
reditari in Villa Grzywno in Palatinatu
et Districtu Culmensi sita et existentis,
hic Varsaviæ Die nona Mensis et Anni
currentium inter se Recognoscentes
initum et conclusum, manibus propriis
subscriptum et Sigillis communitum
Vadioq Decem Millium et Centum
Florenorum Ruthenicalium firmatum
in omnibus ejusdem Contractus punctis,
clausulis, nexibus, conditionibus et li-
gamentis approbârunt, confirmârunt,
et roborârunt, prout quidem per præsen-
tem ad Acta hac Comparitionem appro-
bant, roborant, confirmant et ratificant,
eidemq Contractui tam in toto, quàm in
quavis minima parte Stare, parere, et
Satisfacere se inscribunt et obligant.
Idq sub Vadio Summæ Decem Millium
et Centum Florenorum Ruthenicalium
in casu eidem Contractui præsentibus
roborato in aliquo contraventionis, præ-
missorumq omnium et singulorum in
eodem contentorum non completionis
per Partem Contravenientem Parti in toto

eundem Contractum tenenti et complenti Jusq
Successoribus luendo et succumbendo. Pro
quo quidem Vadio reg ipsa principali in casu
premissa Contraventionis, citata Pars
aliqua Contraveniens existens, in Foro
Castri Covaloviensis praecisis omnibus
Juris diffugiis, Dilationibus, motionibus,
appellationibus, earumq modo quovis
aut per adcitationes quasvis prosecu-
tionibus, suis cum Successoribus respon-
dere peremptorie stare, juri parere et
omne judicatum ferre debebit et tene-
bitur. His eorum personalibus Recogniti-
onibus ad premissa mediantibus. Alias
in forma Inscriptionis Roboratoriae de
Jure plenissima, firmissima et perfectissima.
Pro majori verò firmitate manu propria
se subscripserunt. Antonius Sebastianus
Dembowski Epus Vladisl et Pomeraniae mpa
Joannes Dembowski Capitaneus Bendzinensis mpp
Quam ejusmodi Inscriptionem Roboratoriam
sicut premissum factam et recognitam
Nos firmam ac de Jure validam haberi
volentes eandem ad Acta praesentia Susci-
pi, inscribi, et ex ijdem fideliter deseri-
ptam Parti postulanti Authentice extradi
permisimus. In quorum fidem &c. Actum
Varsaviae ut Supra.

Inscribit modo Obligatorio Sortem
suam hereditariam in Villa Grzymo
existen

existentem Jnòrus Joannes Dembowski
Capitaneus Bendzinensis Rndo in Christo
Patri Antonio Dembowski Episcopo Vla-
dislaviensi et Pomeraniæ.

Augustus Tertius &c:

Significamus &c: Quòd coram Actis præ-
sentibus Metrices Regni Cancellariæ
Nostræ Minoris comparens personal-
liter Generosus Joannes Dembowski Ca-
pitaneus Bendzinensis, Camerarius
Noster, sanus mente et corpore existens,
recedendo à Foro, Terris et Jurisdictio-
nibus suis quibusvis propriis, huic
autem Jurisdictioni Nostræ Regiæ quò
ad infrascripta recognoscendâ attinet,
se subjiciendo et incorporando, palam
libere ac benevolè recognovit. Quia
Ipse Reverendo in Christo Patri Antonio
Sebastiano Dembowski Episcopo Vladi-
slaviensi et Pomeraniæ, ejusq Succedane-
is Episcopis Vladislaviensibus, Sortem
Suam hereditariam Mansos Octo in se
continentem in Villa Grzywno in Pala-
tinatu et Districtu Culmensi sitam,
et jacentem, sibi à Generosis Francisco
et Marianna de Owidzie Dąbrowskie
Anno præteritò 1760mo coram Officio
Castrensi Covaloviensi Sabbathò post
Dominicam Exaudi donatam, et jure
perpetuo resignatam, in Florenis Decem

Millium Centum, monetæ Ruthenicæ
obligavit, inscripsit, et præsenti inscripti:
one invadiat, obligat et inscribit ad Festũ
Sancti Joannis Baptistæ in Anno Deo
dante futuro millesimo Septingentesi:
mo Sexagesimo Quarto, venturum, et
sic à Triennio ad Triennium, usq; ad
plenariam et integram præfatæ Sum:
mæ Decem millium et Centum Florenor.
Ruthenicalium exsolutionem, et præ:
dictorum Bonorum seu Sortis in Villa
Grzywno existen. exemptionem, per
Eundem Reverendum in Christo Pa:
trem Episcopum Vladislaviensem et
Converanie Ejusq; Successores Episcopos
tenendam, habendam et possidend. cum
omni Jure, Dominio et proprietate
modo obligatorio, nihil Juris, Dominii
et quorumvis usufructuum vel utili:
tatum in præfata Sorte pro se Reco:
gnoscente Suisq; Successoribus, usq;
ad debitam exemptionem, penitus
reservando seu excipiendo, sed ita late
et longe prout Solus Recognoscens
aliiq; immediati Possessores tenebant,
habebant et possidebant. Intromissi:
onem realem et actualem cum pacis:
fica possessione in prædictam Sortem
præsentibus obligatam, per quemvis
Ministerialem Regni, et Nobiles duos
quorvis

quovis facilius pro tempore conducendos
à Festo S. Joannis Baptistæ in Anno cur:
renti proximè venturo acceptandam
admittet, eandemq; nec per se, nec per
quavis submissas et subordinatas Per:
sonas impugnabit aut impediet, quo:
minus Eundem Reverendum in Christo
Patrem Episcopum Vladislaviensem et
Pomeraniæ, Eusq; Successaneos ab omni
et quavis impetitione Juridica, omni:
um et singularum Personarum, Statûs,
Sexûs, gradûs et conditionis ac præce:
minentiæ cujusvis existentium intu:
itu præmissæ Sortis, quovis modo exo:
riunda in omni Judicio et Officio Re:
gni totiès quotiès opus fuerit, tueri,
defendere, evincere, eliberare et inter:
cedere se suis cum Successoribus de
et super Bonis suis generaliter omni:
bus mobilibus et immobilibus, Hæredita:
riis et obligatoriis, Summisq; quibusvis
pecuniariis, habitis et habendis inseri:
bit et obligat, idq; sub similis Summæ
Decem millium Centum Florenorum
Ruthenicalium Vadio, per se Recogno:
scentem Successoresq; suos in casu Inseri:
ptioni præsenti obligatoriæ, in aliquo
contraventionis, præmissorum omnium

et Singulorum non completionis Eidem
Reverendo in Christo Patri Antonio
Sebastiano Dembowski Ejusq; Succeda:
neis Episcopis Vladislavien:sibus et
Pomeranie, ad solvendum luendo &.
Pro quo quidem Vadio Citatus existens
aut Successores Ejus Citati existentes
in primo termino tanquam perempto:
rio parere tenebitur et tenebuntur.
Hac Ipsius personali Recognitione
ad premissa mediante. alias informa
Inscriptionis Obligatoriæ de Jure plenis:
sima firmissima et perfectissima. Pro
majori vero firmitate manu propria
se subscripsit. Joannes Dembowski Ca:
pitaneus Bendzinensis mpp. Quam
ejusmodi Inscriptionem Obligatoriam
sicut premissum factam et recognitam
Nos firmam ac de Jure validam haberi
volentes eandem ad Acta presentia Su:
scipi, inscribi, et ex ijdem fideliter de
scriptam Parti postulanti Authentice
extradi permisimus. In quorum fidem &c.
Actum Varsaviæ ut supra,

Inscribunt Sibi Donationem Rec:
procam Nobi Michael de Wochniki
Kraiewski et Regina de Leschkien
Conjuges.

Augustus Tertius &c. Significamus

Significamus &c. Quòd coram Actis praesenti-
bus metrices Regni Cancellariae nostrae mi-
noris comparentes personaliter Generosi
Michael de Wochnitki Kraiewski et Re-
gina de Leschlien Conjuges legitimi, sani
mentibus et corporibus existentes, receden-
do à Foro Terris et Jurisdictionibus Suis
quibusvis propriis, huic autem Jurisdicti-
oni Nostrae Regiae quo ad infrascripta
recognoscendo attinet sese cum Bonis
suis benevolè incorporando et subjicien-
do non compulsi, non coacti, sed matura
deliberatione animi intra se praehabita,
Maritus quidem per se, Consors verò in
personali assistentia Generosi Josephi
Zdrodowski ad hunc actum de consensu
Mariti Sui assumpti Curatoris assisten-
tia, palam, libere et per expressum reco-
gnoverunt, praesentibusq; quilibet illorum
pro suo interesse recognovit. Quia Illi
amorem mutuum et benevolentiam
sibi abinvicem conservari volentes, inca-
sum alicujus periculi, et insperatae
unius ex Recognoscentibus sine deside-
rata prole, mortis, omnium bonorum
Suorum mobilium et immobilium tam
hic in Regno Poloniae, quàm ubiq; existen-
tium hereditariorum, Summarumque
pecuniariarum ad se Recognoscentes quo-
cunq; Jure Spectantium et pertinentium
nullis penitus exceptis mutuo sibi

et abinvicem / amovendo et excludendo
quosvis suos Consanguineos proximiores
et Collaterales: / Dominium et hæreditatem
dederunt, donaverunt, inscripserunt et
resignârunt, prout præsentibûs dant,
donant, inscribunt et resignant tali
videlicet modo: ut si præfatum Gnorum
Michaelem Kraiewski Maritum prius
mori quam Consortem contingat, extunc
eadem Consors relicta Gnôsa Regina de
Leschlien bona omnia mobilia et immo:
bilia ad maritum Suum Spectantia,
et pertinentia pleno jure obtinere et
possidere, ijsq' uti frui cum omni jure
et Dominio proprietate, propinquitate,
titulo' hæreditario, parata possessione
cum plenaria potestate donandi venden:
di commutandi, alienandi, et in quosvis
usus suos Suorumq' Successorum bene:
placitos convertendi possit ac debet,
sine quovis Supradicti mariti sui Suc:
cessorum impedimento, quibus nullam
rationem omnium et singulorum Bo:
norum maritalium reddere, nullumq'
Inventarium conficere tenebitur, verum
ne se prætermissi videantur, ipsis Solum
in trin legitimæ centum Florenos
Polonicales reddere et persolvere, sibi
verò Recognoscenti decentem Sepultura[m]
et Suffragia pro anima facere, acpræ:
stare, debitaq' Sua in totum exsolvere

debebit

debebit et erit adstricta. Quodsi vero vi-
cissim Consortem Gnoram Reginam de
Leschlien prius quam prefatum Maritum
Eius Michaelem Kraiewski abq; prole
legitima vita fungi contigerit, extunc
idem maritus Superstes relictus, omnia
bona mobilia et immobilia Consortis
sua pleno Jure obtinebit et possidebit,
ijsq; utifruetur, cum omni proprietate
dominio, parata possessione cum plena
facultate et potestate dandi, donandi,
vendendi, commutandi, alienandi, et in
suos Successorum q suorum quovis be-
neplacitos usus convertendi tempora
inperpetua, contradictione similiter
seu quovis impedimento quorumcunq;
predicte Uxoris sua Successorum mini-
me obstante, quibus pari modo nullam
rationem eorundem Consortis sue Bono-
rum omnium et singulorum reddere, nul-
lumq; Inventarium conficere tenebitur,
sed proximioribus tantum gradu centum
Florenos Polonicales exsolvere, illiq; Sepultu-
ram decentem et Suffragia pro anima fa-
cere, debitaq; ipsius exsolvere obligabitur
et erit adstrictus. Hoc solum precuet odito
quod vitâ utriusq; Durante, prefati Conju-
ges omni amore, benevolentia, honore, atq;
debita observantia mutuo se prosequi de-
bebunt idq; ipsum sibi Spondent. Sin autem
prole deliberata illos Deus Omnipotens

in futurum beare velit, atq; Proles se
Recognoscentes seu alterutrum super-
vixerit, præsens Reciproca Donatio
Superveniente prole ipso facto absque
alia cassatione nulla erit, sed juxta
præscriptum Legis uterq; Conjunx Su-
perstes se gerere debebit. Hac sua perso-
nali Recognitione ad præmissa mediante.
Aliàs in forma Donationis Reciprocæ
de Jure plenissima et perfectissima. Pro
majori verò firmitate manibus propriis
se subscripserunt. Michał Kraiewski
Regina Kraiewska. Josephus Zdrodowski
prout Assistens ad hunc actum Specialiter
rogatus et assumptus ab Uxore mea.
Quam ejusmodi Inscriptionem Donationis
sicut præmissum factam et recognitam
nos firmam ac de Jure validam haberi
volentes eandem ad Acta præsentia Su-
scipi, inscribi, et exijdem fideliter de-
scriptam Parti postulanti Authentice
extradi permisimus In quorum fidem &c.
Actum Varsaviæ ut Supra

Actum Varsaviæ Feria Se-
cundâ intra Octavas Sacra-
tissimi Corporis Christi Domini
Die videlicet Vigesimâ Quintâ
Mensis Maji Annô Domini
Millesimo Septingentesimo
Sexagesimo Primô. Regni
verò Nostri Anno XXVIII.

Ad Relationem

Ad Relationem Illrmi Excellmi
et Mfici Dni Joannis in Monslie et
Białaczow à Matachowice Mla:
tachowski Supremi Regni Cancellarii
Grodecensis, Ostrolęcen: &c: Capitanei

Roborat Scriptum certum Obligatorium

Magnificus Andreas Zamoyski Pala:
tinus Juniviadislaviensis.

Augustus Tertius &c:

Significamus &c: Quod coram Actis præ:
sentibus Metrices Regni Cancellariæ
Nostræ minoris comparens personaliter
Magnificus Andreas Zamoyski Pala:
tinus Juniviadislaviensis, sanæ mente
et corpore existens recedendo à Foro, Ter:
ris et Jurisdictionibus Suis quibusvis
propriis, huic autem Jurisdictioni Mtæ
Regiæ quò ad infrascripta recognoscen:
da attinet se subjiciendo et incorporando
palam, libere, ac benevolè recognovit.
Quòd Ipse Scriptum Suum certum ma=
nuale obligatorium, de Data illius
hic Varsaviæ Die hodierna in actu
contenta in rem et Personam Nobilis
Joannis Friderici Spans datum et con:
scriptum, manu sui Recognoscentis
subscriptum et Sigillatum, Ligamentis
in eodem expressis necnon Vadio Summæ
Mille Quingentorum Aureorum Hun:
garicalium firmatum, in omnibus

ejusdem

ejusdem Scripti Conditionibus, contentis punctis, Clausulis, Articulis, nexibus, Vadio, Foro, ligamentis, beneficiisq' generaliter universis in toto, in rem et Personam memorati Nobilis Joannis Friderici Spans roborat, approbat, confirmat et ratificat, eidemq' tam in toto quàm in quavis ejus minima parte Stare, parere, et in omnibus Satisfacere de Suis cum Successoribus inscribit et obligat, idq' Sub similibus ligamentis et mille Quingentorum Aureorum Hungaricalium Vadio, per se Recognoscentem Successoresq' Suos in casu Inscriptioni presenti roboratorie et Scripto prefato Obligatorio in aliquo contraventionis premissorumq' omnium et Singulorum in ijsdem contentorum non completionis Eidem Nobili Joanni Friderico Spans illiusq' Successoribus ad Solvendum luendo et Succumbendo, nullo modo evadendo. Pro quibus quidem ligamentis et Vadio modo premisso ad Solvendum Succubitis et transgressis; aere conditioneq' aliqua Inscriptionis presentis roboratorie et Scripti prefati non completa, nihilominus complenda in omni puncto Suprascriptus Magnificus Recognoscens Suis cum Successoribus jure conventus, Foro competenti ut Supra, renunciando, coram quovis Judicio

et Officio

et Officio Regni, et signanter Castrensi Varsaviensi ad primam Instantiam supra dicti Nobilis Joannis Friderici Spans illiusq; Successorum peremptorie respondere sta: re, Juri parere, et omne Judicatum ferre suis cum Costeris debebit et tenebitur. Hac sua personali Recognitione ad pre: missa mediante. Alias informa Inscri: ptionis roboratoria de jure plenissima, firmissima et perfectissima. Fromajori vero firmitate manu propria se subscri: psit. Andreas Zamoyski P.S. Quam ejusmodi Inscriptionem Roboratoriam sicut premissum factam et recognitam Nos firmam ac de jure validam haberi volentes, eandem Ad acta presentia Su: scripi, inscribi et ex ijdem fideliter de: scriptam Parti postulanti Authentice extradi permisimus. In quorum fidem &c: Actum ut supra

Approbat Scriptum certum Obliga: torium Generosus Michael Wielhorski Metator Regni per Gnōsam Consortem Suam in rem et Personam Gnōsi Pauli Starzynski Generalis Leutnantis in Exercitu Regni, datum.

Augustus Tertius &c:

Significamus &c: Quod coram Actis presentibus Metrices Regni Cancellariæ

Nostræ Minoris comparens personaliter Generosus
Michael Wielhorski Castrorum Regni meta:
tor, Sanus mente et corpore existens recedens
do à Foro, Terris, et Jurisdictionibus Suis
quibusvis propriis, huic autem Jurisdi:
ctioni Nostræ Regiæ quò ad infrascripta
recognoscenda attinet, se subjiciendo et
incorporando palam, libere, ac benevole re-
cognovit. Quia Ille Scriptum certum
manuale seu asseurationem Debiti
per Generosam Elisabetham Wielhorska
Consortem suam in rem Generosi Pauli
in Jarmolince Starzynski Generalis
Leutnantis in Exercitu Regni Camerarii
Nostri & Capitanei Siecichoviensis, Leo:
poli Die Septima Januarii, Anno nunc
currenti 1761mo datam, manuq; Ejus-
dem Gnosæ Consortis Suæ Subscriptam et
Sigillô in cera rubra expressô communit
Actis Castrensibus Capitaneatibus Leopo:
liensibus Feriâ Sextâ post Festum Sanctæ
Agnetis Virginis et Martyris proximâ
Anno eodem roboratam, in omnibus par:
tis, clausulis, articulis nexibus, va:
dio, Foro, Conditionibus et Ligamentis
approbat, confirmat, et ratificat, firmumq;
robur et valorem habere debere decla:
rat, Eidemq; Scripto obligatorio in toto et
in quavis minima parte simul cum
Generosa Consorte Sua ac Successoribus
Suis stare, parere, et satisfacere, se
inscribit et obligat. Hac sua personali

Recognitione

Recognitione ad præmissa mediante.
Alias informa Inscriptionis Approbatoriæ
de Jure plenissima, firmissima et perfe-
ctissima. Pro majori vero firmitate
manu propria se subscripsit. Michał
Wielhorski C. W. K. Quam ejusmodi In-
scriptionem Approbatoriam sicut premis-
sum factam et recognitam Nos firmam
ac de Jure validam haberi valentes eam-
dem ac Acta præsentia Suscipi, inscribi,
et exijsdem fideliter descriptam Parti
postulanti Authentice extradi permi-
simus. In quorum fidem &c. Actum et
Actum Varsaviæ Feria Tertiâ
intra Octavas Sacratissimi
Corporis Christi Domini
Die scilicet Vigesima Sextâ
Mensis Maji Anno Mille-
simô Septingentesimo Sexa-
gesimo Primô. Regni vero
nostri Annô XXVIII.

Ad Relationem Illmi Excellmi
et Mfici Dñi Supremi Regni Cancellarii
Roborat Scriptum certum manuale
in rem Gnosi Pauli Starzynski Idem
Gnosus Michael Wielhorski castror
Regni Metator.
Augustus Tertius &c.
Significamus &c. Quod coram Actis
præsentibus Metrices Regni Cancellariæ
Nræ

nostro & Minoris personaliter compa-
rens Generosus Michael Wielhorski Castro-
rum Regni metator, sanus mente et
corpore existens, recedendo à Foro, Terris,
et Jurisdictionibus Suis quibusvis propriis.
huic autem Jurisdictioni nostræ Regiæ, quo'
ad infrascripta recognoscenda attinet, se
subjiciendo et incorporando palam, libere
ac benevole recognovit. Quia Ille Scriptum
suum certum manuale obligatorium
de Data illius hic Varsaviæ Die hodierna
in Actu contenta, in rem et Personam
Gnosi Pauli Starzynski Generalis Lieu-
tnantis in Exercitu nostro et Reipublicæ
Capitanei Siecziechovien. datum et con-
scriptum, manu Sui Recognoscentis
subscriptum et Sigillatum, Ligamentis
in eodem expressis firmatum, in omni-
bus ejusdem Scripti conditionibus, con-
tentis, punctis, clausulis, articulis, ne-
xibus, Vadio, Foro, ligamentis, benefici-
isq' generaliter universis intoto, in rem
et Personam memorati Generosi Pauli Sta-
rzynski Generalis Lieutnantis in Exercitu
Nostro et Reipublicæ, Capitanei Siecziecho-
viensis, roborat, approbat, confirmat et
ratificat, eidemq' tam intoto, quàm in
quavis ejus minima parte Stare, parere,
et in omnibus satisfacere se suis cum
Successoribus inscribit et obligat; Idque
sub similibus Ligamentis et Vadio in eodem
Scripto apposito, per se Recognoscentem
Successoresq'

/3

Successoresq' suos in casu Inscriptioni presenti roboratoriæ, et Scripto prefato obligatorio in aliquo contraventionis, premissorumq' omnium et singulorum in ijsdem contentorum non completionis eidem Generoso Starzynski Generali Leutnanti et Capitaneo Siedlecho: viensi Gusq' Successoribus ad solvendum luendo et succumbendo nullog' modo evadendo. Pro quibus quidem Ligamentis et vadio modo pramissò ad solvendum succubitis et transgressis, acre conditioneq' aliqua Inscriptionis presentis roboratoriæ et Scripti prefati non completa nihilominus complenda in omni puncto, suprascriptus Generosus Recognascens suis cum Successoribus jure conventus, Foro competenti ut supra renunciando, coram Officio Castrensi Leopoliensi seu Luceoriensi aut Cremenecensi vel Terrestri Judicio Terrarum Podoliæ sive Tribunali Regni Lublinensi, aut sub Interregno Judiciis Capturalibus ad primam Instantiam Supradicti Gnōsi Starzynski illiusq' Successorum, peremptorie respondere, stare, juri parere, et omne judicatum ferre suis cum Sosteris debebit et tenebitur. Hac sua personali Recognitione ad premissa mediante. Alias in forma Inscriptionis Roboratoriæ de Jure plenissima, firmissima et perfectissima. Pro majori verò firmitate manu propria se subscripsit.

Michał Wielhorski O.W.K. Zuamejus

modi Inscriptionem roboratoriam sicut
praemissum factam et recognitam Nos fir-
mam ac de jure validam haberi volentes
eandem ad Acta praesentia suscipi, inscribi et
ex ijsdem fideliter descriptam Parti postu-
lanti Authentice extradi permisimus
In quorum fidem &c: Actum ut supra.

Działo się w Warszawie
we Srzode po Oktawie
Bożego Ciała nayblizsza,
to iest Dnia Trzeciego
Miesiąca Czerwca Roku
Pańskiego Tysiącznego
Siedmsetnego Szesćdzie-
siątego Pierwszego. Pano-
wania Naszego XXVIII.
Roku.

Za Sprawą y Przełożeniem Jaśnie
Wielmożnego Jmci Pana Jana
Hrabi na Konskich y Białaczowie
z Małachowic Małachowskiego
Kanclerza Wielkiego Koronnego
Grodeckiego, Ostrołęckiego &c: Starosty.

Oblata Krzywileiu na Wolnictwo z
Lanem Pola we Wsi Jasiennicy Zwa-
rechiey w Ekonomii Samborskiey bę-
dące Mr. Franciszkowi Matuinskiemu
&dane.

August Trzeci &c:
Oznaymuiemy &c: Iż podany iest per
Oblatam do Akt Metrykii Cancellaryi
naszey

Naszey mnieyszey Koronney Przywiley
na Wolnictwo nizey wyrazone, Rękа
nasza Krolewska podpisany y Pieczęcią
stwierdzony brzmienia takowego =
August Trzeci z Bozey Laski Krol
Polski, Wielki Xiąże Litewski, Ruski,
Pruski, Mazowiecki, Zmuydzki, Kijo-
wski, Wołyński, Podolski, Podlaski,
Inflantski, Smolenski, Siewierski,
y Czerniechowski, a Dziedziczny
Xiąże Saski y Elektor. Oznaymu-
iemy niniejszym Listem naszym -
wszem wobec y Każdemu zosobna
komu o tym wiedzieć należy. Iż ma-
iąc wzgląd na wierne Zasługi Urodzo-
nego Franciszka Matinskiego umy-
ślilismy Onemuż Wolnictwo we Wsi
Jasiennicy Zwarechiey Lan Pola z
Młynkiem w sobie maiące, w Ekonomii
Samborskiey w Woiewodztwie Ruskim
y Ziemi Przemyskiey będące, po Smier-
ci Urodzonego Jerzego Makowskiego
walniące, y do Dyspozycyi naszey przy-
padłe dać y konferować, iakoż niniey-
szym Przywileiem naszym daiemy y
konferuiemy ze wszystkiemi Bużyn-
kami, Rolami, Łąkami, Pastwiskami,
Lasami, Stawami, Sadzawkami, zgoła
z wszystkiemi przynależytościami
Dziedzinami w swoich Granicach do tego

suis quibusvis propriis, huic autem Jurisdi:
ctioni Nostræ Regiæ quò ad infrascripta
recognoscenda attinet, se subjiciendo et in:
corporando palam, liberé, ac benevolé reco:
gnovit et præsentibus recognoscit. Quia
Ipse in suum verum, legitimum et in:
dubitatum Plenipotentem Generosum
Antonium Rogalski eligit, constituit,
inscribit et solenniter ordinat. Dans
et concedens eidem Plenipotenti suo
plenariam facultatem, omnimodamq'
potestatem nomine et favore sui Reco:
gnoscentis in Bona Chilice et Jeziorno
in Palatinatu Masovie, Terra Varsa:
viensi sita et jacentia, Intromissionem
acceptandi, eademq' Bona cum omnibus
attinentiis et pertinentiis in possessionem
actualem sui Recognoscentis recipiendi.
Inventaria rerum mobilium cujus=
cunq' generis et speciei conscribendi,
Controversias quasvis, si quæ in ijsdem
Bonis ad capiendam pacificam posses:
sionem, per quemcunq' opponerentur,
sopiendi et componendi, cæteraq' omnia
quæ ad perfecte peragendum idem ne:
gotium spectare et pertinere vide:
buntur, pro commodo et utilitate
sui Constituentis agendi et exequendi.
Cavens et promittens idem Generosus
Recognoscens se id totum quidquid per
prænominatum Plenipotentem legitimé
et Juridicé actum, gestum, constitutumq'
fuerit

fuerit, pro rato, grato, et valido susceptu-
rum. Hac sua personali Recognitione
ad præmissa mediante. Pro majori verò
firmitate manu propria se subscripsit.
Vladislaus Gurowski. Quam ejusmodi
Plenipotentiam sic ut præmissum, laudam
et recognitam. Nos firmam ac de jure va-
lidam haberi volentes eandem ad Acta
præsentia Nostri, inscribi et ejusdem
fideliter descriptam Parti postulanti
authentice extradi permisimus. In
quorum fidem &c. Actum Varsaviæ &c.
ut supra.

Oblata Rescripti S.ae R.is Majestatis
quo præcommittitur Gnōsis Rogalinski
et Gurowski Investigatio injuriarū
per Exoticos milites, Poloniarum Civi-
bus et Incolis illatarum.

Augustus Tertius &c.
Significamus &c. Oblatas esse ad Acta
præsentia Metrices Regni Cancellariæ
Nostræ Minoris Literas Originales
papyreas manu Nostra Regia subscri-
ptas et Sigillo majori Cancellariæ Rēi
communitas, sanas, salvas et illæsas
omnig Suspicione carentes tenoris se-
quentis = August Trzeci z Bozey Ła-
ski Krol Polski, Wielki Xiąże Litewski,
Ruski, Pruski, Mazowiecki, Zmuydzki
Kiiowski, Wołynski, Podolski, Podlaski,
Inflantski, Smolenski, Siewierski y

Czerniechowskii, á Dziedziczny Xiąże
Saski y Elektor &c: &c: Dogadzaiąc
Obywatelom Państw naszych, y zabiegaiąc
wszelkim krzywdom y szkodom przez
Woyska Zagraniczne w ich marszach y
Transmarszach w Kraiach naszych czę:
stokroć praktykuiącym się. A chcąc aby
się przez Jch wtarcie o swoie potrzeby
Starania wszelkiemu nieporządkowi
a przez to uciemiężeniu Ludu dosta:
tecznie zabiegło, wszystkieśmy nato
obrocili myśli, abyśmy w tak przykrych
okolicznościach przez ustanowienie do:
brego w Krolestwie naszym porządku
Każdemu ulgę uczynić mogli. Co żeby
iako nayprędszy, y nayporządniey skut:
ku swoy miało umyslilismy Generał:
nych Kommissarzow do sprawowania
ruiących Obywatelom pomocy, posta
nowić. Do ktorych rządzenia obrządkow
znaiąc dostateczną zdolność y w sprawo:
waniu swych powinności umieiętną
sposobność Urodzonych Kaspra Rogalin:
skiego Starosty naszego Obornickiego,
Władysława Gurowskiego Podkomorzego
naszego, zatychże Kommissarzow naznacz:
zamy, ktorzy to tak przy Generalney zna:
dować się Kommendzie, iako y dla okoli:
czności y potrzeby czasu w Kraiu ba:
wiący się, wszelkie Woysk Exotycznych
potrzeby za umowioną się Cenę sprawo:
wać. O krzywdy ktore wynikać z tych
marszow

Marszow będą, sprawiedliwey nadgrody dla wszystkich dopominać, skarg imieniem uciążonych odbierać, y o ich się iak nayprętszą starać będą Satisfakcyą. Jednostayny porządek w rownym dla wszystkich bez krzywdy podziale utrzymywać, y tak swoich abowiązkow dopełniać maią, iako powinność ich wiernosci ku Nam, á ku powszechnemu pożytkowi gorliwość każe. Na rekompensę ich zasług za pracę y fatygi w podaiących się okolicznościach łaski naszey ubliżyć niezechcemy. Skarbowi zaś Koronnemu żeby na Expensa prowidowat zalecić nie omieszkamy. Dan w Warszawie Dnia IV. Miesiąca Czerwca Roku Pańskiego MDCCLXI. Panowania Naszego XXVIII. Roku. Augustus Rex. Locus Sigilli majoris Cancellaria Regni. W. Rakowski Podczaszy Ziemi Wiślicey Pieczęć Wielkiey Koronney Sekretarz mp. Reskrypt Krolewskiey Mci, Ktorym pracommittitur Urodzonym Kasprowi Rogalinskiemu Staroście Obornickiemu, y Władysławowi Gurowskiemu Podkomorzemu Nadwornemu dochodzenie krzywd przez Woyska Exotyczne Polskim Obywatelom czynionych. Quas ejusmodi Literas Originales Supradescriptas, sicut praemissum per oblatam porrectas, pro ad Acta praesentia, suscipi, inscribi, et exijdem fideliter descriptas, Partiti postulanti Authentice extradi, Originalevero Oferenti rursus restitui, de quo recepto Cancellariam quietavit, permisimus. In quorum Fidem &c. Actum ut Supra.

Actum Varsaviæ Feriâ Sextâ in
Crastino Festi Sancti Barnabæ
Apostoli, Die scilicet Duodecima
mensis Junii, Anno Domini
Millesimo Septingentesimo
Sexagesimo Primo. Regni vero
Nostri Annô XXVIII.

Ad Relationem Illustrissimi Excellmi
et Mgfici Dni Supremi Regni Cancellarii.

Roborant certam Complanationem Generosi
Adamus Wagrocki Notarius Terræ Zacro-
czimensis, et Joachimus Schwartzemberg
Czerny Vexillifer Osviecimensis.

Augustus Tertius &c.
Significamus &c. Quòd coram Actis præsen-
tibus metrices Regni Cancellariæ Nostræ
Minoris comparentes personaliter Gnosi
Adamus de Wagrodno Wagrodzki Notarius
Terræ Zacroczimensis, Generosi Josephi de
Eadem Wagrodno Wagrodzki Succamera-
rii itidem Terræ Zacroczimensis cum olim
Gnosa Theressia Niszczycha olim Gnosorum
Stanislai in Niszczyce Niszczycki Castel-
lani Raciążensis et Eleonoræ de Lochockie
Conjugum primi voti Filia, procreatus
Filius ab una, et Generosus Joachimus
Schwartzemberg de Witowice Czerny
Vexillifer Osviecimensis, Generalis in
Exercitu Regni parte ab altera, Sani
mentibus et corporibus existentes recedendo
à Foro, Terris, et Jurisdictionibus Suis
quibusvis propriis, huic autem Jurisdictioni
Nostræ

Nostræ Regiæ quò ad infrascripta recogno-
scenda attinet, se subjiciendo et incorporan-
do palam, liberè ac benevolè recognoverunt
et præsentibus recognoscunt. Quia Ipsi
Complanationem certam ex occasione
Successionis post olim Generosum Ada-
mum Niszczycki Capitaneum Bielscen
in se devolutæ, hic Varsaviæ Die hodier-
nâ in Actu specificata inter se Recogno-
scentes initam et conscriptam, manibûs
propriis Subscriptam, Vadioq Octuaginta
Millium Florenorum Polonicalium fir-
matam, in omnibus ejusdem Complana-
tionis Conditionibus, Contentis, punctis,
Clausulis, Articulis, nexibus, Vadio, Foro,
ligamentis, beneficiisq generaliter universis
in toto approbant, roborant, confirmant,
et ratificant, eidemq Complanationi tam
in toto, quàm in quavis minima parte,
stare, parere, et in omnibus satisfacere,
se suis cum Successoribus inscribunt et
obligant. Idque sub similibus Ligamentis
et Vadio in eadem Complanatione apposito,
per Partem contravenientem Successoresq
Ejus, Parti eandem Complanationem in toto
tenenti in casu Inscriptioni præsenti robo-
ratoriæ et Complanationi prefatæ in ali-
quo contraventionis, premissorumque
omnium et singulorum in eadem conten-
torum non completionis ad solvendum
luendo et succumbendo, nullo modo

evadendo. Pro quibus quidem Ligamentis et Vadio, reg ac conditione aliqua non completa, nihilominus complenda in omni puncto, Citati existentes, coram Officio Castrensi Plocensi Suis cum Successoribus peremptorie respondebunt. Atis Suis personalibûs Recognitionibûs ad premissa mediantibûs. Alias in forma Inscriptionis roboratorio De Jure plenissima et perfectissima. Pro majori verò firmitate manu propria se subscripserunt. Joachimus Schwartzemberg Czerny Vexillifer Cracovien. Adamus de Wagrowo Wagrodzki Terris et Castren. Sacrorumen. Notarius mpp.

Quam ejusmodi Inscriptionem roboratoriam sicut premissum factam et recognitam Nos firmam ac de Jure validam haberi volentes, eandem ad Acta presentia suscipi, inscribi, et ex ijdem fideliter descriptam Parti postulanti authentice extradi permisimus. In quorum fidem &c. Actum Varsavie ut supra.

Oblata Innovationis et collationis Jurium et Libertatum Oppido Solotow in Palatinatu Podlachia Terra Drohicien. sito servientium.

Augustus Tertius &c.

Significamus &c. Oblatas esse ad acta presentia Metrices Regni Cancellaria Minoris Literas Originales Papyreas, manu Nostra Regia Subscriptas et sigillo

gillô majori Cancellarie Regni communitas,
Innovationem et collationem Jurium Oppido
Sulotow servientium in se continent, Sanas,
salvas et illasas omnig Suspicionis nota
carentes tenoris sequentis = Augustus
Tertius Dei Gratiâ Rex Poloniæ, Magnus
Dux Lithvaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masovia,
Samogitiæ, Kijoviæ, Volhyniæ, Podoliæ,
Podlachiæ, Livoniæ, Smolensciæ, Severiæ,
Czerniechoviæg necnon Hæreditarius Dux
Saxoniæ et Princeps Elector. Significamus
præsentibûs Literîs Nostris quorum interest
universis et singulis. Expositum Nobis est
per certos Consiliarios Nostros Lateri Nro
assidentes, Qualiter Oppidum Sulotow in
Palatinatu Podlachiæ Terra vero Drohiciensi
situm Magnifici Ignatii de Koziełsko
Oginzki Supremi Magni Ducatûs Lithua-
niæ Marschalci Hæreditarium, Jus Theu-
tonicum Magdeburgense quod Culmense
dicitur, a Divis Prædecessoribus Nostris be-
nigniter eidem Oppido Sulotow datum et
concessum propter varias præteritas Hostium
Incursiones non modo ferreag manu,
verum flammivomo igne grassantes amis-
erit, in usu tamen vigore ejusdem Juris
Theutonici Magdeburgensis facultatibusg
ac Libertatibus existentes Magistratum
suum obeundo, minimeg eodem Jure suo
abutendo, Eidem Oppidani Sulotovienses
hucusg extiterint, eaq propter humiliter
Supplicatum Nobis est, quatenus non

modo eadem Jura, antiqua Privilegia, con-
suetudines, Libertates et facultates, supra-
dicto Oppido Sokolow innovare, et confirmare,
verùm hocce novo Privilegio Nostro idem
Oppidum Sokolow locare et erigere digna-
remur. Cujus Supplicationi Ejusdem
Magnifici Oginskii Supremi Magni Du-
catus Lithvaniæ Marschalci, qua Jus-
dem Oppidi Sokolow Domini et Hæredis,
petitioni benignè annuentes, hocq; stante
felici Regimine Nostro, non modò Bona
omnia facultatibus, Libertatibus ac Do-
tibus dotare et ampliare, Inhabitatores q;
prædicti Oppidi Sokolow locatos et locandos
Gratiâ Nostra præmiari volentes, ut idem
Oppidum Sokolow Libertatibus et Juribus
antiquis nunc novo Innovationis Locatio-
nisq; Privilegio Nostro donatum et illustra-
tum eo securiùs ijsdem Juribus suis Privi-
legiis, Libertatibusq; salvis Datiis, Decu-
mis, Tributis, Censibus ac aliis Obligatio-
nibus ex antiquo adhucusq; consvetis per
eosdem Oppidanos Sokolovienses proparte
Ejusdem Mgnii Hæredis præstari et adim-
pleri debitis, aptiùs et celeriùs gaudere
possit, verùm ut Justitia unicuiq; læso
et injuriato, ac omnibus Hominibus
intra metas et limites ejusdem Oppidi
Sokolow lasis et injuriatis administranda
majora incrementa sumere et reassu-
mere valeat, Super eadem Innovatione
et erectione Locationeq; dicti Oppidi
Sokolow

Sokolow necnon approbatione usus hucusque
vigore Juris Theutonici Magdeburgensis, Cul-
mensis per injuriam temporum amissi, conti-
nuati facile consensimus, consentimusque
presentibûs Literis Nostris, et inprimis Di-
cto Oppido Sokolow illiusq; Incolis Jus Theu-
tonicum Magdeburgense quod Culmense
dicitur, innovamus, damus, tribuimus,
et impertimur, removendo ab eodem Oppido
Sokolow omnia Jura Polonica Terrestria,
modos et consvetudines universas, quæ
Jus Theutonicum Magdeburgense Culmense
perturbare consueverunt, eximendo insuper
dictum Oppidum Sokolow, omnesq; illius
Incolas perpetuò et in evum ab omni Jurisdi-
ctione et potestate omnium et singulorum
Palatinorum, Castellanorum, Capitaneorum
Judicum et Subjudicum ac quorumvis Re-
gni Nostri Officialium ita ut coram Ipsis
vel Eorum aliquo pro causis tam magnis
quàm parvis pro quibusvis excessibus vel
rebus citati, minimè parere et respondere,
ac ob non Comparitionem vel Condemna-
tiones quascunq; aliquas panas incurrere
teneantur, sed coram Advocato Suo Jurato
pro tempore existente, ac Scabinis Jure
Theutonico magdeburgensi Culmensi re-
spondebunt. Advocatus verò omnibus
de se conquerentibus coram eodem Offico
Supremo Magni Ducatûs Lithuaniæ Ma-
resthalco quà ejusdem Oppidi Domino
suo Hæreditario et Ejus Successoribus

pro tempore existentibus, Haeredibus, Succeda-
neisq Dominis, nonnisi eodem jure Theutonico
Magdeburgensi Culmensi respondere te-
nebitur et debebit. In causis autem omni-
bus tam Civilibus quàm Criminalibus seu
Capitalibus utpote furti, homicidii, mem-
brorum mutilationis, incendii et quorumvis
maleficiorum, excessuum ac Criminum
Eidem Advocato pro tempore existenti
cum Sex Scabinis ex communitate eli-
gendis juratis, ejusdem Oppidi Sokotow
intra metas et limites ejusdem Oppidi
eodem jure Theutonico magdeburgensi
Culmensi secundùm Dispositionem juris
et formam illius plenam damus et con-
cedimus facultatem et potestatem causas
easdem audiendi, judicandi, cognoscendi,
decernendi, corrigendi, condemnandi et
plectendi, quod si verò aliqua causa
inter Incolas ejusdem Oppidi Sokotow
mota, agitataq et decisa ultra omnem
opinionem ab eodem Judicio Advocatiali
Scabinali Sokotoviensi provocata seu
appellata fuerit, extunc non alibi nisi
coram eodem Magnifico Supremo Magni
Ducatûs Lithvaniæ Marschalco, quà
directo ejusdem Oppidi Haerede, vitaque
et necis Domino citra omnem ulteriorem
Appellationem et prosecutionem decidi
debebit et tenebitur. Ac insuper hoc in-
stud praesentibus Literis Nostris adjici-
endum esse duximus, ut Septem Scabini
ex Commu-

ex Communitate ejusdem Oppidi Sokolow ad
vita Sua tempora eligantur. Qui electi Jura-
menta, Rotha in Jure Magdeburgensi Culmens.
descripta Super munera Sua Scabinalia pra-
stare et adimplere tenebuntur. Tum denique
seorsive Sex Viri Seniores vulgo Jmiinni
nuncupandi, ex eadem Communitate Oppi-
di Sokolow, Bono communi publico ejusdem
Oppidi Sokolow invigilaturi similiter Jurati
constituantur. Quibus sic tam Septem Scabi-
nis quam Sex Senioribus Viris ex communi-
tate electis et constitutis Advocatum taliter
constituendum esse volumus, ut bini Scabini
ex Septem Scabinis Candidati Die Secunda
Mensis Martii quolibet Anno juxta Roma-
num Calendarium per eosdem Septem Scabi-
nos de Collegio Scabinali, ac per prædictos
Sex Viros Seniores per Secreta in Scripto ad
Cistam porrigenda vota eligantur, taliterq'
electi iidem bini ex Septem Scabinis Candi-
dati in Crastino post Electionem, Magnifico
Fundi Directo Domino et Hæredi sive Ejus
Speciali Commissario vel Plenipotenti inscri-
pto porrigentur et præsentabuntur ex eis-
demq' binis taliter præsentatis Candidatis
unus in Advocatum annualem ejusdem Oppidi
Sokolow per Magnificum Hæredem sive Ejus
Commissarium vel Plenipotentem Specialem
confirmabitur. Post quam sui confirmationis
Idem Advocatus Juramentum Rotha in Ju-
re Magdeburgensi Culmensi descripta ad-
implere et præstare tenebitur. Quem taliter

dectum et confirmatum Advocatum simul
et Proconsulem ejusdem Oppidi nominari vo:
lumus. Nihilominus Notarium habilem
et Idoneum Juris et Legis gnarum, ad
gerenda Acta, Suscipiendaq; Tranactiones
et ad formanda scribendaq; Decreta in
Eodem Oppido Solotow aptum, per eosdem
Septem Scabinos eligendum similiter ju:
ratum esse habendum et conservandum
Statuimus. Ut autem Idem Magnificus
Ogiusti Supremus M. De Litt. Marschal:
cus quâ Ejusdem Oppidi Solotow Hæres
ex eodem Oppido Suo Hæreditario majora
incrementa, commoda et emolumenta
habere valeat, Fora annualia et Septima:
nalia in eodem Oppido Solotow hucusque
celebrari Solita, approbanda, confirmanda,
instituendaq; esse duximus, approbamusq;
innovamus, et instituimus, hisce Literis
Nostris scilicet Nundinas seu Fora annu:
alia Jarmarki dicta Decem, quolibet Anno
agitanda, utpote Primum Forum Annuale
pro Feria Quinta magna Cœnæ Domini,
Secundum pro Festo Ascensionis in Cælum
Christi Domini, Tertium pro Festo Sacra:
tissimi Corporis Christi Domini, Quartum
verò Forum Annuale pro Festo Sanctæ
Margarethæ Virginis et Martyris, Quintum
denique Forum Annuale pro Festo Sancti
Michaelis Archangeli, Sextum rursus pro
Festo Protectionalis Beatissimæ Virginis
Mariæ, alias na Swięto Polirowe Ruskie

juxta

juxta Calendarium Ruthenum, Septimum autem Forum pro Festo Sancti Rochi, Octavum deinde Forum pro prima mensis Januarii, nonum postremo pro Festo Sancti Mathiæ, Decimum denique Forum pro Festo Annuntiationis Beatissimæ Virginis Mariæ, Septimanalia vero Fora Fargi dicta binis qualibet Septimana vicibus, utpote Diebus Dominicis ac Feriis Quintis in eodem Oppido Solotow celebranda et peragenda decernimus. Ad quæquidem utraq' Fora tam annualia quàm Septimanalia ejusdem Oppidi Solotow liberum et licitum erit omnibus hominibus cujuscunq' Status, Sexus et Conditionis, Loci et nationis, tum mercatoribus omnibus cum quolibet genere mercium, pro nundinis ipsis annualibus semper per unam Septimanam celebrari debitis atque Foris Septimanalibus agitandis et celebrandis confluere, et condescendere, atque rite, tute, et secure emere, vendere, res pro rebus, merces pro meribus permutare, omnia et singula negotiaticia et honesta peragere et perficere, venientes quoque ad hasce nundinas „annuales“ et Fora Septimanalia, et ex illis redeuntes, ea utentur securitate, qua omnes in Patronium et Protectionem nostram suscepti, uti consueverunt, nisi forte aliqui tales reperti, notati, et suspecti fuerint, quibus bonorum hominum Consortium denegatur, et quos Leges publicæ Patriæ ferre et pati non permittunt.

Quæ omnia superius expressa, firma, rata,
grata et inviolabilia fore et esse volumus,
ac per Nos Serenissimosq; Successores nostros
manutenenda cavemus et spondemus.
In quorum majorem fidem præsentes ma:
nu nostra subscriptas Sigillo Regni com:
muniri jussimus. Datum Varsaviæ Die
VII. Mensis Junii, Anno Domini MDCCLXI.
Regni vero nostri XXVIII. Anno. Innovatio
Juris Magdeburgensis Culmensis, cum collà:
tione Jurium, Libertatum, Nundinarum,
Annualium aebini Fori, qualibet Septima:
na celebrari debiti pro parte Oppidi Solotow
Magnifici Oginski Supremi Magni Duca:
tus Lithvaniæ Marschalci Hæreditè
in Palatinatu Podlachiæ, Terra vero Gro:
hicensi siti, confertur. Augustus Rex.
Locus Sigilli Cancellariæ majoris Regni.
Adalbertus Rabowski Collator Terræ
Visnensis, Sigilli majoris Regni Secretarius
Quas ejusmodi Literas Originales supra
descriptas, sicut præmissum per oblatam
porrectas; Nos ad acta præsentia suscipi,
inscribi, et ex ijsdem fideliter de verbo
ad verbum descriptas Parti postulanti
authentice extradi Originale vero Offe:
renti rursus restitui: de quo recepto Can:
cellariam quietavit: permisimus. In
quorum Fidem &c: Actum ut supra

Actum Varsaviæ Sabbathô
post Festum Sancti Barnabæ
Apti

Apostoli proximo Die scilicet
Decimatertiâ mensis Junii
Anno Domini Millesimo
Septingentesimo Sexagesimo
Primo Regni vero Nostri
Anno XXVIII.

Ad Relationem Illmi Excellmi et
Mgci Dni Supremi Regni Cancellarii.

Roborat Scriptum Obligatorium in rem
Gnosi Gablentz, Gnosus Casimirus Poniatowski
Succamerarius Regni
Augustus Tertius &c.
Significamus &c. Quod coram Actis presentibus
Metrices Regni Cancellariæ Nostræ minoris
comparens personaliter Generosus Casimirus
Ciotek Poniatowski Succamerarius Regni,
sanus mente et corpore existens, recedendo
à Foro, Terris, et Jurisdictionibus Suis quo-
buvis propriis, huic autem Jurisdictioni
Nostræ Regiæ, quo ad infrascripta recogno-
scenda attinet, se subjiciendo et incorpora-
do palam, liberé ac benevolé recognovit
et præsentibus recognoscit. Quia Ipse Scri-
ptum Suum certum manuale obligato-
rium de data illius hic Varsaviæ Dieho-
diernæ in actu contenta in rem et Perso-
nam Generosi Gablentz Succamerarii et
Vice Venatoris Nostri Datum et conscriptæ
manu sui Recognoscentis Subscriptum
et Sigillatum, Ligamentis in eodem ex-
pressis firmatum, in omnibus ejusdem

Scripti Conditionibus, Contentis, punctis, clau-
sulis, Articulis, nexibus, et ligamentis, be-
neficiisq' generaliter universis in toto, in rem
et Personam memorati Gnósi Gablentz, roborat,
approbat, confirmat et ratificat, eidemque
tam in toto, quàm in quavis ejus minima
parte Stare, parere, et in omnibus Satisfa-
cere se suis cum Successoribus inscribit et
obligat. Idque Sub Vadio Summæ Quingen-
ta millium Florenarum Polonicalium
per se Recognoscentem Successoresq' Suos
in casu Inscriptioni presenti roboratoriæ
et Scripto præfato obligatorio in aliquo
contraventionis, præmissorumq' omnium
et Singulorum in ijsdem contentorum
non completionis Eidem Gnóso Gablentz
Succamerario et Vicevenatori Nostro Ejusque
Successoribus ad solvendum luendo et suc-
cumbendo, nullo q' modo evadendo. Pro quo
quidem Vadio reg ipsa principali in casu
alicujus Contraventionis citatus existens
cognoscentem Posterosq̃ suos in casu In-
scriptioni presenti Donatoriæ in aliquo
contraventionis premissorumq̃ omnium
et singulorum in eadem contentorum
non completionis eidem Generoso Dona-
tario suo Illiusq̃ Successoribus ad solven-
dum luendis et Succumbendis. Pro quibus
quidem Damnis Terrestribus simpliciter
et absq̃ Juramento corporali taxandis
et ejicendis, modo premisso ad solvendum
succubitis et transgressis, acre conditio-
neq̃ aliqua Inscriptionis non completa
nihilominus completenda Suprascriptus
Recognoscens suis cum Successoribus jure
conventus coram Judicio Tribunalitio Re-
gni ad primam Instantiam memorati
Generosi Francisci Ferdinandi Lubomirski
Donatarii sui Illiusq̃ Successorum peremp-
torie respondere, Stare, Juri parere et
omne Judicatum pati, suis cum Posteris

debebit

debebit et tenebitur, Dilationibus genera-
liter omnibus, evasionibus, Suspensionibus
defensionibus, Protestationibus, Impedi-
mentis legalibus et quibusvis exceptio-
nibus, Motionibus, appellationibus ea-
rumq; prosecutionibus, aliisq; Juris me-
diis et defensis in toto renuntiando. Hac
sua personali Recognitione ad premis-
sa mediante. Alias in forma Inscriptionis
Donatoriæ et Resignatoriæ de jure plenis-
sima, firmissima et perfectissima. Froma-
jori vero firmitate manu propria se sub-
scripsit. A. Lubomirski C. Regni. Quam
ejusmodi Inscriptionem Donatoriam et Re-
signatoriam sicut premissum factam Nos
firmam ac de jure validam haberi volen-
tes eandem ad acta presentia suscipi, in-
scribi et ejusdem fideliter descriptam Par-
ti postulanti Authentice extradi permisimus.
In quorum fidem &c. Actum Varsaviæ ut supra.

Donat Idem Gnōrus Antonius Lubomirski
Ensifer Regni eidem Gnōro Francisco Lubo-
mirski Fratri suo Oppidum Kolbuszowa
cum Villis Smolasz, Werynia, Blich, Trze-
snia, Jagodnica, Wypalenisha, Zaręba
cum adnexis.
Augustus Tertius &c.
Significamus &c. Quòd cùm ad humillimam

Supplicationem Generosi Antonii Principis
Lubomirski Ensiferi Regni ob debilem vale-
tudinem Acta publica adire non valentis
Ad Nos factam, Speciali Rescripto Nostro
hic Varsaviæ Die hodierna ex Cancellaria
Majori Regni extradito, Generosum Joannem
Nepomucenum Stominski Secretarium
Nostrum et Actorum Metrices Regni Præ-
fectum pro recipienda ab Ipso infrascripta
Inscriptione deputâssemus, utq cum Actis
Metrices Regni Ipsum in Palatio Uiazdo-
viensi Ad Varsaviam sito residentem adi-
ret, permisissemus Isidem Generosus Depu-
tatus Secretarius Noster, functus Officio
Suo palam publiceq recognovit. Qualiter
Die hodierna in Actu contenta coram eodem
Generoso Secretario Deputato nostro, Actisq
præsentibus Metrices Regni Cancellariæ
Minoris comparens personaliter Generosus
Antonius Princeps Lubomirski Ensifer
Regni, licet quidem corpore debilis, compos
tamen sanamentis et rationis existens,
recedendo à Foro, Terris, et Jurisdictionibus
suis quibusvis propriis, huic autem Juris-
dictioni Nostræ Regiæ, quo ad infrascripta
recognoscenda attinet, se subjiciendo et in-
corporando palam, liberé ac benevolé reco-
gnovit. Quia Ipse insistendo Contractui
certo Resignatorio in Uiazdow Die Septimâ
mensis

mensis et Anni current, inter se Recogno-
scentem ab una, et Generosum Franciscum
Ferdinandum Lubomirski, Biecensem Ol-
sztinensem Capitaneum Fratrem Suum ger-
manum inito et conscripto, Actis praesentibus
hodierno Sub Actu roborato, jam ex nunc et
de facto eidem Gnoso Francisco Ferdinando
Lubomirski Biecensi, Olsztinensi Capitaneo,
Fratri Suo, Ejusq' legitimis Successoribus Bo-
na sua propria et hereditaria, videlicet Oppi-
dum Kolbuszowa, cum Suburbiis, Kolbuszow-
ka, Villas Kolbuszowa Stara, Werynia, Cno-
las, Dubas, Zareblu, Swierczow, Nowa Wies,
Brzozuwka, Trzesnia, Ulasowka, Miecho-
wice, Dymarka, Huta, Ruda, aliasq' ad
Tractum seu Clavem Kolbuszoviensem
pertinentes, partim in Sandomiriensi,
partim vero in Russia Palatinatibus, Ter-
ra Premisliensi consistent, cum omni eo-
rundem Bonorum Jure Dominio, propri-
etate, propinquitate, utilitatibus, usibus
fructibus, proventibus, redditibus, attinen-
tiis et pertinentiis, Structuris, Edificiis, pra-
diis, Granariis, Hortis, pomariis, Sepimen-
tis, Agris, pratis, Campis, Sylvis, pascuis,
nemoribus, indaginibus, rubetis, Apisteriis,
apum mellificiis, rivis, rivulis, torrentibus
Aquarum decursibus, fluviis, fluminibus

lacubus, palludibus, Stagnis, piscinis ma-
gnis et parvis, Tabernis, Tabernatoribus, Mo-
lendinis, Molendinatoribus, eorumq; metretis
tum Subditis, Cmethonibus, Hortulanis, In-
quilinis, Colonis, eorumq; Censibus, Dati-
onibus, tributis, pensionibus, Decimis,
Vigiliis diurnis et nocturnis, dierum la-
boribus, vecturis, Officiisq; quibusvis per
eosdem ab antiquo pendi et prestari solitis,
commodisq; et emolumentis generaliter
omnibus nunc provenientibus, et in poste-
rum proventuris ac Jure Patronatus pre-
sentandorum quorumvis Ecclesiasticorum
Beneficiorum in ijsdem Bonis existentiu
nihil prorsus Suisq; Successoribus, aut alii
cuipiam reservando seu excipiendo, verum
ita late, longe circumferentialiterq; prout
predicta Bona in suis metis et limitibus
se extendunt et protrahunt, ac se Recogno-
scentem ab antiquo Spectabant et concer-
nebant, dedit, donavit, inscripsit, et resi-
gnavit, prout quidem presentibus, dat,
donat, inscribit et resignat pure, mere,
vere et irrevocabilis Donationis titulo
perpetuò et in evum. In quo quidem
Bona presentibus donata et resignata
Idem Generosus Recognoscens, eidem Ge-
neroso Francisco Ferdinando Lubomirski
Biecensi Olsztinensi Capitaneo Donatario
suo

suo Illiusq Successoribus realem Intro:
missionem, actualem pacificamq possessi:
onem per Ministerialem Regni genera:
lem quemvis et Nobiles duos faciliùs ad
id conducendos vigore Inscriptionis Dona:
toriæ præsentis officiosè capiendam et assu:
mendam libere dat et admittit, datamq
et admissam, nec per se nec per quasvis su:
as Submissas et subordinatas Personas
præpedire et impugnare, quinimo eundem
Gnosum Donatarium suum à quibusvis
impetitionibus Juridicis omnium et sin:
gularum Personarum, Statûs, Sexûs et
conditionis cujusvis existentium, ratio:
ne præmissorum Bonorum quocunque
modo Exoriundis in omni Judicio et Offi:
cio Regni toties quoties opus fuerit, tueri
evincere, et intercedere sesuis cum Succes.
soribus inscribit et obligat. Idque sub Da:
mnis Terrestribus simplici verbo absque
Juramento corporali taxandis et evicendis
Pro quibus Citatus existens in Foro Tribu:
nalis Regni Lublinensis absq omnibus
Dilationibus, exceptionibus et diffugiis
Juris peremptoriè suis cum Successoribus
respondebit. Hac sua personali Recogni:
tione ad præmissa mediante. Aliàs in
forma Inscriptionis Donatoriæ et Reu:

gnatoria de Jure plenissima firmissima
et perfectissima. Pro majori vero firmita-
te manu propria se subscripsit. A. Lubomirski
S.R. Regni. Quam ejusmodi Inscriptionem
Donatoriam et Resignatoriam sic ut præ-
missum factam et recognitam Nos firmam
ac de Jure validam haberi volentes eam-
dem ad Acta præsentia suscipi, inscribi
et ex ijsdem fideliter descriptam, Parti
postulanti Authentice extradi permisi-
mus. In quorum fidem &c. Actum ut supra.

Quietat Idem Gnosus Antonius
Lubomirski S.R.J. Princeps Ensifer
Regni eundem Gnosum Franciscum
Lubomirski Capitaneum Biecensem
Fratrem suum ex pretio Bonorum
Oppidi Lipowiec ac Villarum ad idem
pertinen. tum Kolbuszowa.

Augustus Tertius &c.
Significamus &c. Quòd cum ad humillimam
Supplicationem Generosi Antonii Lubomirski
Ensiferi Regni, ob debilem valetudinem
Acta publica adire non valentis ad Nos
factam, Speciali Rescriptô Nostrô hic
Varsaviæ Die hodierna ex Cancellaria
Majori Regni extradito, Generosum Joannem
Nepomucenum Stominski Secretarium no-
strum et Actorum Metrices Regni Præfectum
pro reci-

pro recipienda ab Ipso infrascripta Inscriptione
Deputaßemus, utq cum actis Metrices Regni
Ipsum in Palatio Wiazdoviensi ad Varsaviam
sito residentem adiret, permisißemus, Is idem
Generosus Deputatus Secretarius Noster fun-
ctus officio suo palam, publiceq recognovit.
Qualiter Die hodierna in actis contenta coram
eodem Generoso Secretario Deputato Nostro, Ac-
tisq praesentibus Metrices Regni Cancellaria
Minoris comparens personaliter supradictus
Gnosus Antonius Princeps Lubomirski Ensifer
Regni, licet quidem corpore debilis compos
tamen sanae mentis et rationis existens rece-
dendo a Foro, Terris et Jurisdictionibus suis qui-
busvis propriis, huic autem Jurisdictioni Nostrae
Regiae quo ad infrascripta recognoscenda atti-
net, se subjiciendo et incorporando palam, liberé
ac benevolé recognovit. Quia Ipse Generosum
Franciscum Ferdinandum Lubomirski, Fra-
trem suum germanum, Biecensem, Olszti-
nensem Capitaneum, de praestita sibi Suffi-
cienti ad mentem et oblocutionem Contractus
certi Resignatorii, actis praesentibus hodierno
sub Actu roborati, pro pretio Bonorum Oppidi
Kolbuszowa cum Suburbiis Kolbuszowka
et Villis Kolbuszowa Stara, Werynia, Cmolas,
Dubas, Zarzbki Swierczow, Nowa Wies, Brzo-
zowka, Trzesnia, Ulasowka, Miechowice,
Dymarka, Huta, Ruda, partimin Sando-
mirien

miriend° partim verò in Russia Palatinatibus
consistent°, Oppidi Lipowiec itidem cum Subur-
biis et Villis Hayzyn, Skakunka, Berezowka,
Hamionka, Napadowka, Roszosze, Medwedka,
Czachow, Oczytkow, Bogdanowka, Andrusiu-
wka, Kazanka, Skitka, Zozow, Zozowka, Fa-
ryrowka, Lulince, Oczeretna, Seletkowka
Strzelniki, Czachowisko, aliisq ad hunc Tra-
ctum pertinen° in Palatinatu Braclavien°
necnon Bonorum Mniszow, Rakowice, Sodole
Sambodzie, Wicie in Palatinatu Mazovie
Terra Cernensi sitorum et jacentium per se Reco-
gnoscentem eidem Generoso Capitaneo Biecensi
et Olsztinensi Fratri suo resignatorum pro-
veniente, Satisfactione, quietat, emittit, li-
berum absolutumq; facit et pronunciat, su-
prafatum Contractum Resignatorium quo
ad eandem pro pretio Bonorum prestitam
sibi Satisfactionem se referentem, cumejus
contentis, Vadio, Foro et ligamentis ac robo-
ratione, nihil sibi suisq; Successoribus San-
guine junctis, quidquam juris aut cujusvis
pretensionis ad eundem quorum Franciscum
Ferdinandum Lubomirski Biecensem, Olsz-
tinensem Capitaneum Fratrem suum ejus-
legitimos Successores, et ad prafata Bona
reservando, seu quovis modo excipiendo,
tollit, cassat et annihilat perpetuo et in
errum. Hac sua personali Recognitione

ad pra-

ad præmissa mediante. Aliàs in forma Inscriptionis Quietatoriæ de Jure plenissima firmissima et perfectissima. Pro majori verò firmitate manu propria se subscripsit. Et. Lubomirski S. R. Rni. Quam ejusmodi Inscriptionem Quietatoriam sicut præmissum factam et recognitam Nos firmam ac de Jure validam haberi volentes, eandem ad Acta præsentia suscipi, inscribi et ex ijsdem fideliter descriptam Parti postulanti authentice extradi permisimus. In quorum fidem &c. Actum Varsaviæ ut supra.

Constituit Plenipotentes Idem Gnōrus Antonius S. R. J. Princeps Lubomirski E. Rni. Augustus Tertius &c.

Significamus &c. Quòd cùm ad humillimam Supplicationem Gnōri Antonii Principis Lubomirski Emiferi Regni, ob debilem valetudinem Acta publica adire non valentis ad Nos factam Speciali Rescripto Nostro hìc Varsaviæ die hodierna ex Cancellaria Majori Regni extradito, Gnōrum Joannem Nepomucenum Stominski Secretarium Nostrum et Actorum Metricer Regni Præfectum pro recipienda ab Ipso infrascripta Plenipotentia deputassemus, utq; cum Actis Metrices Regni Ipsum in Palatio Ujazdoviensi ad Varsaviam sito residentem adiret, permisissemus

Is idem Gnósus Deputatus Secretarius No:
ster functus Officio Suo, palam, publicé, re:
cognovit. Qualiter Die hodierna in actu
contenta coram eodem Gnóso Secretario Depu:
tato Nostro, actisq; præsentibus Metrices
Regni Cancellariæ Minoris comparens per:
sonaliter prefatus Gnósus Princeps Antonius
Lubomirski Ensifer Regni, licet quidem cor:
pore debilis, sanus tamen mente existens, re:
cedendo à Foro, Terris, et Jurisdictionibus
suis quibusvis propriis, huic autem Juris:
dictioni nostræ Regiæ, quò ad infrascripta
recognoscenda attinet se subjiciendo et incor:
porando palam, liberé ac benevolé recognovit.
Quia Ipse Gnósus Bonaventuram Przytuski
Pincernam Horodliensem, et Cajetanum
Skarzewski Vicegerentem Lactrensem Bu:
scensem, in suos veros legitimos et indubi:
tatos Plenipotentes ad Triennium integrum
eligit, constituit, inscribit et solenniter
ordinat. Dans et concedens iisdem suis Ple:
nipotentibus plenariam facultatem et o:
mnimodam potestatem, causas suas gene:
raliter omnes et singulas in omni Judicio
et Officio Regni, Majoris Minorive sub:
sellii etiam Judicio Tribunalitio Regni
Lublinen: aut Petricovien: cum quibusvis
Personis, ratione quarumvis rerum et ne:
gotiorum tam ex Actoratu quàm et reatu
sui Rec:

sui Recognoscentis incidentes et incidendas
habitas et habendas, promovendi defendendi
jureq tuendi, Processus inchoandi, inchoatos
continuandi, Decreta suscipiendi, à contra-
riis provocandi, juramenta affectandi arre-
sta imponendi et relaxandi penas judiciales
levandi, de levatis quietandi, intromissio-
nes offerendi et acceptandi, actus condescen-
sionum Granicialium attentandi, alios Ple-
nipotentes Substituendi, substitutos revo-
landi, alteraq' omnia legitimos Plenipoten-
tes concernentia rite obeundi et peragendi.
Promittens et inscribens se Idem Recogno-
scens id totum quidquid per prædictos Pleni-
potentes Suos juridice actum, gestum, con-
stitutumve fuerit, pro rato et grato Susce-
pturum, nullo'q' modo præmissis contradi-
cturum. Hac sua Recognitione ad præmissa
mediante. Pro majori verò firmitate manu
propria se subscripsit. A. Lubomirski C. Pri.
Quam ejusmodi Plenipotentiam sicut præ-
missum factam et recognitam Nos firmam
ac de jure validam haberi volentes, eandem
ad Acta præsentia suscipi, inscribi et ex
ijdem fideliter descriptam Parti postulanti
Authentice extradi permisimus. In quor
fidem &c. Datum Varsaviæ ut supra
Roborat Idem Gnōrus Antonius Lubomirski C. Pri
Testamentum seu Ultimam Voluntatem suam.

Augustus Tertius. &c.
Significamus &c. Quòd cùm ad humillimam Sup.
plicationem Gnóri Antonii Lubomirski Ensiferi
Regni ob debilem valetudinem Acta publica
adire non valentis ad Nos factam, Speciali
Rescripto Nostro hìc Varsaviæ Die hodierna
ex Cancellaria Majori Regni extradito
Gnosum Joannem Nepomucenum Slominski
Secretarium nostrum et actorum Metrices
Regni Præfectum pro recipienda ab Ipso infra
scripta Inscriptione deputâssemus, utq;
cum actis Metrices Regni Ipsum in Pala-
tio Ujazdoviensi ad Varsaviam sito residen-
tem adiret, permisissemus. Is idem Generosus
Deputatus Secretarius noster functus officio
suo palam, publicèq; recognovit Qualiter
Die hodierna in actu contenta coram eodem
Gnóso Secretario Deputato nostro Actisque
præsentibus Metrices Regni Cancellariæ
Minoris comparens personaliter præfa-
tus Gnosus Antonius Lubomirski Ensifer
Regni, licet quidem corpore debilis sanus ta-
men mente existens, recedendo à Foro, Terris,
et Jurisdictionibus suis quibusvis propriis,
huic autem Jurisdictioni nostræ Regiæ
quò ad infrascripta recognoscenda attinet, se
subjiciendo et incorporando palam, libere
ac benevolè recognovit. Quia Ipse Testa-
mentum seu ultimam Voluntatis suæ
Dispositionem Die Octava Mensis Junii
Anno præsenti Millesimo Septingentesimo
Sexa-

Sexagesimo Primo conscriptt manu sua propria
et Testium ad hunc actum rogatorum sub:
scriptt, Sigillog Suo gentilitio in cera rubra
hyspanica expresso communitt, tanquam
matura deliberatione factt, in omnibus
et singulis ejusdem Testamenti punctis,
clausulis, Articulis, Conditionibus, liga:
mentis, universisq contentis illius, sponte
libere, benevole, hac sua voluntaria Rego:
gnitione approbat, roborat et confirmat,
illudq robur debitum, et valorem de Jure
quatn firmissimum et inviolabilem habere
ac post serafata sui Recognoscentis in toto
et in minima parte ad executionem deduci
vult ac declarat, salva nihilominus in casu
Superviventiæ dicti Testamenti mutatione, cor:
rectione; cassatione, seu alterius confectione
sibi reservata facultate. Hac sua personali
Recognitione ad premissa mediante. Alias
in forma Inscriptionis roboratoriæ de Jure
plenissima, firmissima et perfectissima.
Pro majori vero firmitate manu propria
se subscripsit. Cr. Lubomirski S. C. Regni.
Quam ejusmodi Inscriptionem roboratoriam
sic ut premissum factam et recognitam Nos
firmam ac de Jure validam haberi volen:
tes eandem ad Acta præsentia suscipi, in:
scribi et exijdem fideliter descriptam Par:
ti postulanti Authentice extradi permisi:
mus. In quorum fidem &c. Actum ut supra

m

Inscribit Summam 198. Florenorum Polon^e
Magnificus Constantinus Ludovicus
Plater Palatinus Mscistaviensis Gnóso
Josepho Karczewski Capitaneo Livensi
Augustus Tertius &c:
Significamus &c: Quòd coram Actis presen:
tibus metrices Regni Cancellariæ Nostræ
Minoris comparens personaliter Magnifi:
cus Constantinus Ludovicus Plater Palatinus
Mscistaviensis Sanusmente et corpore exi:
stens recedendo à Foro, Terris et Jurisdicti:
onibus Suis quibusvis propriis, huicautem
Jurisdictioni Nostræ Regiæ quò ad infrascrip:
pta recognoscenda attinet se subjiciendo et
incorporando, palam, libere ac benevole
recognovit et præsentibus recognoscit. Quia
Ipse Generoso Josepho Karczewski Capita:
neo Livensi Ejusq' legitimis Successoribus
Summam Centum nonaginta Octo millium
Florenorum Polonicalium, nempe in Aureis
Hungaricalibus boni et adæquati ponderis,
quemlibet Aureum Hungaricalem Octo:
decim Florenis Polonicalibus computando
Summam Centum Octo millium Florenorum
Polon^e in Taleris verò quemlibet Octo flore:
nis Polonz computando, sive in moneta Polo:
nicali antiqua, Nonaginta itidem Florenor
polonicalium certi, veri, justi ac liquidi De:
biti tenetur ac debet. Quam quidem Sum:
mam primam Sex millium Aureorum
Hun=

Hungaricalium duabus Septimanis Festum
Sancti Joannis Baptistæ in Anno futuro mil:
lesimo Septingentesimo Sexagesimo Secundo
præcedentibus, alteram Nonaginta Millium
Florenorum Polon: in Talleris aut antiqua
Polonica Moneta itidem duabus Septima:
nis Festum S. Joannis Baptistæ in Anno
Deodante venturo 1763tio præcedentibus
eidem Gnózo Josepho Karczewski ac Succes:
soribus Ipsius, cum provisione per sex à quo:
libet Centum quotannis pendenda, solvendâ
ac circa dicta Castrensia Varsaviensia enu:
meraturum se suis cum Successoribus sub:
mittit et obligat, eandemq; Summam Cen:
tum Nonaginta Octo millium Florenorum
Polon: majoris securitatis gratiâ in Bonis
suis omnibus mobilibus et immobilibus ha:
bitis et habendis ac Summis quibusvis pe:
cuniariis ubicunq; locorum existentibus et
præsertim super Bonis Jakobow, Mintowa,
Czarna in Terra Cernensi, et Wolka Czar:
ninska in Terra Varsaviensi, Palatinatu
verò Masovie Sitis et jacentibus inscribit
et assecurat. Idque sub vadio Similis Sum:
mæ Centum Nonaginta Octo Millium
Florenorum Polonicalium per se Recognoscen:
tem Successoresq; Suos in casu Inscriptioni
præsenti Debitoriæ in aliquo contraventionis

præmissorum omnium et singulorum non
completionis eidem Gnõso Josepho Karczewski
Illiusq Successoribus ad solvendum luendo
et succumbendo. Pro quo in casu contra=
ventionis citatus existens, coram Judicio
Terrestri sive Officio Castrensi Cernensi
aut Varsaviensi suis cum Successoribus
peremptorie respondere tenebitur. Hac
sua personali Recognitione ad premissa
mediante. Alias in forma Inscriptionis
Debitoriæ de jure plenissima, firmissima
et perfectissima. Gronajori vero firmitate
manu propria se subscripsit. Constantinus
Lud. Plater Palatinus Mscislaviensis mp.
Quam ejusmodi Inscriptionem Debitoriam
sic ut premissum factam et recognitam
Nos firmam ac de jure validam haberi
volentes, eandem ad Acta præsentia suscipi,
inscribi et ex ijdem fideliter descriptam
Parti postulanti Authentice extradi per=
misimus. In quorum fidem &c. Actum ut supra.

Oblata Rescripti ad Gnõrum Metrices Rni
Præfectum, ut cum Actis ad Gnõrum Principis
Antonium Lubomirski Ensiferum Regni
descenderet.
Augustus Tertius &c.
Significamus &c: Oblatas esse ad Acta præsen:
tia Metrices Regni Cancellariæ Minoris
Literas

Literas Originales papyreas Rescripti infra
scriptę, manu Nostra Subscriptę et Sigillo Rni
majori communitę, tenoris sequentis = August
Trzeci z Bożey Łaski Król Polski, Wielki
Xiąże Litewski, Ruski, Pruski, Mazowiecki
Żmudzki, Kijowski, Wołyński, Podolski,
Podlaski, Inflantski, Smoleński, Siewierski
y Czernichowski, a Dziedziczny Xiąże
Saski y Elektor. Urodzonemu Janowi
Stanisławiemu Metrylantowi Pieckęi
mieyscowey Koronney Wiernie Nam Mile:
mu Ladę Naszą Królewską. Urodzony
Wiernie Nam Miły. Przełożono namieni
przez Panow Rad Naszych przy boku na:
szym będących: Iż Urodzony Xiąże Anton
Lubomirski Miecznik Koronny dastabosci
zdrowia swego, żadną miarą adirena ze:
znanie Transakcyi Actapublica Grodu Lwar:
skiego nie może, y oraz pnieniem Jego
Urodzonego Xiążęcia Miecznika Koronnego
Supplikowano abyśmy pozwolili z Aktami
Metryki Koronney, dla przyięcia tychże
Transakcyi do Jego condescendere Rezydencyi.
Przeto My przychylaiąc się do takowey Sup:
pliki Wiernośći Twoiey pozwalamy, y po
nim mieć chcemy, aby Wierność Twoia
Zapobieżeniem sobie tego Listu Naszego
z Aktami Metryki Koronney, do Pałacu
w Uiaz:

w Uiazdowie Stoiącego, w Ktorym chory
decumbit, zszedłes, y tamte Transakcye
Ktore On coram iydem Actis zeznać pragnie
podług należytosci Prawa przyiąłes. Uczyni
to Uiernosć Twoia dla Łaski Naszey Kro:
lewskiey y powinnosci Urzędu Swego. Na
co dla lepszey Wiary ręką Naszą podpisawszy
się Pieczęć Koronną przycisnąć rozkazalismy.
Dan w Warszawie Dnia XI.go Miesiąca Lipca
Roku Panskiego MDCCLXI. Panowania naszego
XXVIII. Roku. Augustus Rex. Locus Sigilli
majoris Cancellaria Regni. W. Rakowski
Podkanzly Ziemi Wiskiey, Pieczęci W. Korz
Sekretarz. my. Reskrypt do Urodzonego Jana
Stanislawskiego Metrykanta Pieczęci mniejszey
Koronney, aby mogł adire z Aktami Metry:
ki Koronney do Urodzonego Xiązęcia Anto:
niego Lubomirskiego Mieczinika Koronnego.
Quas ejusmodi Literas Originales papyreas
Rescripti Suprascripti sicut praemissum oblatt,
nos ad Acta praesentia Suscipi, inscribi et ex
ijdem fideliter Descripti, Parti postulanti
authentice extradi permisimus. In quorum
fidem sc Actum Varsaviae ut supra.

Actum Varsaviae Feriâ Sextâ
in Vigilia Festi Sancti Jacobi
Apostoli Die scilicet Vigesima
Quartâ Mensis Julii, Anno Dñi
Millesimo Septingentesimo Sexa:
gesimo Primo. Regni vero Nri Octâ XXVIII.

Ad Relaônem

Ad Relationem Illustrissimi Excellmi
et Mfiu D. Supremi Rni Cancellarii.

Constituunt Plenipotentem Vtlis Christophorus Szembek Canonicus Cathlis Crac et Gnosus Joachimus Czerny Vexillifer Oviecimen, Gnorum Josephum Dunin Karwicki Regentem Cancellariæ Majoris Regni.

Augustus Tertius &c:

Significamus &c: Quòd coram Actis præsentibus Vtrices Regni Cancellariæ Nostræ Minoris comparentes personaliter Venerabilis Christophorus Szembek Metropolitanus Gnesnensis et Cathedralis Cracoviensis Canonicus, ac Insignis Collegiatæ Varsaviensis Archidiaconus, et Generosa Symphorosa de Niszczyckie in personali assistentia et authoritate Generosi Joachimi Schwartzenberg de Witowice Czerny Vexilliferi Oviecimensis Mariti sui uti Tutoris Conjugalis agens, sanimentibus et corporibus existentes, recedendo à Foro Terris et Jurisdictionibus suis quibusvis propriis, huic autem Jurisdictioni Nostræ Regiæ quoad infrascripta recognoscenda attinet, se subjiciendo et incorporando, palam, libere ac benevole recognoverunt. Quia Ipsi Gnosus Josephum Dunin Karwicki Regentem Cancellariæ Majoris Rni, in suum verum, legitimum, Specialem et indubitatum Plenipotentem, eligunt, constituunt, inscribunt et Solenniter ordinant. Dantes et concedentes

Ipsi plenariam facultatem et omnimodam po:
testatem causam suam et actionem judiciariam
occasione Successionis post olim Magnificam
Alexandram de Koniecpolskie Denhoffowa
Palatinam Siradiensem se Recognoscentes
concernentis cum Generoso Stanislao Lubomirski
Subdapifero Regni, in Judiciis Tribunalitiis
Regni, sive aliis Minoris cujusvis Subsellii
incidentem, nomine sui Recognoscentium
attentandi et promovendi, Comparitiones
inscribendi, jurefuendi et defendendi, Jura:
menta deferendi et auscultandi, penas judi:
ciarias levandi, de levatis quietandi, De:
creta favorabilia suscipiendi, à gravaminosis
ad majus Subsellium appellandi seu moven:
di, appellationes et motiones prosequendi,
Complanationes ineundi, Actus compromis:
soriales inscribendi, Transactiones officiosas
ad id negotium pertinen[t] recognoscendi alios
Plenipotentes in locum sui substituendi, sub:
stitutos revocandi, ceteraq[ue] omnia et singula
pro causa ejusdem exigentia, necessaria et
opportuna, veros et legitimos Plenipotentes
concernentia agendi et exequendi. Promit:
tentes et inscribentes se fidem Recognoscen:
tes Ad totum quidquid per eundem Plenipo:
tentem actum, gestum, constitutumque
fuerit, pro rato, grato, et irrevocabili Susce:
pturos et nihilo contradicturos. Hâc suis
perso:

personalibus Recognitionibus ad premissa
mediantibus. Et majori verò firmitatem:
nis propriis se subscripserunt. Christophorus
Szembek Cancell: Regn: Cracz Arch: Varsz. Symforoza
z Nizczyckich Czerna. Joachimus Schwartzen-
berg de Albitowice Czerny Vexillifer Cuviens.
Quam ejusmodi plenipotentiam sicut præ-
missam factam et recognitam. Nos firmam
ac de jure validam haberi volentes, eandem
ad Acta præsentia suscipi, inscribi, et ejusdem
fideliter descriptam Carti postulanti au-
thentice extradi permisimus. In quorum
fidem &c: Actum ut supra.

Roborant Contractum Mfici Constan-
tinus Ludovicus Plater Palatinus Musc:
Stavien: et Augusta de Oginskie Conjuges
ab una, et Priori Joannes Baptista Aloij
ac Henrietta de Rachot Conjuges parte
ab altera.

Augustus Tertius &c:
Significamus &c: Quod coram Actis Metrices
Regni Cancellariæ Nostræ Minoris compa-
rentes personaliter Magnifici Constantinus
Ludovicus Plater Palatinus Musc: Stavien:
et Augusta de Oginskie Conjuges ab una,
et Generosi Joannes Baptista Aloy Consilia-
rius Noster Bellicus, Serenissimi vero
Caroli Filii Nostri Ducis Curlandiæ et
Semigalliæ Residens, ac Henrietta de

Rachot itidem Conjuges partibus ex altera,
Mariti quidem per se, Consortes vero in assisten-
tia et authoritate eorundem Maritorum
Suorum uti Tutorum Conjugalium agentes
animentibus et corporibus existentes, rece-
dendo à Foro, Terris et Jurisdictionibus
suis quibusvis propriis, huic autem Juris-
dictioni Nostræ Regiæ, quo ad infrascripta
recognoscenda attinet, se subjiciendo et in-
corporando, palam, libere ac benevole reco-
gnoverunt. Quia ipsi Contractum certum
resignatorium hic Varraviæ Die vigesima
Tertia Mensis Junii Anno currenti 1761,
occasione Palatioli inter Fundos Tombrech-
towski abuna, et Duszeniowski vocitat
parte ex altera Situati, inter se Recogno-
scentes initum et conscriptum, manibus
suis propriis Subscriptum et sigillis commu-
nitum, Damnis Terrestribus firmatum,
in omnibus ejusdem Contractus conditio-
nibus, punctis, Clausulis, Articulis, ne-
xibus, Foro et ligamentis, approbant, con-
firmant, roborant, et ratificant, eidemq
Contractui tam in toto, quam in quavis
minima parte ejus, se suis cum Succesо-
ribus satisfacere Submittunt, præsenti-
busq Declarant. Idque sub Damnis Ter-
restribus simplici verbo absq Juramento
Corporali taxandis et edicendis in casu
alicujus

alicujus exorti impedimenti et non facta
tuitionis et Evictionis irremissibiliter suc:
cumbendis. Pro quibus quidem Damnis Ter:
restribus taliter ut premissum est taxatis
et edictis in casu alicujus Contraventionis
citata existens Pars aliqua contravéniens per
Partem eundem Contractum in toto tenentem
et complentem seu Ejus Successores coram
Judicijs Terrestribus aut Castrensibus Varsa:
vien^s sive Tribunalitijs aut Assessorialibus
Regni Semotis omnibûs Juris diffugijs et
exceptionibûs peremptorie respondebunt
cum recessu. His suis personalibus Reco:
gnitionibus ad premissa mediantibus.
Aliàs in forma Inscriptionis Roboratoriæ
de Jure plenissima, firmissima et perfe:
ctissima. Pro majori verò firmitate manib^z
propriis se subscripserunt. Constantinus
Ludovicus Plater Palatinus Mscislaviensis^ny
Augusta Platerowa Woie: Mscistawska
Johannes Bapt Cloy Residens Curland &.
Henriette Rahot Cloy. Quam ejusmodi
Inscriptionem Roboratoriam sicut præ:
missum facdam et recognitam Nos firmam
Rc de Jure validam, haberi volentes eandem
ad acta præsentia Suscipi, inscribi et exij:
dem fideliter descriptam Parti postulanti
authentice extradi permisimus. In quor
fidem &: Actum Varsaviæ ut supra.

Donant et resignant Palatiolum suum
Hereditarium Gnôri Aloij, Magnificis
Plateron Palatinis Mscislavien, Conjugibus.
Augustus Tertius &c.
Significamus &c. Quòd coram Actis presentibus
Metrices Regni Cancellariæ Nostræ Minoris
comparentes personaliter Generosi Joannes
Baptista Aloy Consiliarius Noster Bellicus
Serenissimi verò Caroli Filii Nostri Ducis Cur=
landiæ et Semigalliæ Residens, et Henrietta
de Rachot Conjuges, Maritus quidem per se,
Consors verò in assistentia ejusdem Mariti
sui utei Tutoris Conjugalis agentes, sani men=
tibus et corporibus existentes, recedendo à Foro,
Terris et Jurisdictionibus suis quibusvis pro=
priis, huic autem Jurisdictioni Nostræ Regiæ
quò ad infrascripta recognoscenda attinet se
subjicendo et incorporando palam, liberè
ac benevolè recognoverunt. Quia Ipsi Mficis
Constantino Ludovico Plater Palatino Mscisla=
viensi et Augustæ de Oginskie Conjugibus,
Eorumq; legitimis Successoribus jam exnunc et
de facto Palatium suum muratum, hic Var=
saviæ in fundo Censuali ad Ecclesiam Sancti
Georgii pertinen., inter Fundos Fombrechtouski
ab una, et Duszeniowski vocitatis parte ab
altera consistens, cum omni et integro ejusdem
Palatii Jure Suo proprietate, propinquitate
Titulo hereditario, Horto ac omnibus Stru=
cturis, muratis et ligneis, Hipocaustis, Offi=
cinis

cinis, Culinis, Stabulis, aliisq' ædificiis, usibus
fructibus, proventibus, obventionibus ac qui-
busvis emolumentis attinentiis et pertinen-
tiis universis ad idem Palatium et Hortum
ex antiquo Spectantibus, ita latè, longè, circum-
ferentialiterq' prout extat et extenditur, exta-
req' et extendi debet, nihil sibi Recognoscen-
tibus Suisq' Successoribus quidquam Juris
aut cujusvis prætensionis reservando seu
modo quovis excipiendo, dant, donant,
conferunt, inscribunt, et resignant, pura,
mera, vera, et irrevocabili Donatione perpe-
tuo ac in evum. Intromissionemq' Ipsis in
prætactum Palatium præsentibus resignatum
ac Hortum et singulas ejus attinentias per
Ministerialem Regni generalem quemvis
et Nobiles duos quovis facilius protempore
conducendos Officiosè acceptandam cum actu-
ali et pacifica possessione libere dant et de-
facto admittunt. Submittuntq' se præterea
Fidem Recognoscentes Suis cum Successoribus
ac de Bonis Suis generaliter omnibus in-
scribunt eosdem Officios Donatarios Suos
Possessores et Eorum Successores, ab omnibus
generaliter impedimentis Juridicis et ex-
trajuridicis, ac quibusvis prætensionibus
omnium et singularum Personarum propin-
quarum et remotarum cujuscunq' Statûs, Sexûs
et conditionis existentium, tumq' Inscriptionibus
omnibus prioribus et posteribus, debitis

vinculis et oneribus ſ: ſi quæ ſint aut fuerint ſ:
tueri, defendere, evincere, eliberare et inter:
cedere, indemneq́ ſemper Ipſos et Eorum
Succeſſores totiẽs quotiẽs opus et neceſſe fuerit
reddere, idq́ ſub Damnis Terreſtribus ſim:
plici verbo absq́ Juramento Corporali taxan:
dis et edicendis in casu alicujus exortii im:
pedimenti et non facta tuitionis et Evicti:
onis irremiſſibiliter ſuccumbendis. Proqui:
bus quidem Damnis Terreſtribus seu pre:
miſſum est Simpliciter taxatis et edictis
ſaltem exinde ſuccubitis, Citati existentes
ſupradicti Jnózi Recognorcentes ex Jnstantia
prænominatorum Mſtrorum Donatariorum
ſuorum Poſſeſſorum ſive Eorum Succeſſorum
ad Judicium Terreſtre seu Officium Caſtrense
Varzavien aut Judicia Tribunalis vel Aſſes:
ſorialia Rñi tenebuntur ſuis cum Succeſſo:
ribus ſ: receſſu Suprascripto mediante: ſem:
per in primo Juris Citationisq́ termino
tanquam peremptorio, peremptorie ſtare,
Juri parere, reſpondere, comparendoq́ Domna
prædicta Terreſtria Succubita ſolvere, qui:
bus ſolutis, nihilominus Inſcriptioni ſue
præſenti Donatoriæ in toto ſatisfacere, ac
omne judicatum pati, absq́ omni Dilatione
defensione, exceptione, præscriptione, pro:
testatione, evasione, motione et appella:
tione, earumq́ modo quovis, seu peradu:
tationes quavis prosecutione. Hiſ ſuis
personalibus Recognitionibus ad præmiſſa

Medi:

mediantibûs. Aliàs in forma Jnscriptionis Do=
natoriæ et Resignatoriæ de Jure plenissima, fir=
missima et perfectissima. Pro majori verò firmi=
tate manibûs propriis se subscripserunt. Johannes
Baptista Aloy Res: Cur: Henriette Rahot Aloy.
Quam ejusmodi Jnscriptionem Donatoriam et
Resignatoriam sic ut præmissum factam et
recognitam Nos firmam ac de Jure validam
haberi volentes eandem ad Acta præsentia
suscipi, inscribi, et ex ijsdem fideliter deseri=
pram Parti postulanti Authentice extradi
permisimus. Jnquorum fidem &: Actum ut sup.

Quietant de pretio seu Summa sex mille=
um Quingentorum Aureorum Hunga=
ricalium Gnosi Joannes Baptista Aloy
et Henrietta de Rachot Conjuges, Mflicos
Platerow Conjuges pro Palatio proveniem
Augustus Tertius &c:

Significamus &c: Quòd coram Actis præsentibus
Metricee Regni Cancellaria Nostræ Minoris
comparentes personaliter Gnosi Joannes Baptis=
ta Aloy Consiliarius Noster Bellicus, Sere=
nissimi vero Caroli Filii Nostri Ducis Curlan=
die et Semigallie Residens, et Henrietta
de Rachot Conjuges, Maritus quidem per se,
Consors verò in assistentia ejusdem Mariti
Sui uti Tutoris Conjugalis agentes, Sani
mentibus et corporibus existentes receden=
do à Foro, Terris, et Jurisdictionibus suis

quibusvis propriis, huic autem Jurisdicti-
oni Nostræ Regiæ, quo ad infrascripta reco-
gnoscenda attinet, se subjiciendo et incor-
porando palam, libere ac benevole recognove-
runt. Quia Ipsi Magnificos Constantinum
Ludovicum Plater Palatinum Mscislavien.
et Augustam de Oginskie Conjuges Corum
legitimos Successores jam ex nunc et de facto
De Summa Sex millium Quingentorum Au-
reorum Hungaricalium pro pretio Palatii
cum Horto sui Hæreditarii hic Varsaviæ
inter Fundos Tombrechtowski ab una, et
Duszeniowski vocit. parte ab altera consi-
stentis, Contractu certo Resignatorio Die
23tiâ Mensis Junii Anno currenti 1761mo
hic Varsaviæ inter se Recognoscentes ab una,
atq eosdem Magcos Platery Palatinos Mscis-
laviensis parte ab altera inito et conscripto
Actis præsentibus hodierno Subacto roborato
constituta et ad Solvendum assecurata, ob
præfatam sibi Recognoscentibus Sufficientem
Satisfactionem, realemq ejusdem Summæ
exSolutionem quietant, emittunt, liberos, ab-
solutosq faciunt et pronunciant, Supradictum
Contractum Resignatorium cum ejus conten-
tis Vadio Foro et ligamentis ac roboratione
quo ad eandem premissam Summam sibi Recogno-
scentibus exsolutam se referentem, nihil sibi
Recognoscentibus Suisq Successoribus quidquam
Juris, aut cujusvis prætensionis respectu ejusdem

Summæ

Summa ad præsens exsoluta reservando, seu
modo quovis excipiendo, tollunt, cassant, morti=
ficant et annihilant perpetuò et in avum.
Hâce Suis personalibûs Recognitionibûs ad
præmissa mediantibûs. Aliàs in forma Juri=
dica Quietatoria de Jure plenissima, firmis=
sima et perfectissima. Pro majori vero firmitate
manibus propriis se subscripserunt. Johannes
Bapt: Eloy Rec: Cur: Henriette Rahôt Eloy
Quamejusmodi Inscriptionem Quietatoriam sic
ut premissum factam et recognitam. Vos fir=
miam ac de Jure validam haberi volentes
eandem ad acta præsentia Suscipi, inscribi
et ejidem fideliter descriptam Parti postu=
lanti Authentice extradi permisimus. In
quorum fidem &c: Actum Varsaviæ ut supra

Inscribunt Summam Quatuor Millium
Aureorum Hungaricalium Mfici
Platerowie Palatini Mscistawienses
Conjuges Gnôris Eloym Conjugibus.

Augustus Tertius &c:

Significamus &c: Quod coram Actis præsentibus
Retrices Regni Cancellariæ nostræ minoris
comparentes personaliter Magnifici Constan=
tinus Ludobicus Plater Palatinus Mscistaw=
ensis et Augusta de Oginskie Conjuges Ma=
ritus quidem per se, Consors verò in assistentia
ejusdem Mariti Sui uti Tutoris Conjugalis
agentes, Sani mentibus et corporibus existentes

recedendo a Foro, Terris, et Jurisdictionibus
Suis quibusvis propriis, huic autem Jurisdicti:
oni Nostræ Regiæ, quo ad infrascripta recogno:
scenda attinet, se Subjiciendo et incorporando
palam, libere ac benevole recognoverunt.
Quia Ipsi Gnōsis Joanni Baptistæ Aloy
Consiliario Nostro Bellico, Serenissimi
veri Caroli Filii Nostri Ducis Curlandiæ
et Semigalliæ Residenti, ac Henriettæ
de Rachot Conjugibus Eorumq legitimis
Successoribus, Summam Quatuor millium
Aureorum Hungaricalium boni et ade:
quati ponderis, in Auro sive Argentea
Moneta, quemlibet Aureum duobus Ja:
leris boni ponderis et valoris ac Tynfone
uno antiquæ Polonicalis monetæ numerando,
certi, veri, justi, liquidiq debiti tenentur ac
debent. Quam quidem Summam duabus tem:
porum rathis, nempe primam Rathan Du:
orum Millium Aureorum Hungaricalium
cum provisione Ducentorum Aureorum
itidem Hungaricalium in Aurea adæquata
aut argentea polonicali antiqua moneta,
in et pro Festo Nativitatis S. Joannis Bapti:
stæ in Anno 1762. alteram vero similem ra:
tham Duorum Millium Aureorum Hungari:
calium cum provisione Centum similiter
Aureorum in talimet Aurea, aut antiqua
Argentea Polonicali moneta in et pro eodem
Festo Nativitatis S. Joannis Baptistæ in Anno

Decdante

Deodante 1763tio venturo, soluturos et circa acta
Castrensia Capitanealia Varsaviensia enumeratu:
ros se suis cum Successoribus submittunt et obli:
gant. eandemq Summam Quatuor Millium au:
reorum Hungaricalium una cum provisione
ab eadem proveniente majoris securitatis gra:
tiâ in Bonis Suis mobilibus et immobilibus
habitis et habendis ubicunq locorum existen:
tibus, et precipue super Palatio suo proprio
et hereditario hic Varsaviæ sito, inscribunt
et assecurant. Idque sub vadio similis Sum:
mæ Quatuor Millium Aureorum Hungarica:
lium per se Recognoscentes Successoresq suos
in casu Inscriptioni presenti Debitoriæ in ali:
quo contraventionis eisdem Gnōris Aloym Eorumq
Successoribus ad solvendum luendo et Succum?
bendo. Pro quo in casu Contraventionis Citati e:
xistentes, coram Officio Castrensi aut Judicio
Terrestri Varsaviensi Suis cum Successoribus
respondere tenebuntur peremptorie cum recessu.
Hi Suis personalibus Recognitionibus ad præ:
missa vlediantibus. Aliàs in forma Inscriptio:
nis Debitoriæ de Jure plenissima, firmissima
et perfectissima. Pro majori vero firmitate ma:
nibus propriis se subscripserunt. Constantinus
Ludovicus Plater Palatinus Mscislaviensis mpp
Augusta Platerowa Voie: Mscis: Lituan
ejusmodi Inscriptionem Debitoriam sicut
premissam factam et recognitam Nos firma
ac de Jure validam haberi volentes, eandem

ad acta præsentia suscipi, inscribi, et exijs=
dem fideliter descriptam Parti postulanti au=
thentice extradi permisimus. In quorum fi=
dem &c. Actum Varsaviæ ut supra

Oblata Protestationis per Senatores et
Nuntios Terrestres ad Comitia Generalia
Regni Anno 1681. congregatos, contra
Rdos Patres Societatis Jesu Domus
Profesæ Varsavien. et Collegii Posnaniensis
respectu pretensæ Scholarum Erectionis,
et Juriùm Academiæ Cracoviensi servien.
usurpationis, facta.

Augustus Tertius &c.
Significamus &c. Quòd coram Actis præsenti=
bus Metrices Regni Cancellariæ Nostræ mi=
noris Comparens personaliter Venerabilis
M. Jacobus Marciszowski Utriusq; Juris
Professor, Ecclesiæ Collegiatæ Omnium
Sanctorum Cracovien. Primicerius, obtulit
ac acticandum Actisq; præsentibus ingros.
sandum Literas papyreas Originales, ma=
nibus Senatorum et Nuntiorum Terrestriu.
subscriptas, Protestationem infrascriptam
in se continen. Sanas, salvas, neq; diutur=
nitate temporis in suis essentialibus con=
tentis vitiatas, omniq; suspicionis nota
carentes tenoris sequentis = Nos infra
scripti in Comitiis Generalibus Varsaviæ
Anno currenti, Millesimo Sexcentesimo
Octuagesimo Primo celebratis, protunc
existen.

existentes, præcavendo ante omnia Juribus
Reipublicæ, quâ insciâ et non consentiente
quidquid per quosvis ejusdem Incolas agitari
compertum fuerit, in detrimentum ac con-
vulsionem Libertatum Nostrarum summa
omnium Ordinum cum injuria Strui, parari,
cumulariq manifestè dignoscitur, tum
providendo indemnitati, Prærogativarum
Jurium, Privilegiorum, Almæ Academiæ
Cracoviensi, à Serenissimis Regni Poloniæ
Regibus concessorum, et à tota Republica
sæpius legitimè confirmatorum, inhærendo
denique anterioribus Protestationibus, toties
ac toties contra conamina Patrum Soc:
Jesu Statui Reipublicæ Nostræ, Privilegiis
et Ornamentis dictæ Academiæ Cracovien
per quam præjudiciosa, pactis interpositis
subscriptis et publicatis. Giori quidem
de Anno 1613. per Nuntios Terrestres contra Privi-
legium Patribus Soc: Jesu pro erigenda Posnani-
ensi Academia concessum interposita, et pro
tunc interveniente Superiorum prohibitione,
ne quid Patres Soc: eo loci in præjudicium dictæ
Academiæ Cracovien facerent, effectuata. Alteri
vero per totum Palatinatum Cracoviensem adver-
sus Erectionem pariter Academiæ Leopolien
ab ijsdem Patribus Soc: proximis ante annis
attentatam facta, et pariter in favorem ejusdem
almæ Academiæ Cracoviensis, imposito ijsdem
Patribus perpetuo silentio ad effectum

dedicata

deducta. Tertiâ item per Illustres Mficos
ac Generosos DD. Senatores, Dignitarios, ac
Nuntios Terrestres ad Conventum Electionis
Serenissimi dim Michaelis Regis Poloniæ
congregatos, in et contra Scholas ab ijsdem
stribus Loc: Varsavia irrequisitâ Repu:
blicâ et Illustrissimi Loci Ordinarii Inhibi:
tione Ipretâ ac vilipensâ, ausu Scandaloso
apertas. Quarta per Magnificum ac Gene:
rosum Dnum Stephanum Constantinum
Piaseczynski Capitaneum protunc Bracta:
viensem, nunc verò Castellanum Brestensem
coram Actis Varsavien^s Anno 1669. Sabbathô
post Festum Visitationis B. M. Virginis.
Quinta per Mficos ac Gnosos DD. Dignitarios
ac Nuntios Terrestres in Conventione Generali
Varsavia coram Actis Castrensibus Feriâ
Secundâ post Dominicam Conductus Paschæ
proximâ Anno 1667. Aliisq; Protestationi:
bus per varias Personas factis, et varia
ad Acta oblatis, ac ingrossatis, tum Privile:
gio Erectionis ejusdem Almæ Academiæ
Cracovien^s, omnibusq; ejusdem Juribus in
Volumine Legum hujus Reipublicæ contentis
ac novissimæ Protestationi in proximè præteritis
Comitiis Grodnen^s per Illustres Mficos ac Gene:
rosos Senatores, Dignitarios et Equestris Ordinis
Nuntios, Grodnæ Die 14. Januarii, Anno pro:
xime preterito 1679. facta et promulgata et
Ad Acta Castrensia Capitaneatûs Chelmensis
oblata ac ingrossata Feriâ Quintâ Magnâ
Anno 1676. Solenniter protestamur et mani:
festamur.

festamus, Subscriptionibusq́ manuum nostrar
declaramus in et contra Rnos ac Religiosos
Patres prædictos Provincialem, Rectorem ali=
osq́ Patres professa Domus Varsavien et Colle=
gii Posnanien ejusdem Soc: Jesu ideo: Quia
Ipsi immemores Religiosæ vocationis Suæ
et primævo Instituto ambitum omnem re=
fugientis: Apostolico præcepto, Subjectionem
Præpositis et penes quos imperium est, descri=
benti, non obtemperantes, Legibus neminem
cum alterius injuria locupletari debere,
jubentibus contravenientes, Licet alioquin
tot interpositis Amplissimorum hujus Regni
Ordinum Protestationibus, Superiorumque
suorum intervenientes renitentia et Inhibi=
tionibus, ne ejusmodi attentarent molimina,
jam ante admoniti, præcustoditi, impeditiq́
sunt, Nihilominus pro libitu Suo et agendi
licentia, hic primum Varsaviæ Scholas ape=
rire, fundationemq́ earum Decreto Tribu=
nalitio et privatim et publice præjudiciosas
adinventam, adstruere. Posnaniæ demum
priores innovando conatus Promotiones in fa=
cultatibus publicas, Laureatumq́ Doctora=
lium Prærogativam Soli Almæ Academiæ
Cracoviensi ex vi primævæ Fundationis
confirmationeq́ Reipublicæ et usu anti=
quissimo debitam, motu proprio Spretaq́ Rei=
publicæ Authoritate, irrequisito omnium
Ordinum consensu usurpare et de facto
moliri, eaq́ temeritate Jus publicum Ju=

risdictionem Reipublicæ violare, in Jura dictæ
Almæ Academiæ Posnaniensis involare eamq
ornamentis propriis summa cum injuriâ
ejusdem spoliare audent et presumunt.
Quocirca Nos pro officio Nro quod Nobis
super assertione Jurium Authoritatisque
Reipublicæ competit, proq Jure patronatus
Ejusdem Almæ Academiæ Cracoviensis
omnes Ordines hujus Regni concernente
contra prafatam Erectionem seu Fundationem
Scholarum prætensam, et uti præmittitur
attentatam ab ijsdem Patribus Posnaniæ
Doctoralium Promotionum usurpationem
protestamur solenniter in hoc Residentiæ
Regiæ et Comitiorum loco. Eidem Erectioni
seu Fundationi pretensæ, promotionibusq
in præjudicium prædictæ Universitatis
Cracoviensis usurpatis, acquibusq instru-
mentis super præmissis quomodocunque
obtentis, et undecunq emanatis, contradi-
cimus, redintegrationemq Juris publici
Authoritatis Reipublicæ evictionem, oc-
clusionem præfatarum Scholarum, et solius
Almæ Academiæ Cracovien circa Jus et
possessionem conferendarum Laurearum
privative quoad omnia hic in Regno Sa-
crum Soc. Jesu Collegia conservationem
Nos urgere offerimus. Stephanus Wierzbowski
Epps Posnanien. Andreas Potocki Palat
Cracovien Cap. Lanzny. Lubomirski Marsch
Meltenz M.N. Lanzny. Wladyslaw Rey Wo-
iewoda Lubelski ny Jan Antoni Chrapowicki
Woie-

Woiewoda Witebski mp. Martinus in Fam. Zarnowski
Pal. Som. Belz. &c. Cap. Jan Kan. Kierdey. m.p. Jump
Andreas Joannes de Zydowo Zydowski Vicecapitaneus et Nuntius ad Comitia Ducatus
Osviecimen. Stephanus Constantinus Piaseczynski Castellanus Bresten. m.D. Litt. Jan
Karol Romanowski Podlom. Chełmen. Poset
tey ziemi Chełmn. mp. Venceslaus in Otoka
Zaleski Succamerarius Palatinatus Lanciciens
et Nuntius. Joannes à Korzbok Łęcki Succa-
merarius Terræ Vchovensis. Carolus Tarło
Cap. Stężycen. N. mp. Stanislaus de Raborzko
Morstin Vex: Lator mpp. Andreas Drohoiowski
Vexillifer Lubl. Nuntius Palatinatûs Kijoviens. mp.
Lras ejusmodi literas Originales Suprascriptas
sicut præmissum per Oblatam porrectas Nos
ad acta præsentia suscipi, inscribi, et ex ijs-
dem fideliter descripti, Parti postulanti
authentice extradi, Originale verò offerenti
restitui permisimus, de quo recepto Can-
cellariam Nostram quietavit, quietatq; præ-
sentibus, et pro majori fide manu propria
resubscripsit. Alb. Jacobus Maruszowski
U.J. Pfr Collegiæ OO. SS. Cracovien. Vinicerius
Voynicen. Canonicus mpp. Inquorum fidem &c.
Actum ut supra.

Oblata similis Protestationis per Senato-
res et Nuntios Terrestres ad Comitia Ge-
neralia Regni Anno 1603tio congregatos
contra eosdem Patres Soc: Jesu pro integri-
tate Jurium Academiæ Cracovien. facta.

Augustus Tertius &c:
Significamus &c. Quòd coram Actis præsentibus
Metrices Regni Cancellariæ Nostræ Minoris
comparens personaliter Venerabilis M. Jacobus
Mariszowski Ug. Juris Professor, Ecclesiæ Colle-
giatæ Cracovien. SS. OO. Primicerius obtulit
Ad acticandum, actisq. ijsdem ingrossandas
Literas papyreas originales, manibus Sena-
torum et Nuntiorum Terrestrium Subscri-
ptas, Protestationem infrascriptam in se
continentes, Sanas, Salvas, neq. diuturnita-
te temporis in suis essentialibus contentis
vitiatas, omniq. Suspicionis nota carentes
tenoris sequentis = Nos infrascripti in Co-
mitiis Generalibus Varsaviæ Anno currenti
Millesimo, Sexcentesimo Octuagesimo Tertio
celebratis, protunc existentes, præcavendo
ante omnia suribus Reipublicæ, quâ in-
scià et non consentiente quidquid per quos-
vis ejusdem Incolas agitari compertum
fuerit, in detrimentum ac convulsionem
Libertatum Nostrarum, Summa omnium
Ordinum cum injuria Strui, parari cumu-
lariq. manifestè dignoscitur, tum provi-
dendo indemnitati Prærogativarum Juriùm
Privilegiorum Almæ Academiæ Cracovien.
à Serenissimis Regni Poloniæ Regibus con-
cessorum, et à tota Republica sapiùs legi-
timè confirmatorum, inhærendo denique
anteactis Protestationibus, totiesq. fac to-
ties contra conamina Patrum Societatis
Jesu Statui Reipublicæ Nostræ Privilegiis
etor-

et ornamentis Dictæ Academiæ Cracoviensis
perquam præjudiciosa factis interpositis,
subscriptis & publicatis. Priori quidem de
Anno 1613. per Nuncios Terrestres contra
Privilegium Patribus Societatis Jesu pro
erigenda Posnaniensi Academia concessum
interposita & protunc: interveniente Su:
periorum prohibitione, neque Patres Soci:
etatis eo loci in præjudicium dictæ Acade:
miæ Cra: facerent: / effectuata. Alteri vero
per totum Palatinatum Cracoviensem, ad:
versus Erectionem pariter Academiæ Leo:
poliens: ab ijsdem Patribus Soc: proximis
ante annis attentatam facta, et pariter in
favorem ejusdem Almæ Academiæ Cracovien:
impositô ijsdem Patribus perpetuo Silentio
ad effectum deducta. Tertia itidem per
Illustres Mficos ac Gnôsos DD. Senatores,
Dignitarios ac Nuncios Terrestres ad Con:
ventum Electionis Serenissimi olim Michaelis
Regis Poloniæ congregatos, in et contra Scho:
los ab ijsdem Patribus Soc: irrequisitâ Re:
publica et Illrmi Loci Ordinarii inhibitione
spretâ ac vilipensâ, auru Scandaloso apertas,
Quarto per Mficum ac Gnôsum Dominum
Stephanum Constantinum Piaseczynski
Capitaneum protunc Bractaviensem, nunc
vero Castellanum Brestens: coram Actis Var:
saviens: Anno 1669. Sabbathô post Festum
Visitationis Bmæ Mæ Virginis. Quinta
per Mficos ac Gnôsos DD. Dignitarios ac

Nuntios Terrestres in Conventione Generali
Varsaviæ coram Actis Castrensibus Feriâ
Secundâ post Dominicam Conductus Paschæ
proximæ Anno 1667. aliisq́ Protestatio:
nibus per varias Personas factis et varia
ad Acta oblatis ac ingrossatis, tum Privilegio
Erectionis Ejusdem Almæ Academiæ Cracо:
viensis omnibusq́ ejusdem Juribus in Vo:
lumine Legum Hujus Reipublicæ contentis
ac novissima Protestationi in proximè præ:
teritis Comitiis Grodnen. per Illres Mficos
ac Gnósos Senatores, Dignitarios et Equestris
Ordinis Nuntios Grodnæ Die 14. Januarii
Anno proximè præterito 1679. factæ et
promulgatæ et ad Acta Castrensia Capita:
neatus Chelmen. oblatæ ac ingrossatæ Feriâ
Quintâ Magnâ Anno 1679. Ad hæc reas:
sumendo in toto et singulis Punctis Protestatio:
nem novissimam in Comitiis Generalibus Regni
Varsaviæ Anno proximo 1681. celebratis per Illu:
stres Mficos ac Gnósos Senatores, Dignitarios
et Equestris Ordinis Nuntios interpositam
manibusq́ Eorum Subscriptam, Solenniter
protestamur & manifestamus, Subscriptio:
nibusq́ manuum Nostrarum declaramus in
ficamus præsentibûs Literîs Nostrîs quorum
interest universis et singulis. Quia Nos ha-
bito respectu meritorum Generosi Valentini
Sobolewski Succamerarii de Terra Varsaviens
et Nobilis Cubicularii Nostri, Nobis et Reipu-
blicæ præstitorum, faciendum esse duximus
ut Jus Advitalitium quod illi Super Bona
Nostra Sucha, Sulka Wola, Ruda et Plachty
in Palatinatu Sendomiriensi, Districtu verò
Radomiensi sita, servit et competit, etiam
Gnosæ Cunegundi de Nouriclue Consorti
Ejus legitimæ concederemus et communi-
caremus, prout quidem concedimus et com-
municamus hîsce Literîs Nostrîs, ita ut
eadem Bona jam non ipse Solus, verùm eti-
am Consors Illius ambo insolidum cum o-
mnibus agris, pratis, Campis, hortis, pa-
scuis, pascuariis, Sylvis, borris, nemoribus,
rubetis, fluviis, fluminibus, Stagnis, piscinis
magnis et parvis, lacubus, Molendinis, Ta-
bularum sive Asserum Officinis, tabernis, præ-
diis, Villulis, Areis, Subditis, Emethonibus eorum
laboribus, Censibus, Dationibus, emolumentis
vigiliis, Inquilinis, Mellificiis, Apisteriis, com-
modis, usibus fructibus, cunctis denique attinen-
tiis et pertinentiis eo antiquitus, et nunc spe-
ctantibus, nullîs penitus exceptîs ita latè, longè
et cir-

et circumferentialiter prout rememorata
Bona extendunt extendereq debent, teneant,
habeant, et possideant, sive uno vita functo
alter Illorum Superstes teneat, habeat et pos-
sideat ad extrema vitæ Suæ tempora. Pro-
mittimus autem pro Nobis et Serenissimis
Successoribus Nris, non esse Nos, Sereniss imosq
Successores Nros ab usu et pacifica possessione
supraindigitatorum Bonorum Nostrorum
Sucha, Suska Wola, Ruda et Plachty præ-
fatos Gnosos Valentinum et Cunegundim
Sobolewskie Conjuges amoturos, aut aliena-
turos, neq' amovendi aut alienandi potesta-
tem cuipiam daturos, sed Salvum et integrum
Jus Advitalitium Jisdem ambobus conservatu-
ros. Quod et Serenissimi Successores Nostri præ-
stabunt. Ratione cujus Advitalitatis dicti
Gnosi Sobolewskie Conjuges Solitam proventuum
Quartam Ad Thesaurum Regni quotannis
inferre tenebuntur. Juribus Nostris Regalibus
Reipublicæ Salvisq' Romano Catholicæ sal-
vis manentibus. In quorum fidem præsentes
Manu Nostra Subscriptas. Sigillo Regni
communiri jussimus. Datum Varsaviæ
Die Prima Mensis Junii Anno Domini
MDCCLXI. Regni vero Nostri XXVIII. Anno.
Jus Communicativum Super Villas Sucha
Suska Wola, Ruda et Plachty in Palatinatu

Sendomiriensi Districtu Radomiensi sitas
Gnoza Cunegundi de Nowichie, Gnõsi Valen:
tini Sobolewski Succamerarida Terra Var:
savien, Nobilis Cubicularii S.R.M.tis
consorti datur. Augustus Rex. Locus Sigilli
Majoris Regni. Adalbertus Rakowski Co:
cillator Terra Visnen, Sigilli Majoris Rpi
Secretarius. mp. Quas ejusmodi Literas Ori:
ginales Suprascriptas sicut premissum per
oblatam porrectas Nos ad acta presentia
Suscipi, inscribi, et ex ijsdem fideliter
Descriptas Parti postulanti Authentice
extradi „originale vero referenti restitui“ permisimus. In quorum fidem &:
Actum Varsavie ut supra.

Actum Varsavie Feria sexta
in crastino Festi Sanctæ Agnetis
Virginis et Martyris Die
videlicet Vigesima secunda
Mensis Januarii Anno
Domini Millesimo Septin:
gentesimo Sexagesimo Se:
cundo. Rni vero Nri Anno XXIX.

Ad Relationem Illmi Excellmi
et Rmi Dni Dni Ignati Gremyslien Profan.
cellarii Regni.

Constituit Plenipotentem Rndus in Christo
Pater Antonius Ostrowski Epus Livonie
et Piltinen Coadjutor Epptus Vladislavien et Po:
meranie Gnosium Antonium Boczkowski.

Augustus Tertius &c.
Significamus &c. Quod coram Actis præsentibus
Matrices Regni Cancellariæ Nostræ Minoris
comparens personaliter Reverendus in Christo
Pater Antonius Ostrowski Episcopus Livoniæ
et Piltinensis Coadjutor Episcopatus Vladisla-
viensis et Pomeraniæ, sanus mente et cor-
pore existens recedendo à Foro, Terris, et Ju-
risdictionibus suis quibusvis propriis, huic
autem Jurisdictioni Nostræ Regiæ, quò ad
infrascripta recognoscenda attinet, se subjicien-
do et incorporando, palam, liberè ac benevolè
recognovit. Quia Ipse ad omnes in genere et
singulas in specie Causas et Actiones suas
Judiciarias in Omni Judicio et Officio Regni
Majoris, Minorisve Subsellii etiam Judicio
Tribunalitio Regni Lublinensi aut Petri-
coviensi, cum quibusvis Personis ratione qua-
runvis rerum, prætensionum, negotiorum
et injuriarum, tam ex actoratu quàm et
reatu Sui Recognoscentis incidentes et inciden-
das, habitas et habendas, in suum verum, legi-
timum ac indubitatum Plenipotentem Gene-
rosum Antonium Bourbonyus ad Triennium
integrum ab actu præsenti computando, eligit,
constituit, inscribit et Ordinat. Dans et conce-
dens Idem memoratus Reverendus in Christo
Pater Recognoscens prefato Plenipotenti

suo plenariam facultatem et omnimodam
potestatem Causas easdem et Actiones quasvis
suas judiciarias instituendi et intentandi
institutas et intentatas proponendi, pro:
movendi, defendendi jureq' tuendi, et ad
debitum Juris finem et effectum dedu:
cendi, Processus inchoandi, inchoatos conti:
nuandi, Decreta suscipiendi, à contrari:
is provocandi, movendi et appellandi
appellationes ac Motiones prosequendi
Juramenta affectandi, Arcta imponendi
et relaxandi, pœnas Judiciales levandi et
delevatis quietandi, ratione non exclu:
tarum Jure agendi, Intromissiones inpa:
nis Decretis ac re principali offerendi,
et acceptandi, cæteraq' omnia verum et legi:
timum Plenipotentem de Jure concer:
nentia rite obeundi et peragendi. Promit:
tens et inscribens se idem Recognoscens
id totum quidquid per prædictum Pleni:
potentem Suum in præmissis Juridice, a:
ctum, gestum, constitutumve fuerit, pro
rato et grato habiturum et susceptorum,
nullô' modô præmissis contradicturum.
Hac sua personali Recognitione ad præmissa
mediante. Pro majori verò firmitate ma:
nu propria se Subscripsit. Antonius Ostrowski
Eppus

Epus Livonia. Quam ejusmodi Plenipotentiam sicut præmissum factam et recognitam Nos firmam ac de jure validam haberi volentes, eandem ad Acta præsentia suscipi, inscribi, et ex ipsis fideliter descriptam Parti postulanti Authentice extradi permisimus. In quorum fidem &c. Datum ut supra

Constituunt Specialem Plenipotentem Reverendi in Christo Patres Antonius Sebastianus Dembowski Epus Vladislavien et Pomeranie et Antonius Ostrowski Episcopus Livonie.

Augustus Tertius &c.

Significamus &c. Quòd coram Actis Metrices Regni Cancellarie Nostre Minoris personaliter comparentes Reverendi in Christo Patres Antonius Sebastianus Dembowski Episcopus Vladislaviensis et Pomeranie, et Antonius Ostrowski Episcopus Livonie et Piltinen, Episcopatûs vero Vladislavien ac Pomeranie Coadjutor, Sani mentibus et corporibus existentes, recedendo à Foro, Terris, et Jurisdictionibus Suis quibuscunque propriis, hujus autem Jurisdictioni Nostre Regie quò ad infrascripta recognoscenda attinet, se subjiciendo et incorporando palam, liberè ac benevolè recognoverunt. Quia Ipsi in suum

verum, legitimum Specialemq Plenipo:
tentem Generosum Antonium Boczkowski
constituunt, inscribunt et ordinant. Dantes
et concedentes Eidem plenariam facultatem
et omnimodam potestatem nomine et ex
parte sui Recognoscentium, Generosum
Hiacynthum Swięciki Capitaneum Cies-
kowiensem de causa et actione ac quibuscu-
terminis Judicialibus, totoq et integro causæ
ejusdem occasione extraditionis Honestor
Joszynski et Woynarowski Oppidanorum
Uiazdensium cum Uxoribus et Liberis
profugorum, ex mutuis Actoratibus in
Judiciis Castrensi et Tribunalitio Petricovien
mota et agitata Processu tum Condemna-
tionibus ex Instantia sui Recognoscentiũ
super prædicto Gnoso Capitaneo Cieszkoviensi
obtentis, necnon singulis pretensionibus
ex vi ejusdem Causæ et negotii quôcunq
titulô et prætextu promanantibus, ac
hucusq ad eundem habitis et formatis,
coram Actis Tribunalis vel Castri Petri-
coviensis sive Terrestribus Siradiensibus
aut aliis Authenticis Regni quietandi,
liberum absolutumq pronunciandi ac ple:
narie et exintegro Litem eandem et Acto:
ratus sui Recognoscentium tum Condemna:
tiones quasvis mortificandi et annihilandi,

idque

idq; totum quod ad sufficientem et finalem
hujus interesse effectum spectare videbitur,
agendi et exequendi. Promittentes et in-
scribentes se memorati Recognoscentes
hoc omne, quod per supradictum Plenipoten-
tem actum, gestumq; fuerit, pro rato, firmo,
et valido suscepturos et approbaturos. Hac
sua personali Recognitione ad premissa
mediante. Pro majori verò firmitate manu-
bûs propriis se subscripserunt. Antonius
Sebast: Dembowski Epp̃us Vladislavien^s
et Pomer^e mpp. Antonius Ostrowski Epp̃us
Livoniæ, Coadjutor Vladislavien^s. Quam
ejusmodi Plenipotentiam sic ut premissam
factam et recognitam Nos firmam ac de jure
validam haberi volentes, eandem, ad Acta
præsentia suscipi, inscribi, et exvidem fi-
deliter descriptam Parti postulanti authen-
tice extradi permisimus. In quorum fidem
Sigillum Regni est appressum. Actum ut supra.

Actum Varsaviæ Feriâ Quintâ
post Festum Purificationis
Beatissimæ Mariæ Virginis
proxima Die scilicet Quartâ
Mensis Februarii. Anno Dñi
millesimo septingentesimo
sexagesimo secundo. Regni verò
Nostri Anno XXIX.

Ad Relationem Illmi Excellmi et
Rndmi Dni Michaelis Comitis de
Granow Wodzicki Episcopi Premysl
Abbatis Commendatarii Cerven et Clare
Tumbe, Procancellarii Regni:

Roborat Contractum Sponsalitium
Gnōsus Andreas Ciotek Poniatowski Colonellus
in Exercitu S. R. Imperii et Reginalis Hungarie
Majestatis.

Augustus Tertius &c. Significamus & Quòd
coram Actis præsentibus Metrices Regni
Cancellarie Nostre Minoris comparens per-
sonaliter Generosus Andreas Ciotek Poniatowski
Colonellus in Exercitu Sacri Romani Imperii
et Reginalis Hungarie Majestatis, Illustris
et Mfici Stanislai in Jastrowiec et Turawno
Ciotek Poniatowski Castellani Cracoviensis
cum olim Illustri Magnifica Constantia Druis-
ka Czartoryska procreatus Filius, sanus mente
et corpore existens, recedendo a Foro, Terris,
et Jurisdictionibus suis quibusvis propriis
huic autem Jurisdictioni Nostre Regie
quo ad infrascripta recognoscenda attinet,
se subjiciendo et incorporando, palam, libere,
ac per expressum recognovit. Quòd Ipse Contractus
Sponsalitium inter Magnificos Leopoldum Co-
mitem Kinski Venatorem Regni Bohemie
et Theresiam de Marchionibus Rovrano Conjuges.

Gnōsa

Generosa Theresia Comitissa Kinska sui Recognoscentis Consortis Parentes ab una, et se Recognoscentem parte ab altera de Data ejus in Chrastowicz Die Sextâ Martii Annô Domini Millesimô, Septingentesimô Sexagesimô, Germanico idiomate conscriptum, manibûs Partium contrahentium et amicorum subscriptum ac Sigillîs in cera rubra Hispanica expressîs communitum, in omnibus ejusdem Contractûs Sponsalitii Conditionibus, punctis, clausulis Articulis, nexibus, et ligamentis, universisq; ipsius contentis, roborat, approbat, confirmat, et ratificat, eundemq; in omnibus adimplere, ac ipsi intoto satisfacere de et super Bonis suis mobilibus et immobilibus, Summisq; quibuscunq; pecuniariis nunc habitis, et in posterum habendis generaliter universis et ubiq; locorum reperibilibus, se cum suis Successoribus inscribit et obligat. Idque sub Damnis Terrestribus simplici Verbo absq; Juramento corporali taxandis et edicendis, in casu prædicto Contractui Sponsalitio præsentibus roborato, in aliquo contraventionis, eidemq; non satisfactionis irremissibiliter adsolvendum Succumbendis. Pro quibus Citatus existens Forum sibi suisq; Successoribus ubiquinarium Competens ad respondendum præcisis omnibûs exceptionibus

bus, Dilationibûs, motionibûs, Appellationibûs
earumq; prosecutionibûs, ac aliis Juris benefi:
ciis eligit ac assignat. Submittitq; se preterea
Idem Generosus qui supra Recognoscens, ul:
trapuncta et ligamenta supra de actu ex:
pressi Contractus Sponsalitii sub roborationem
presentem cadentis, contestandi amoris Con:
jugalis gratiâ ad omnes Capitaneatus, si
quos ex benevolentia Nostra Regia sibi colla:
tos et concessos habuerit, jura Communicativa
de Lege Regni concessibilia à Nobis favore
prefate Generose Consortis sue impetrare se
curaturum fore. Hac sua personali Recogni:
tione ad premissa mediante. Aliàs in forma
Inscriptionis Roboratoriæ de jure plenissima
et perfectissima firmissimaq; Quam pro majori
firmitate et robore manu propria subscripsit.
Andreas Poniatowski. Quam ejusmodi Inscripti:
onem Roboratoriam sic ut premissum factam et
recognitam Nos firmam ac de jure validam ha:
beri volentes eandem ad acta presentia suscipi,
inscribi, et ex ipsem fideliter descriptam Parti
postulanti Authentice extradi permisimus.
In quorum fidem &c. Actum Varsaviæ ut supra.

Inscribunt sibi mutuam advitalitatem
omnium et singulorum Bonorum suorum
Gnóri Andreas Gotel Poniatowski et Theresia

De Comitibus Kinskie Conjuges.

Augustus Tertius &c.

Significamus &c. Quòd coram Actis præsentibus Metrices Regni Cancellaria nostra Minoris comparentes personaliter Generosi Andreas Gotek Poniatowski Colonellus in Exercitu Sacri Romani Imperii et Reginalis Hungaria mitis, Illustris Magnifici Stanislai in Jastowiec et Zurawno Gotek Poniatowski Castellani Cracoviensis, cum olim Illustri Mfica Constantia Ducissa Czartoryska procreatus Filius, maritus ab una, et Theresia Magnificorum Leopoldi Comitis Kinski Venatoris Regni Bohemia, atq; Theresia de Marchionibus Rovrano Conjugum Filia, Supradicti vero Generosi Andreæ Poniatowski Consors legitima parte ab altera, alias invicem Conjuges legitimi, mutuò sibi ad infrascripta recognoscenda consentientes, sani mentibûs et corporibûs existentes, recedendo à Foro, Terris et Jurisdictionibus Suis quibuscunq; propriis, huic autem Jurisdictioni Nostræ Regiæ, quò ad infra recognoscenda attinet, se subjiciendo et incorporando palam, libere, ac benevolè recognoverunt. Quia Ipsi sibi mutuo et ab invicem mutuam et reciprocam advitalitatem, ac usumfructum et proventum omnium

et singulorum Bonorum Suorum Paternorum
et Maternorum, Hæreditariorum et obligato-
riorum mobilium et immobilium, acquisi-
torum et acquirendorum, devolutorum
et devolvendorum, Summarumq́ quarumvis
pecuniariarum, nunc habitarum et inpost
favente Divinâ Gratiâ habendarum, ac
in deposito ubivis locorum existentium,
tum Auri, Argenti, Clenodiorum, Unionũ,
Cupri, Stanni, Orichalci, vestium, et vesti-
mentorum, Equorum, Equirea, pecorum,
pecudum, ac boum, totiusq́ Supellectilis
Domestica, ad extremã duntaxat vitæ hux
tempora inscribunt et assecurant, tali vide-
licet modô: Quod si et inquantum prius
suprascriptum Generosum Maritum quàm
Eius Consortem de hac luce decedere contige-
rit, extunc eadem Generosa Consors Superstes,
omnia et singula Bona Paterna et Mater-
na, hæreditaria et obligatoria, mobilia et
immobilia, Summasq́ quasvis pecuniarias,
Clenodia, uniones, Aurum, Argentum, Cu-
prum, Stannum, Orichalcum, Vestes, vesti-
menta, Equos, Equireas, Boves, pecora, pecu-
des, morte prædicti Mariti Sui derelicta et de-
relictos, et Ipsum concernentes, cum omni
integro Jure, Dominio proprietate, propinquitate,
acommi-

ac omnibus eorundem et Summarum utili-
litatibus, usibus fructibus, proventibus,
commodis, obventionibus, ac quibusvis
emolumentis tenebit habebit et possidebit
illisq' ad ultimam vitæ suæ utifructur
per Jodum, post fata vero ejusdem Consortis
hæc eadem Bona omnia et singula supe-
riùs specificata, Summaq' pecuniariæ ad
Successores prænominati Mariti devolventur,
devolviq' debent absq' omni Successorum
vitâ finita Contradictione et impedimento.
Pari quoque ratione quod si et inquantum
supradictam Consortem priùs quàm Ejus
Maritum mori contigerit, extunc præno-
minatus Maritus Superstes existens omnia
et singula Bona mobilia et immobilia, sum-
masq' quasvis pecuniarias, Clenodia, uni-
ones, Aurum, Argentum, Cuprum, Stannum,
Orichalcum, Vestes, Vestimenta, Equos, Equi-
reas, Boves, pecora, pecudes, morte prædicta
Consortis Suæ derelictos et Ipsam concernen,
cum omni et integro Jure Dominio, proprieta-
te, propinquitate, ac omnibus eorundem
Bonorum et Summarum quarumvis utilita-
tibus, usibus fructibus, proventibus, com-
modis et obventionibus ac emolumentis

tenebit, habebit, et possidebit, illiq' ad ulti-
ma vita sua utifruetur tempora, post fata
autem Ejusdem Mariti, haecce eadem omnia
et singula Suprascripta Bona mobilia et im-
mobilia, Summaq' pecuniaria ad Successores
Ejusdem Consortis devolventur devolviq' de-
bent et debebunt, absq' omni Successorum pre-
nominati Mariti Vitafuncti impedimento,
et contradictione. Hac Ipsorum personali
Recognitione ad premissa mediante. Alias
in forma Inscriptionis Advitalitatis mutuae
De jure plenissima, firmissima et perfectissima.
Pro majori verò firmitate manib: propriis se
subscripserunt. Andreas Poniatowski.
Therese Poniatowska Née C. Hinskiy. Quam
ejusmodi Inscriptionem mutuae Advitalitis
sicut premissum factam et recognitam Nos
firmam ac de jure validam haberi volentes
eandem ad Acta praesentia Suscipi, inscribi,
et ex ipsem fideliter descriptam Parti postu-
lanti Authentice extradi permisimus. In quor
Fidem &c. Actum ut supra.

Inscribit Summam Duodecem Millium
Flor: Rhen: m. 40. Flor: Polon: efficientium
Gnäus Andreas Poniatowski Colonellus in
Exercitu S. R. J. et Reginalis Hungariae Mtis,
Gnäe Theresia Comitissa de Hinskie Consorti sua,
in vim Dotis levatam.

Augu.

Augustus Tertius &c. Significamus &c.
Quòd coram Actis præsentibus Metrices Regni
Cancellaria Nostra Minoris comparens perso-
naliter Generosus Andreas Ciołek Poniatowski
Colonellus in Exercitu Sacri Romani Imperii
et Reginalis Hungariæ Majestatis, Illris.
Mci Stanislai in Jazłowiec et Zurawno
Ciołek Poniatowski Castellani Cracoviensis
cum olim Illustri Magnifica Constantia Du-
cissa Czartoryska procreatus Filius, sanus men-
te et corpore existens, recedendo à Foro, Terris
et Jurisdictionibus Suis quibusvis propriis, huic
autem Jurisdictioni Nostra Regiæ quo ad
infrascripta recognoscenda attinet, se subjicien-
do et incorporando palam, liberè, ac benevolè reco-
gnovit. Quia Ille Generosa Theresia Mcis Comitis
Leopoldi Comitis Kinski Senatoris Regni
Bohemiæ et Theresiæ de Marchionibus
Rovrano Conjugum Filia, Sui verò Recogno-
scentis Consorti legitima, Ejusq; Successoribus
Summam Duodecem Millium Florenorum
Rhenensium, Quadraginta Octo millium Flo-
renorum Polonicalium efficientem, per se Reco-
gnoscentem ad rationem Dotis præfatam Ge-
nerosam Consortem respicientis, manualiter
levatam et receptam, tenetur ac debet, Segue
et Suos Successores, teneri debereq; de et Super
Bonis Suis generaliter omnibus habitis et ha-

bendis Hæreditariis et obligatoriis, Summisq́
quibusvis pecuniariis, modo veri, justi, Fe:
alis, liquidi, Simplicisq́ Debiti, in et pro Crastino
Festi Sancti Joannis Baptistæ, in Anno Deodante
venturo 1763tio inuenti, dare, solvere et cir:
ca officium actaq́ Castrensia Capitaneatia
Varsaviensia aut alia Authentica Regni
Nostri, reponere et relinquere, repositamque
et relictam rursus ab eisdem actis non effide:
jubere, nec modô quôvis arestare inscribit,
obligat et asseurat, eidemq́ Inscriptioni sue
Debitoriæ, tam in toto quam in quavis mini:
ma parte ejus se suis cum Successoribus sa:
tisfacere submittit, præsentibusq́ declarat.
Idq́ sub Vadio Similis Summæ Quadraginta
Octo millium Florenorum Polonicalium in
casu Inscriptioni præsenti Debitoriæ contra:
vention is, eidemq́ non satisfactionis irremis:
sibiliter ad Solvendum succumbendo. Pro quo qui:
dem Vadio taliter exinde succubito Citatus existens
Suprascriptus Generosus Recognoscens ex Instan:
tia memoratæ Generosæ Creditricis sue sive
Ejus Successorum, ad Officium Castrense Capita:
neale Varsaviense, aut aliud quovis sibi com:
petens tenebitur suis cum Successoribus illo cor^{m}
Officio semper in primo Juris Citationisq́ termino
tanquam peremptorio, peremptorie stare, Juri
parere, respondere, comparendoq́ Vadium pradict^{m}
succubitum solvere, quô soluto nihilominus
Inscri:

Inscriptioni sue presenti debitoria in toto satis
facere, ac omne Judicatum Officii illius de Jure
non exeundo pati, absq; omni dilatione, defen-
sione, exceptione, prescriptione, protestatione,
Evasione, Evocatione, motione, appellatione,
earumq; modô quôvis, seu per adcitationes
quasvis prosecutione. Hac sua personali
Recognitione ad premissa mediante. Alias
in forma Inscriptionis Debitoriæ de Jure
plenissima et perfectissima. Pro majori vero
firmitate manu propria se subscripsit.
Andreas Poniatowski. Quam ejusmodi
Inscriptionem sicut premissum factam et re
cognitam Nos firmam ac de Jure validam ha-
beri volentes eandem ad Acta presentia susci-
pi, inscribi et ex iisdem fideliter descriptam
Parti postulanti Authentice extradi permisimus.
In quorum fidem &c. Actum Varsaviæ ut supra.

Constituunt Plenipotentem Generosi Andreas
Ciotek Poniatowski Colonellus in Exer-
citu S.R.J. et Regnalis Hungariæ Mattis
et Theresia Comitissa de Kinsky Conjuges
Quorum Casimirum haras Sincerum Liberg
Augustus Tertius &c
Significamus &c. Quod coram Actis presentibus
Metricis Regni Cancellariæ nostræ Minoris
comparentes personaliter Generosi Andreas

Poniatowski Colonellus in Exercitu Sacri Roma-
ni Imperii et Reginalis Hungaria Majestis,
et Theresia de Comitibus Kinskie Conjuges
legitimi, Maritus quidem per se, Consors
vero in asistentia Ejusdem Mariti sui, uti Tu-
toris Conjugalis agentes, sani mentibus et cor-
poribus existentes, recedendo a Foro, Terris,
et Jurisdictionibus suis quibusvis propriis,
huic autem Jurisdictioni Nostra Regia
quo ad infrascripta recognoscenda attinet,
se subjiciendo et incorporando, palam, libere
ac benevole recognoverunt. Quia Ipsi Gnarum
Casimirum Haras Pincernam Livensem, in
suum verum, legitimum ac indubitatum
Plenipotentem eligunt, constituunt, inscri-
bunt et solenniter ordinant. Dantes et con-
cedentes eidem plenariam facultatem omni-
modam absolutamq potestatem causas su-
as tam Juris quam facti Judiciarias genera-
liter omnes et singulas cum quibusvis Per-
sonis occasione cujusvis negotii in omni
Judicio et Officio Regni majoris minorisve
Subsellii cujuscunq Terræ et Districtûs
etiam Judiciis Tribunalitiis Regni Petri-
covien, Lublinen et Radomien, necnon
quovis Foro tam ex Actoratu quam reatu
habitas et habendas, institutas et institu-
endas promovendi, defendendi, jure tuendi,

Compa-

Comparitiones inscribendi, Decreta suscipiendi,
à Contrariis appellandi seu movendi, Jura-
menta attentandi, pœnas Judiciarias levandi
delevatis quietandi, Intromissiones in Bona
offerendi et apprehendendi, Executiones urgendi
et attentandi, Arresta imponendi, Actoratus
nomine Sui Recognoscentium instituendi,
Compromissa inscribendi, Transactiones quas-
vis ac Contractus tum etiam Divisiones
Bonorum tam intuitu Hæreditatis et Suc-
cessionis legitimé se Recognoscentes concer-
nentium, quam aliô quocunq; titulô sibi
competentium conscribendi, componendi,
et ineundi, Actis Authenticis Regni robo-
randi, Bona resignandi, et Resignationes
in rem Sui Recognoscentium suscipiendi,
Summas levandi, delevatis quietandi, aut
à quopiam Contrahendi, et contractas super
Bonis Sui Recognoscentium inscribendi et
assecurandi, alios Plenipotentes in locum
Sui substituendi, Condescensiones attentan-
di, rigores circa Manifestationes faciendas
extendendi, Relationes pro cassandis con-
demnationibus editas sive edendas appro-
bandi, cæteraq; omnia veros et legitimos
Plenipotentes concernentia, pro causarum
et negotiorum exigentia debito Juris or-

dine peragendi et exequendi. Promittentes
et inscribentes se Jidem Gnósi Recognoscen=
tes id totum quidquid per prædictum Gnosū
Plenipotentem Suum actum, gestum, consti=
tutumve fuerit, pro rato, grato, firmoque
ac valido Suscepturos et in nullo contra=
dicturos sub Vadio Summæ Centum Milli=
um Florenorum Polonicalium à se Recogno=
scentibus coram quovis Officio et Judicio
competenti vindicando. Quamquidem Ple=
nipotentiam Jidem Generosi Recognoscentes
ad Triennium integrum duraturam volunt
præsentibûsq; declarant. Hac Sua personali
Recognitione ad promissa mediante. Pro
majori verò firmitate manibûs propriis
se subscripserunt. Andreas Soniatowski
Therese Soniatowska Née Com: Kinsky
Quam ejusmodi Plenipotentiam sicut
præmissum factam et recognitam Nos
firmam ac de jure validam haberi vo=
lentes eandem ad Acta præsentia Suscipi,
inscribi, et exijdem fideliter descriptam
Parti postulanti Authentice extradi per=
misimus. In quorum Jidem &c: Actum &c
Actum Varsaviæ Feriâ Se=
cundâ in crastino Dominicæ
Septuagesimæ Die scilicet
Octava

Octavâ Mensis Februarii Annô
Domini Millesimô Septingen-
tesimô Sexagesimô Secundô.
Regni verô Nostri Annô XXIX.

Ad Relationem Illmi Excellmi et
Rmi Dni Episcopi Premislien Pro-
Cancellarii Regni.

Cedunt de Capitaneatu Ricensi in Palatina-
tu Sandomirien sito, Gnosi Casimirus Cotel
Poniatowski Succamerarius Regni et Apo-
lonia de Ustrzyckie Conjuges, Gnósis An-
dreæ Cotel Poniatowski et Theresiæ de
Comitibus Kinskie Conjugibus.

Augustus Tertius &c.

Significamus &c. Quòd coram Actis præsen-
tibus Metrices Regni Cancellariæ Nostræ
Minoris comparentes personaliter Generosi
Casimirus Cotel Poniatowski Succame-
rarius Regni et Apollonia de Ustrzyckie
Conjuges legitimi, Maritus quidem per se
Consors verò in assistentia ejusdem Mari-
ti sui uti Tutoris Conjugalis agentes, sa-
ni mentibus et corporibus existentes rece-
dendo à Foro, Terris et Jurisdictionibus
suis, quibusvis propriis, huic autem Juris-
dictioni Nostræ Regiæ, quo ad infrascri-
pta

pta recognoscenda attinet, se subjiciendo
et incorporando, palam, libere, ac benevole
recognoverunt, praesentibûsq recognoscunt
Quia Ipsi inhærendo Literis Consensus
Nostri Regii de Data illius hic Varsaviæ
Die et Anno in actu hodierno contentis,
Sibi Recognoscentibus ad cedendum de Capita-
neatu Ricensi in Palatinatu Sandomiriensi
sito, benigne à Nobis concessis, manu Nostra
Regia subscriptis, et Sigillo majori Regni
communitis, ad præsens in suo Originali
illaso exhibitis tenoris sequentis = - - - -
Augustus Tertius Dei gratiâ Rex
Poloniæ, Magnus Dux Lithuaniæ, Russiæ,
Prussiæ, Masoviæ, Samogitiæ, Kijoviæ,
Volhyniæ, Podoliæ, Podlachiæ, Livoniæ, Smo-
lensciæ, Severiæ, Czerniechoviæq; necnon
Hæreditarius Dux Saxoniæ et Princeps
Elector. Significamus præsentibûs Literis
Nostris quorum interest universis et singu-
lis consensisse Nos et permisisse, consentireq;
et permittere hisce Literis Nostris Generosis
Casimiro Ciotel Poniatowski Succamerario
Regni Nostri et Apolloniæ de Ustrzyckie
Conjugibus ut possint et valeant de omni
et integro jure suo Adventitio quod Ipsis
super Capitaneatum Ricensem in Palatinatu
Sendom-

Sendomiriensi situm, servit et competit cedere,
illudq in Personas Generosorum Andreæ
Ciotek Poniatowski Castellani Cracovien
Colonelli in Exercitu Serenissimæ Imperatricis
Romanorum Reginæ Hungariæ et Bohemiæ,
et Theresiæ de Comitibus Kinsky Conjugis
plenarie transferre et transfundere. Quæ
quidem Cessio Juriq transfusio porteaquam
coram Actis quibusvis Authenticis Regni
facta et recognita fuerit, Nos eam ratam
et gratam habituri sumus, uti eam quæ
prævio hocce Consensu Nostro peragetur.
Vigore cujus Cessionis Juriq transfusionis
de præsentis Consensus Nostri prædictum
Capitaneatum Ricensem cum Oppidis Villis
prædiis, Curiis, agris, pratis, Campis, hortis
Sylvis, nemoribus, lacubus, fluviis, Stagnis,
Piscinis, molendinis, Cmethonibus, Hortu=
lanis, Subditis eorumq laboribus, Censibus,
Dationibus, commodis et emolumentis, cun=
ctis denique attinentiis et pertinentiis, nihil
excipiendo, sed ita longe, late et circumferen=
tialiter prout ab antiquis et immediatis
Possessoribus tenebatur iidem quoque Nosi
Andreas Ciotek Poniatowski Colonellus et
Theresia de Kinsky Conjuges tenebunt, habe=
bunt et possidebunt ad extrema vitæ Suæ
tempora. Promittimus autem pro Nobis

et Serenissimis Successoribus Nostris Regibus Poloniæ, non esse Nos, neq; Serenissimos Successores nostros, prefatos Gnosos Andream et Theresiam Poniatowskie Conjuges ab usu et pacifica possessione dicti Capitaneatus Ricensis amoturos aut alienaturos, neq; amovendi aut alienandi cuipiam potestatem daturos, sed Salvum et integrum Jus advitalitium Eisdem insolidum conservaturos. quod et Serenissimi Successores nostri præstabunt. Ratione cujus Advitalitatis solitam proventuum quartam partem ad Thesaurum Regni quotannis inferre tenebuntur Juribus nostris Regalibus, Reipublicæ, et Ecclesiæ Romanæ Catholicæ salvis manentibus. In quorum fidem præsentes manu Nostra subscriptas Sigillo Regni communiri jussimus. Datæ Varsaviæ Die VIII. mensis Februarii Anno Dñi MDCCLXII. Regni vero Nostri XXIX. Anno. Consensus ad cedendum de Capitaneatu Ricensi in Palatinatu Sendomiriensi sito, Gnosis Casimiro Ciotek Poniatowski Succamerario Regni et Apolloniæ de Ustrzyckie Conjugibus in Personas Gnosorum Andreæ Ciotek Poniatowski Colonelli in Exercitu Serenissimæ Imperatricis Reginæ Hæ et Bæ et Theresiæ de Comitibus Kinskie Conjugum datur. Augustus Rex.

Locus

Locus Sigilli: majoris Regni. Adalbertus Rakowski Focillator Terræ Visnen. Sigilli majoris Rni Secretarius mp. Cancellariatu Illrmi et Excellmi Domini Joannis Comitis in Konarie et Biataczow a Matachowice Matachowski Supremi Cancellarii Regni, Ostrolencensis, Grodecensis etc. Capitanei Sigillatum = jam exnunc et defacto de omni et integro Jure suo advitalitio quod, quale et quantum Sibi Recognoscentibus ad præfatum Capitaneatum Ricensem in Palatinatu Sandomiriensi situm, vigore Privilegii et Juriam suorum servit et competit, ac hucusq' serviebat et competebat, in Personas Generosorum Andreæ Cioteh Poniatowski Castellani de Cracoviensis Colonelli in Exercitu Serenissimæ Imperatricis Romanorum, Reginæ Hungariæ et Bohemiæ et Theresiæ de Comitibus Kinskie Conjugum cesserunt, absceserunt, et condescenderunt, prout præsentis Cessionariæ Inscriptionis virtute, tam de prætacta Advitalitate, Privilegio ac Juribus suis, quam de eodem Capitaneatu Ricensi ejusq' oppidis, Villis, prædiis, Curiis, agris, pratis, campis, Hortis, Sylvis, nemoribus, lacubus, Fluviis, Stagnis, piscinis, Molendinis, Gmethonibus, Hortulanis, Subditis, eorumq' laboribus, Censibus, Dationibus, Commodis,

et emolumentis, cunctis denig attinentiis
et pertinentiis, nihil excipiendo, nec prose
aut pro quopiam alio reservando, cedunt,
condescendunt et plenarie ad tenendum ha-
bendum, fruendum et possidendum resignant,
omneq jus suum advitalitium, possessionem
et usum fructum in eosdem Gnosos Andreæ
Poniatowski et Theresiam de Comitibus
Kinskie Conjuges transferunt, transfundunt
et transportant. Intromissionem realem et
actualem cum pacifica possessione per mi-
nisteriales Generales Regni et Nobiles
Duorquorvis facilius conducendos in predi-
ctum Capitaneatum Officiose acceptandam
eisdem Gnosis Cessionariis suis dant, conce-
dunt et libere admittunt, eatanq et admis-
sam nec per se, nec per quasvis subditas et
subordinatas Personas impedituros aut im-
pugnaturos imò libere admissuros se inscri-
bunt et obligant. Hac sua personali Recogni-
tione ad premissa mediante. Aliàs in forma
Inscriptionis Cessionarie de jure plenissima et
perfectissima. Et ro majori verò firmitate ma-
nibus propriis se subscripserunt. A. Poniatowski
A. Poniatowska. Quam ejusmodi Inscriptio-
nem Cessionariam sic ut premissum factam
et recognitam Nos firmam ac de jure validam
haberi volentes, eandem ad Acta presentia su-
scipi, inscribi, et ex ijsdem fideliter descriptam

Parti

Parti postulanti authentice extradi permi-
simus. Inquorum fidem &c Actum ut supra.

Cedunt fidem Generosi Casimirus Soniatowski
Succamerarius Regni et Apollonia de Ustrzyckie
Conjuges de Villis Zadybie, Zaryte, Korzonolaty
Katy et Stryi in Palatinatu Sendomirien-
sib, eisdem Gnoris Andrea Soniatowski et
Theresia de Comitibus Kinskie Conjugibus.

Augustus Tertius &c

Significamus &c Quod coram Actis presentibus
Metricis Regni Cancellaria Nostra Minoris
comparentes personaliter Generosi Casimirus
Cidek Soniatowski Succamerarius Regni et
Apollonia de Ustrzyckie Conjuges legitimi
Maritus quidem per se, Consors vero in assi-
stentia ejusdem Mariti sui uti Tutoris
Conjugalis agentes, Sani mentibus et cor-
poribus existentes, recedendo a Foro, Terris
et Jurisdictionibus Suis quibusvis propriis,
huic autem Jurisdictioni Nostra Regia,
quo ad infrascripta recognoscenda attinet,
se Subjiciendo et incorporando palam, libere
ac benevole recognoverunt presentibusque
recognoscunt. Quia Ipsi inhaerendo Literis
Consensus Nostri Regii, de data illius
hic Varsavia Die et Anno in actu hodierno

contentis, sibi Recognoscentibus ad cedendum
de villis Zadybie, Zaryte, Korzonolaty,
Katy et Stryi dictis in Palatinatu Sando:
miriensi sitis, benigné à Nobis concessis,
manu nostra Regia subscriptis, et sigillo
majori Regni communitis, ad præsens in
suo Originali illæso exhibitis tenoris sequentis=
Augustus Tertius Dei Gratiâ Rex Po:
lonie, magnus Dux Litheuanie, Russie,
Prussie, Masovie, Samogitie, Kijovie,
Volhynie, Podolie, Podlachie, Livoniæ, Smo:
lensciæ, Severie, Czerniechoviæq necnon
Hæreditarius Dux Saxoniæ et Princeps
Elector. Significamus præsentibûs Literis
Nostrîs Quorum interest, universis et singu:
lis, consensisse Nos et permisisse, consenti:
re q' et permittere hîsce Literîs Nostrîs gene:
rosis Casimiro Ciotek Poniatowski Sucea:
nierario Regni Nostri, et Apolloniæ de
Ustrzyckie Conjugibus, ut possint et valeant
de omni et integro Jure suo, quod Ipsis Super
villas Zadybie Zaryte Korzonolaty, Katy
et Stryi in Palatinatu Sendomirien' servit,
et competit cedere, illudq' in Personas Gnosor'm
Andreæ Ciotek Poniatowski Castellani de Cra:
coviensis, Colonelli in Exercitu Serenissimæ
Imperatricis Romanorum Reginæ, Hungariæ
et Bohemiæ

et Bohemiæ et Theresiæ de Comitibus
Kinskie Conjugum plenariè transferre et
transfundere. Quæ quidem Cessio Juris q Trans-
fusio posteaquam coram Actis quibusvis au-
thenticis Regni facta et recognita fuerit,
Nos eam ratam et gratam habituri sumus
uti eam qua prævio hocce Consensu Nostro
peragetur. Vigore cujus Cessionis Juriq
transfusionis ac præsentis Consensus Nostri
prædictas Villas, cum prædiis, Curiis, agris,
pratis, Campis, hortis, Sylvis, nemoribus,
lacubus, fluviis, Stagnis, piscinis, molendi-
nis, Emethonibus, Hortulanis, Subditis
eorumq laboribus, Censibus, Dationibus,
Commodis et emolumentis, cunctis denique
attinentiis et pertinentiis, nihil excipiendo,
sed ita late, longe, et circumferentialiter
prout ab antiquis et immediatis Possessoribus
tenebantur, fidemquoq Generosi Andreas
Ciotek Poniatowski Colonellus et Theresia
de Kinskie Conjuges, tenebunt, habebunt ac
possidebunt ad extrema vitæ Suæ tempora.
Promittimus autem pro nobis et Serenissi-
mis Successoribus Nostris Regibus Poloniæ
non esse Nos, neq Serenissimos Successores No-
stros prafatos Generosos Andream et The-
resiam Poniatowskie Conjuges ab usu

et pacifica possessione dictarum Villarum
amoturos aut alienaturos, neq amovendi
aut alienandi cuipiam potestatem datu-
ros, sed salvum et integrum jus advitali-
tium fisdem inviolidum Conservaturos,
quod et Serenissimi Successores nostri præ-
stabunt. Ratione cujus advitalitatis soli-
tam proventuum quartam partem quot-
annis ad Thesaurum Regni inferre tene-
buntur, Juribûs nostrîs Regalibûs, Reipu-
blicæ et Ecclesiæ R.a C.a salvîs manentibûs.
In quorum fidem præsentes manu nostra
subscriptas Sigillô Regni communiri jus-
simus. Datt Varsaviæ Die VIII. mensis
Februarii Anno Dñi MDCCLXII. Rnî
verò nostri XXIX. Annô. Consensus ad
cedendum de Villis Zadybie, Zaryte, Bo-
rzonolaty, Katy, et Stryi dictis, in Palati-
natu Sandomiriensi sito Ignatio Casimiro
Ciotek Poniatowski Succamerario Regni
et Apollonia de Ustrzyckie Conjugibus,
in Personas Generosorum Andreæ Ciotek
Poniatowski Colonelli in Exercitu Serñmæ.
Imperatricis Reginæ Hungariæ et Bohe-
miæ et Theresiæ de Comitibus Kinskie
Conjugum datur. Augustus Rex. Locus
Sigilli Majoris Regni. Adalbertus Rakowski
Pouilla:

Pocillator Terrę Vrsinen. Sigilli Majoris
Regni Secretarius my. Cancellariatu Illrmi
et Excellmi Dni Joannis Comitis in Konskie
et Biataczow à Matachowice Matachowski
Supremi Cancellarii Regni, Ostrotęcensis,
Prodecensis & Capitanei Sigillatum =
jam exnunc et de facto de omni et integro
Jure suo advitalitio quod, quantum, et
quale sibi Recognoscentibus ad prefatas
villas Zadybie, Zaryte, Korzonlaty, Katy
et Stryi dictas, in Palatinatu Sandomirien
sitas vigore Privilegii et Jurium suorum
servit et competit, ac hucusq; serviebat
et competebat, in Personas Generosorum
Andreæ Poniatowski Colonelli in Exercitu
Serenissimæ Imperatricis Romanorum Regi=
nę Hungariæ et Bohemiæ et Theresiæ de
Comitibus Kinskie Conjugum cesserunt,
abcesserunt et condescenderunt, prout pre-
sentis Cessionaria Inscriptionis virtute
tam de prætacta advitalitate, Privilegio,
ac Juribus suis, quam de ijsdem villis,
earumq; prædiis, Curiis, agris, pratis, campis,
hortis, Sylvis, nemoribus, Lacubus, Fluviis
Stagnis, Piscinis, molendinis, Cmethonibus,
Hortulanis, Subditis eorumq; laboribus, Cen=
sibus, Dationibus, Commodis et emolumentis

cunctis denig attinentiis et pertinentiis, nullis
penitus exceptis, nec prose aut pro quopiam alio
reservatis cedunt, condescendunt et plenarie
ad tenendum habendum, fruendum, et possidendum
resignant, omneq. Jus suum advitalitium pos-
sessionem et usumfructum in eosdem Generosos
Andream Poniatowski et Theresiam de Comitibus
Kinskie Conjuges, transferunt, transfundunt,
et transportant. Intromissionem realem et actu-
alem cum pacifica possessione per ministeria-
lem Generalem Regni et Nobiles duos quosvis
facilius conducendos in prædictas Villas officiore
acceptandam eisdem ipsis Cessionariis suis, dant,
conedunt et libere admittunt, datamq et
admissam nec per se, nec per quasvis subjectas
et subordinatas Personas prepeditueros aut im-
pugnaturos imo libere admissueros se inscribunt
et obligant. Hac sua personali Recognitione
ad premissa mediante. Alias in forma Inscri-
ptionis Cessionariæ de Jure plenissima et
perfectissima. Pro majori vero firmitate ma-
nibus propriis se subscripserunt. K. Poniatowski
A. Poniatowska. Quam ejusmodi Inscri-
ptionem Cessionariam sicut premissum
factam et recognitam Nos firmam ac de jure
validam haberi volentes eandem ad Acta præ-
sentia Suscipi, inscribi et ex ipsem fideliter
descriptam Parti postulanti Authentice extradi
permisimus. In quorum fidem &c. Actum Varsaviæ ut supra

Roborat

Roborat Scriptum Obligatorium in rem
Generosi Joannis de Monro datum, Gnōtus
Casimirus Ciołek Poniatowski Succame-
rarius Regni.

Augustus Tertius &c
Significamus &c Quòd coram Actis præsentibus
Metrices Regni Cancellariæ Nostræ minoris
comparens personaliter Generosus Casimirus
Ciołek Poniatowski Succamerarius Regni, sa-
nus mente et corpore existens, recedendo à
Foro, Terris, et Jurisdictionibus Suis quibusvis
propriis, huic autem Jurisdictioni nostræ
Regiæ, quòad infrascripta recognoscenda atti-
net, se subjiciendo et incorporando palam, li-
bere ac benevolè recognovit præsentibûsq;
recognoscit. Quia Ipse Scriptum certum obli-
gatorium in rem Generosi Joannis de Monro
Generalis Majoris in Exercitu Nostro, per se
Recognoscentem hic Varsaviæ Die vigesima
quartâ mensis Januarii Annô currentî 1762.
datum, manu. Sua propriâ Subscriptum et Si-
gillô gentilitiô in cera rubra hispanica expressô
communitum, in omnibus ejusdem Scripti
punctis, clausulis, conditionibus et ligamen-
tis approbat, roborat, confirmat et ratificat,
eidemq; tam in toto, quam in quavis minima
parte Stare, parere et satisfacere se suis cum
Successoribus inscribit, obligat et assecurat..

Idque sub Damnis Terrestribus simplici verbo
absq Juramento Corporali taxandis et edicen-
dis in casu alicujus Contraventionis et
scripto prænominato in aliquo non satis-
factionis à se Successoribusq suis Recogno-
scentis in Officio Castrensi Capitaneali aut
Judicio Terrestri Varsaviensi, sive alio quovis
sibi competenti, vindicandis. Hac Ipsius Per-
sonali Recognitione ad premissa mediante
aliàs in forma Inscriptionis Roboratoriæ
de Jure plenissima firmissima et perfectis-
ma. Pro majori vero firmitate manu pro-
pria se subscripsit. M. Poniatowski P. K.
Quam ejusmodi Inscriptionem Roboratoriam
sicut premissum factam et recognitam Nos
firmam ac de jure validam haberi volentes
eandem ad Acta presentia suscipi, inscribi et ex
ipsem fideliter descriptam Parti postulanti au-
hentice extradi permisimus. In quorum fidem &c.
actum ut supra.

Oblata Literarum Legitimationis Gnæ Magdalenæ Szybilska

Augustus Tertius &c.
Significamus &c Oblatas esse ad Acta præsentia me-
tricer Regni Cancellariæ Nostræ minoris Literas
Originales infrascriptas manu Nostra Regia
subscriptas et Sigillo minori Regni communi-
tas, Legitimationem Generosæ Magdalenæ Szy-
bilskæ in se continentes, sanas, salvas, et illæsas
omniq

/3

omnig suspicionis nota carentes tenoris sequentis=
Augustus Tertius Dei Gratiâ Rex Poloniæ, Ma=
gnus Dux Lithuaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ,
Samogitiæ, Kijoviæ, Volhyniæ, Podoliæ, Podlachiæ,
Livoniæ, Smolenscia, Severiæ, Czerniechoviæque
necnon Hæreditarius Dux Saxoniæ et Princeps
Elector. Significamus præsentibûs Literis Nostris
quorum interest universis et singulis. Nihil
magis Nobis non modo Regium sed humanum
etiam esse videtur, quam ad honesta contenden=
tes enixe adjuvare, hoc enim non Instituta
solùm Christiana, sed ipsa natura exposcit, quæ
Hominem Homini, ut dicitur, Deum esse voluit,
quotiès fortunæ iniquitate conditionem, vel alio
quopiam fragilitatis humanæ casu pressi, abijs
quos Deus destinatâ ad subveniendum cæteris
sublimi potestate donavit, opem implorare cogun=
tur. Tales omnino esse arbitramur, qui illegiti=
mo producti thoro, qui etsi præstantissima naturæ
egregiaq mentis totali indole ad quæq honesta
nati videntur, ad ea tamen ob natalium la=
bem conscendere nequeunt, deestq illis semper
aliquid ad instituendam honestioris vitæ ra=
tionem ob Parentum maculam, licet si ob pro=
prias animi, ingeniiq dotes nihil desit. Cùm
itaq Nobis. pro Generosa Magdalena Szybilska
Ghòzi Joannis Szybilski Generalis majoris Exer=
citûum Nostrorum Hæreditariorum, naturali
filia per Certos Consiliarios Nostros, ac ipsummet

eundem Parentem Ipsius supplicatum sit,
ut hanc ipsius illegitimi ortûs maculam
abstergere, eamq Jure legitimorum donare
dignaremur. Nos Supplicationi ejusmodi
clementer annuendo, meritaq ejusdem
Gnósi Joannis Szybilski Generalis Majoris
Exercituum Nostrorum Hæreditariorum
variis in Expeditionibus Bellicis prestita
Gratiâ nostrâ Regiâ complectendo, ac ejus-
dem Gnósæ Magdalenæ Szybilskiæ meliori
conditioni prospiciendo, de plenitudine
Potestatis Authoritatisq Nostræ Regiæ
faciendum esse duximus, ut abstersâ omni
natalium macula, eandem Gnósam Ma-
gdalenam Szybilskiam legitimaremus omnemq
eam procreationis maculam, quæ eidem
objici posit, ac universos defectus ex eadem
procreatione emanatos, emanandosq abo-
leremus et abrogaremus, Proborumq ac
Honestorum Consortio adscriberemus, uti
quidem legitimamus, abolemus et abroga-
mus, præsentibûs Literîs Nostrîs non secus
ac si a Parentibus secundùm Ritum Sanctæ
Ecclesiæ per Matrimonialem copulam justo
connubio descenderet prognataq esset. In Bo-
naq omnia et singula Summasq Parentis
sui tam Testati sive Intestati ubivis locorum
et sub quavis Jurisdictione existentium et hæren-
succedendi ac omnibus aliis juribus tanquam
legitimæ

legitimam Successtricem vigore præsentium
Literarum nostrarum favorisq et indulgen-
tia Nostra utifruendi, gaudendi, habilemq
et idoneam Testamenta condendi, legandi,
Inscriptiones quasvis coram quibusvis ac-
tis recognoscendi, Bona sua omnia et sin-
gula Summasq quasvis ad Posteritatem
ex Lumbis suis descendentem, seu alias
quasvis benevisas Personas transmittendi,
aliisq omnibus Juribus et Prærogativis
quibus cæteri ex Legitimo matrimonio
procreati utifruuntur, utifruendi et
gaudendi capacem esse declaramus. Quod
omnibus et singulis quorum interest,
præsertim autem quibusvis Subditis
et Magistratibus cæterisq cujuscunque
Status et Dignitatis tam Regni, quam Do-
miniorum Nostrorum Hereditariorum, Per-
sonis et Hominibus notum esse volentes,
mandamus ut prænominatam Generosam
Magdalenam Szybilska pro legitima habe-
ant, reputent, et judicent, judicarique faciant
neq ea de causa quidquam illi quod natalia
Ipsius infamet, exprobrent, aut ab aliis expro-
brari sinant, illamq in omnibus non tantum
privatis sed et publicis Locis et actibus le-
gitimam haberi, reputari ac censeri faciant.
Pro Gratia Nostra et sub pœnis in Detractores

alienæ famæ sanctis. In quorum fidem
præsentes manu nostra subscriptas sigillo
Regni communiri jussimus. Datum Dresdæ
Die xxi. mensis Decembris Anno Domini
MDCCXLI. Regni verò Nostri IX. Anno.
Legitimatio Generosæ Magdalenæ Szybilskia.
Augustus Rex. Locus sigilli minoris Rnī.
Joannes de Wolski Subdapifer Districtus Chenciner
Sabbattis Sigilli Regni Secretarius mp. Pro-
Cancellariatu Illrmi et Excellmi Dni Joannis
in Matachowice Matachowski Pro Cancellarii
Rnī, Opocznen, Oztrotęcen, Ec. Capitanei Sigillatum.
Quas ejusmodi Literas Originales Suprascriptæ
sicut præmissum per oblatam porrectas Nos
ad acta præsentia suscipi, inscribi, et ex ijsdem
fideliter descriptæ Parti postulanti Authen-
ticè extradi, Originale verò Offerenti restitui
permisimus. In quorum fidem &c. Actum ut supra

Actum Varsaviæ Feriâ Sextâ
post Dominicam Septuagesimæ
proximâ Die scilicet Duodecimâ
Mensis Februarii Anno Dñi
millesimo septingentesimo
Sexagesimo Secundô. Regni verò
Nostri Anno XXIX.

Ad Relationem Illustrissimi Excellmi
et Reverendmi Dni Episcopi Premislien
Pro Cancellarii Regni.

Roborat.

Roborat Scriptum Obligatorium in rem Nobilis Sophiæ de Rugetty Leullier datum, Gnōsus Casimirus Joniatowski Succamerarius Regni

Augustus Tertius &c.

Significamus & Quod coram Actis præsentibus Metrices Regni Cancellariæ Nostræ Minoris comparens personaliter Generosus Casimirus Ciołek Joniatowski Succamerarius Regni sanus mente et corpore existens, recedendo à Foro, Terris et Jurisdictionibus suis quibusvis propriis, huic autem Jurisdictioni Nostræ Regiæ, quo ad infrascripta recognoscenda attinet, se subjiciendo et incorporando palam, liberè, ac benevolè recognovit, præsentibûsq; recognoscit: Quia Ipse Scriptum certum Obligatorium in rem Nobilis Sophiæ de Rugetty Leullier rova per se Recognoscentem hic Varsaviæ Die Hodierna in actu contenta nempe Duodecimâ mensis et anni currentium datum, manu sua propria Subscriptum et Sigillô gentilitiô communitum, in omnibus ejusdem Scripti punctis, conditionibus, clausulis, et ligamentis roborat, approbat, confirmat et ratificat, eidemq; Scripto Suo obligatorio tam in toto quàm in quavis minima ejus parte, Stare, parere et satisfacere suis cum Successoribus inscribit, obligat et assecurat. Idque sub Vadio Summæ Mille Aureorum Hungaricalium in casu contraventionis et in aliquo

Scripto prafato non satisfactionis à se Reco=
gnoscente Successoribusq Suis Sanguinis in
Foro ubiquinario competenti vindicando.
Hac sua personali Recognitione ad premis=
sa mediante. Aliàs in forma Inscriptionis
Roboratoria de Jure plenissima et perfectis=
sima. Pro majori verò firmitate manu
propria se subscripsit. K. Poniatowski
P. K. Quam ejusmodi Inscriptionem Ro=
boratoriam sicut premissum factam et
recognitam Nos firmam ac de jure vali=
dam haberi volentes eandem ad acta pre=
sentia suscipi, inscribi, et exijsdem fideliter
descriptam Parti postulanti authentice extra=
di permisimus. In quorum fidem &c Actu^m
ut supra

Actum Varsaviæ Feriâ Tertiâ
post Dominicam Sexagesimæ
proximâ Die scilicet Decimâ
sextâ mensis Februarii Anno
Domini Millesimo Septin=
gentesimo Sexagesimo Secundo.
Regni nostri Anno XXIX.

Ad Relationem Illmi Excellmi et
Rmi Dni Episcopi Premysliensis
Pro Cancellarii Regni.

Roborat Testamentum seu ultimam Voluntatis
suæ Dispositionem Gnosus Joannes Zybilski
Generalis in Exercitu Electorali Saxonico.

Augustus

Augustus Tertius &c.

Significamus & Quod coram Actis præsentibus Metri-
ces Regm Cancellariæ Nostræ Minoris personali-
ter comparens Generosus Joannes Szybilski Genera-
lis in Exercitu Nostro Electorali Saxonico, sanus
mente et corpore existens rededendo a Foro, Terris,
et jurisdictionibus suis quibusvis propriis huic
autem Jurisdictioni Nostræ Regiæ, quo ad in-
frascripta recognoscenda attinet, se subjiciendo
et incorporando sponte, palam, liberé ac
benevolé recognovit. Quia Ipse Testamentum
seu ultimam Voluntatis suæ Dispositionem
hic Varsaviæ Die Decima tertia Mensis
Februarii Anno currenti 1762do conscriptæ
manibus, sua propria et Testium ad eun-
dem actum rogatorum subscriptis, sigillisq
in cera rubra Hispanica expressis commu-
nitum, tanquam matura Deliberatione
facta in omnibus et singulis ejusdem
Testamenti punctis, clausulis, articulis,
conditionibus, ligamentis, universisq con-
tentis illius, sponte, liberé, benevolé, hac
sua voluntaria Recognitione roborat, appro-
bat et confirmat, illudq robur debitum et
valorem de jure quam firmissimum et inviolabilem habere, ac post fata sui Re-
cognoscentis, in toto et in minima parte ad
executionem deduci vult ac declarat,

salva nihilominus in casum Superviven-
tiæ dicti Testamenti mutatione, correctione
cassatione, seu alterius confectione sibi reservata
facultate. Hac sua personali Recognitione
ad præmissa vrediante. Aliàs informa Juris-
ptionis Roboratoria de Jure plenissima
firmissima et perfectissima. Pro majori
vero firmitate manu propria se subscripsit.
JWS Sybilski mp. Quam ejusmodi Roborationem
sicut præmissum factam et recognitam Nos
firmam ac de Jure validam haberi volentes
eandem ad Acta presentia Suscipi, inscribi,
et ex ipsem fideliter descriptam Parti po-
stulanti Authentice extradi permisimus.
In quorum fidem &c. Actum Varsaviæ ut supra

Actum Varsaviæ Feriâ Tertiâ
in Vigilia Festi Sancti Mathiæ
Apostoli Die scilicet Vigesima
Tertiâ Mensis Februarii
Anno Domini Millesimo
Septingentesimo Sexagesimo
Secundo Regni vero Nostri
Anno XXIX.

Ad Relationem Almi Excellmi et Rmi
Dni Eppi Premisliens Pro Cancellarii Rni
Constituit Specialem Plenipotentem Ejusdem Rmi
in Christo Pater Michael Wodzicki Epus
Premisl

Premisliens Procancellarius Regni Gnarum
Franciscum Kulczycki.
Augustus Tertius &c
Significamus &c Quòd coram Actis presentibus
Metrices Regni Cancellariæ Nostræ minoris
comparens personaliter Reverendus in Christo
Pater Michael Comes de Granow Wodzicki
Episcopus Premisliensis, Procancellarius Regni
occasione Bonorum Koziatyn in Palatinatu
Volhyniæ Districtu Luceoriensi sitt, Gnõri
Michael Wielhorski abnua, et Josephus
Korzeniowski nomine Gnõri Felicis Wiel-
horski Capitanei Matyiovien. partibus
ab altera.

Augustus Tertius &c.

Significamus &c. Quòd coram Actis præsen-
tibus Regni Cancellariæ Nostræ minò-
ris, comparentes personaliter Gnõri Michael
in Hotochow et Czornyzi Wielhorski ab

una, et Josephus Korzeniowski Dapifer Smo:
lenscensis, vigore Specialis Plenipotentiæ
sibi à Generoso Felice Wielhorski Capita:
neo Matyiowiensi in Koziatyn Die Decu:
ma Sexta Mensis et Anni currentium, ad
infrascripta peragenda data, nomine
Ejusdem Principalis Sui agens, partibus
ab altera Sani mentibus et corporibus e:
xistentes recedendo a Foro, Terris et Juris:
dictionibus Suis quibusvis propriis, huic
autem Jurisdictioni Nostræ Regiæ quoad
infrascripta recognoscenda attinet, se sub:
jiciendo et incorporando, palam, libere
ac benevole recognoverunt et præsentibus
recognoscunt. Quia Ipsi et quidem Gnōnus
Michael Wielhorski Suo proprio, Generosus
vero Josephus Korzeniowski, vigore Supra
expressæ Plenipotentiæ Gnōti Felicis
Wielhorski Capitanei Matyiowiensis nomine,
Contractum certum ratione Resignationis
Bonorum Hæreditariorum Villæ Koziatyn
in Palatinatu Volhyniæ Districtu Luceorien
sis, de Data ejus hic Varsaviæ Die hodierna
initum et conscriptum, manibus Sui Reco=
gnoscentium et Amicorum Subscriptum
Sigillisq' Suis gentilitiis communitum, Vadio
et Damnis Terrestribus firmatum, in omni:
bus ejusdem Contractus Conditionibus, pun:
ctis

punctis, clausulis, nexibus et ligamentis
approbant, confirmant, roborant et ratificant
eidemq Contractui stare, parere, et plenarie
satisfacere se submittunt, prasentibusq de-
clarant. Jdq sub Vadio Summe Trigin ta
Sex millium Florenorum Polonicalium et
Dannis Terrestribus simplici assertione
absq Juramento taxandis et Decidendis in
casum Contraventionis, eidemq non satisfa-
ctionis ad solvendum irremissibiliter suc-
cumbendis. Pro quibus quidem Vadio et
Dannis Terrestribus taliter exinde succu-
bitis, citata existens una Pars per aliam,
Pars videlicet prafatum Contractum monte-
nens nec complens, ex Jnstantia alterius
Partis, Contractum in toto tenentis, complen-
tis et exequentis sive Ejus Successorum
ad Officium Castrense vel Judicium Terre-
stre Luceorien aut Tribunalitium Regni
Lublinen et sub Jnterregno Capturale, re-
cessu suprascripto mediante, semper in primo
Juris citationisq termino tanquam peren-
ptorio, peremptorie stare, Juri parere, re-
spondere, comparendoq Vadium et Damna
Terrestria prafata succubita solvere, qui-
bus solutis, nihilominus prafato Contra-

ctui

cui præsentibus roborato in toto satisfacere
omneq; Judicatum Officii sive Judicii illius
de Jure non exeundo pati, absq; omni Dilatione,
defensione, exceptione, præscriptione protes-
tatione, evasione, motione et appellatione
earumq; modo quovis, seu per adcitationes
quasvis prosecutione, tenebitur. Hac sua
personali Recognitione ad præmissa medi-
ante. Alias in formâ Inscriptionis Robo-
ratoriæ de Jure plenissima, firmissima et
perfectissima. Pro majori vero firmitate
manibus propriis se subscripserunt. M.
Wielhorski. J.B. Horzeniowski qua Ple-
nipotens. Quam ejusmodi Inscriptionem
Roboratoriam sicut præmissum factam et
recognitam, Nos firmam ac de Jure validam
haberi volentes eandem ad Acta præsentia
suscipi, inscribi, et ex iisdem fideliter descri-
ptam Parti postulanti authentice extra-
di permisimus. In quorum Fidem &c. Actum
Varsaviæ ut supra.

Donat Bona sua propria et Hæreditaria
Koziatyn in Palatinatu Volhyniæ Districtu
Luceoriensi Sito, Gnaus Michael Wielhorski,
Gnaso Felici Wielhorski Capitaneo Matyiowiensi.
Augustus Tertius &c.
Significamus &c. Quod coram Actis præsens
Metrices

Metrices Regni Cancellaria Nostra minoris
comparens personaliter Generosus Michael
in Horochow et Czornyż Wielhorski, sanus
mente et corpore existens, recedendo a Foro
Terris, et Jurisdictionibus suis quibusvis
propriis, huic autem Jurisdictioni Nostre
Regie quo ad infrascripta recognoscenda
attinet, se subjiciendo et incorporando pa-
lam, liberé ac benevolé recognovit et pre-
sentibus recognoscit. Quia Ipse Generoso
Felici Wielhorski Capitaneo Matyiovien-
Ejusq legitimis Successoribus, jam exnunc
et defacto Bona sua propria et hereditaria
Villam Koziatyn in Palatinatu Volhynie
Districtu Luceoriensi sitam et jacentem cum
omni et integro Jure suo, Dominio, proprie-
tate, propinquitate, titulog hereditario,
ac omnibus eorundem Bonorum utilita-
tibus, usibus fructibus, proventibus, com-
modis, et obventionibus, Areis, Curiis, Ae-
dificiis, Structuris parvis et magnis, Sepibus,
Sepimentis, pascuis, emissoriis, hortis, poma-
riis, apibus, Apisteriis, agris, pratis, Cam-
pis, Sylvis, Borris, gajis, nemoribus, arbu-
stis, virgultis, et indaginibus, aquis sta-
gnis, Lacubus, piscinis, piscinulis, fluviis

Fluminibus, rivis, rivulis, torrentibus ac quarumvis aquarum decursibus, molendinis, molendinatoribus, Tabernis, Taberna-toribus, Subditis, Emethonibus, Hortulanis, Inquilinis tamvinijsdem Bonis reali-bentibus, quàm profugis, eorumq' uxoribus, pueris, pecoribus, pecudibus, dictorum laboribus, Datiis, Decimis, Tributis, custodiis, vigiliis diurnis et nocturnis, cunctaq' obedientia et Subditura Emethonali per ipsos prestari solita, cunctis demiq' attinentiis et pertinentiis ad eadem Bona ab antiquo spectantibus etiamcum Jure Patronatus præsentandorum Parochorum, nihil sibi Suisq' Successoribus quidquam Juris, aut cujusvis pretextus et pretensionis ad eadem Bona reservando, seu quovis modo excipiendo, sed ita late, longe, circumferentialiterq' prout in suis metis et limitibus extant et extendunt dat, donat, confert, inscribit et resignat pura mera, vera et irrevocabili Donatione perpetuo et in evum. Intromissionemq' ipsi in præfata Bona præsentibus resignata per Ministerialem Regni generalem quemvis et Nobiles duos quosvis facilius pro tempore conducendos, realem cum Actuali et pacifica possessione Officioseé acceptandam libereé dat et defacto admittit. Submittitq' se præ-

B terea

terea, ac in omnibus generaliter Bonis Suis
inscribit Idem Gnōus Recognoscens, eundem
Gnosum Donatarium Suum et Ejus Succesō:
res ab omnibus generaliter impedimentis
Juridicis et extrajuridicis omnium et sin:
gularum Personarum propinquarum etre:
notarum cujuscung Status, Sexūs et condi:
tionis existentium, tumq Inscriptionibus
prioribus et posterioribus, debitis, vinculis
et oneribus, si quæsint aut fuerint, tueri
defendere, evincere, eliberare et intercedere
indemneq semper ipsum et Ejus Succes.
sores totiēs quotties opus et neciesse fuerit
indemnes reddere, Idque sub Vadio Triginta
sex millium Florenorum Polonicalium. Da:
mnisq Terrestribus in casu alicujus exorti
impedimenti et non facta Tuitionis et Evi:
ctionis ad solvendum irremissibiliter suc:
cumbendis. Pro quo quidem Vadio, Damnis
Terrestribus ad reipsa principali citatus
existens memoratus Generosus Recognoscens
ex Instantia Gnōsi Donatarii Sui sive Ejus
Successorum, coram Officio Castrensi vel Ju:
dicib Terrestri Lucoriens, aut Tribunalis
Regni Lublinen, tenebitur Suis cum Succesori-
bus, recessu suprascripto mediante, semper
in primo Juris citationisq Termino tanquam

peremptorio, peremptorie stare, Juri parere
respondere, comparendoq' damna prædicta
Terretria et Vadium succubitò solvere,
quibus solutis nihilominus Inscriptioni
suæ præsenti Donatoriæ in toto satisfacere
ac omne Judicatum de Jure non excindo
pati absq' omni Dilatione, defensione,
exceptione, prascriptione, protestatione,
evasione, evocatione, motione, et appel-
latione, earumq' modò quovis prosecutio-
ne. Hac Ipsius personali Recognitione
ad præmissa mediante. Alias in forma
Inscriptionis Donatoriæ de Jure plenissima
firmissima et perfectissima. Pro majori vero
firmitate rhanu propria se subscripsit.
Michael Wielhorski. Quam ejusmodi In-
scriptionem Donatoriam et resignatoriam
sic ut præmissum factam et recognitam Nos
firmam ac de Jure validam haberi volentes
eandem ad acta præsentia suscipi, inseri-
bi, et exijdem fideliter descriptam Parti
postulanti Authentice extradi permisimus.
In quorum fidem &c. Actum ut supra.

Quietat Gnosus Michael Wielhorski de summa
36000. Floren Polon ex pretio Bonorum
Villæ Koziatyn provenien Gnosum Felicem
Wielhorski.

Augustus

Augustus Tertius &c.

Significamus &c. Quòd coram Actis præsen-
tibus Regni Cancellariæ Nostræ Minoris
comparens personaliter Generosus Michael
in Horochow et Czornyz Wielhorski, sanus
mente et corpore existens, recedendo à
Foro, Terris, et Jurisdictionibus suis qui-
buvis propriis, huic autem Jurisdictioni
Nostræ Regiæ, quò ad infrascripta recogno-
scenda attinet, se subjiciendo et incorporando
palam, libere, ac benevole recognovit et
præsentibus recognoscit. Quia Ipse Genero-
sus Felicem Wielhorski Capitaneum Ma-
tyioviensem Ejusq; legitimos Successores
jam exnunc et defacto de Summa Triginta
sex millium Florenorum Polonicalium pro
pretio Bonorum Koziatyn in Palatinatu
Volhyniæ, Districtu Luceoriensi sitorum
et jacentium hodierno sub actu resignato
constituta proveniente, Contractuq; resi-
gnatorio de data illius hic Varsaviæ Die
hodierna 26tâ Mensis Martii inter se Re-
cognoscentem abuna et Gnóum Josephum
Korzeniowski Dapiferum Smolenscensem
uti Ejusdem Gnóti Felicis Wielhorski Capi-
tanei Matyiovensis Specialem Plenipoten-
tem parte ab altera inito et conscripto, ma-

nibûs ab utring Subscripto, Vadiô Triginta
Sex millium Florenorum Polonicalium
et Damnis Terrestribus firmato, Sigillisq
gentilitiis communitô, et actis presens
roborato, ad solvendum assecurata, tum
de ipsomet Contractu resignatorio, Vadiô,
contentis et ligamentis, ejusq roboratione,
quo attinet ad exsolutionem ejusdem Sum:
mæ, ob præstitam sibi Recognoscenti Suf:
ficientem satisfactionem, realemq ejus:
dem Summæ Triginta Sex millium Florenor
Polonicalium persolutionem, quietat, e:
mittit, et liberum absolutumq cum Suc:
cessoribus ejus facit et pronuntiat, Supra:
fatum Contractum cum ejus Contentis
Vadio et ligamentis ac roboratione, quo
ad præmissam Summam per se Recognoscen:
tem actualiter levatam spectantem, nihil
sibi Suisq Successoribus quidquam Juris, præ:
textus et prætensionis intuitu ejusdem Sum:
mæ reservando et excipiendo, tollit, cassat,
mortificat et annihilat perpetuo et in
cvum. Hæc sua personali Recognitione
ad præmissa mediante. Aliàs in forma
Inscriptionis Quietatoriæ de jure plenissima
firmissima et perfectissima. Pro majori verô
firmitate manu propria se subscripsit. Michael
Wrel

Vielhorski. Et incontinenti Idem Generosus
Recognoscens satisfaciendo Submissioni sue
in Contractu Resignatorio Superius Specifi:
cato, pro adductione Jnosa Elisabethe de
Ogintskie Consortis Sue facta et inscripta
eandem Jnosam Consortem Suam personaliter
ad Acta presentia Statuit, et prout se obli:
gavit, adrixit. Quæquidem comparens
Sana mente et corpore existens, recedendo
a Foro, Terris, et Jurisdictionibus Suis qu:
buvis propriis, huic autem Jurisdictioni
Nostræ Regiæ quo ad infrascripta recogno:
scenda attinet, se benevole Subjiciendo, et in:
corporando, palam, libere, ac per expressum
recognovit et presentibus recognoscit. Quia
Ipsa a Juribus et Jnscriptionibus Suis, tam
advitalitia quam Reformatoria et adscriptitia
ac simplicis debiti Super eidem Bonis Kozia:
tyn in Palatinatu Volhyniæ Districtuque
oriensi sito et consisten habitis, et read
eadem extendentibus, tum quibusvis Suis
ad prædicta Bona pretensionibus, jam ex:
nunc et de facto recedit, eademq Bona Ko:
ziatyn ab his omnibus et singulis exonerat,
exvinculat, et eliberat, nihil sibi Suisq Suc:
cessoribus amplius ibidem Juris, prætextus,
aut alicujus prætensionis respectu Jnscri:

ptionum Suarum quarumvis ad dicta Bona
Hoziatyn sese regulantium reservando,
relinquendo, seu modô quôvis excipiendo.
Hac sua personali Recognitione ad pra-
missa mediante. Alias in forma Officiosi
Recessus de Jure plenissima firmissima,
et perfectissima. Et ro majori vero firmitte
manu propria se subscripsit. C. Uhelhorska.
Quam ejusmodi Inscriptionem Quietatoriam
et Recessus sic ut premissum facta et recognitam
Nos firmam ac de Jure validam haberi vo-
lentes, eandem ad acta præsentia suscipi,
inscribi, et ex iidem fideliter descriptam
Parti postulanti Authentice extradi per-
misimus. In quorum fidem &c. Actum
Varsaviæ ut supra.

Actum Varsaviæ Feria Tertia
post Dominicam Passionis
Quadragesimalem proxima
Die videlicet Trigesimâ men-
sis Martii Anno Domini
Millesimo Septingentesimo
Sexagesimo Secundo. Regni
vero Nostri Anno XXIX.

Ad Relationem Illmi Excellmi et Mfici
D. Joannis Comitis in Konskie et Białaczow
a Mataschowice Mataschowski Supremi Reg
Cancellarii, Grodecen, Ostrogecen &c Capitanei.

Quietat

Quietat Gnóza Susanna de Barse Lubiewska
de recepta sorte sua ex Bonis Hére olim Mariane
Barsowa Matris sue se concernente, Gnorum
Bars Fratrem suum et alios Consuccessores.

Augustus Tertius &c

Significamus &c Quod coram Actis presentibus
Metrices Regni Cancellarie Nostra Minoris
comparens personaliter Generosa Susanna de
Barse Lubiewska in assistentia Generosi
Joannis Lubiewski Mariti sui uti Tutoris
Conjugalis agens, sanamente et corpore
existens, recedendo à Foro, Terris et Juris-
dictionibus Suis quibusvis propriis, huic
autem Jurisdictioni Nostre Regie quo ad
infrascripta recognoscenda attinet, se subjici-
endo et incorporando, palam, libere, ac bene-
vole recognovit et presentibus recognoscit.
Quia Ipsa Gnorum Paulum Bars Secretarii
Nostrum, Fratrem Sui Recognoscentis ger-
manum, tum alios Consuccessores æquali
erga se Recognoscentem ad Bona post o-
lim Honoratam Mariannam Barsowa olim
Honorati Michaelis Bars Consortem, ma-
trem verò Suam charissimam derelicta, Ju-
re et Successione gaudentes, de portione
seu sorte Sua propria, qua et quanta vigore
Inventarii et Ex divisionis, ex Bonis qui-

busvis mobilibus post fata predictæ Matris
suæ, sibi Recognoscenti competit, et Jure Succe-
cessionis naturalis devolvta est, uti ad præ-
sens totaliter et in effectu levata et recepta
sibiq' Recognoscenti per dictos Consuccesso-
res restituta, quietat, emittit, liberos, ab-
solutosq' cum eorum Successoribus facit
et pronunciat. Nihil sibi amplius Juris, Suc-
cessionis, prætextus, tituli, aut alicujus
prætensionis intuitu Sortis seu portionis suæ
predictæ ad prænominatum Generosum Paulum
Barr et alios Consuccessores reservando, re-
linquendo, seu quovis modo excipiendo. Hac
sua personali Recognitione ad præmissa me-
diante. Alias in forma Inscriptionis Quieta-
toriæ de Jure plenissima, firmissima et perfe-
ctissima. Pro majori verò firmitate manu
propria se subscripsit. Zuzanna z Barsow
Lubieńska mp. Jan Lubieński iako Assystent mp.
Quam ejusmodi Inscriptionem Quietatoriam sic
ut præmissum factam et recognitam Nos fir-
mam ac de Jure validam haberi volentes, eandem
ad Acta præsentia Suscipi, inscribi, et ex ipsa-
fideliter descriptam Parti postulanti Authen-
tice extradi permisimus. In quorum fidem &c.
Actum Varsaviæ ut supra.

Edit de Sorte Lapide Barsowska

dicte

Dicta Gnóra Susanna de Barre Lubieuska
in Personas Gnórorum Pauli Bars et Franci-
sæ de Gawdzickie Conjugum:
Augustus Tertius &c:
Significamus &c: Quòd coram Actis presen-
tium Metrices Regni Cancellariæ Nostræ minoris
comparens personaliter Gnóra Susanna de
Barre Lubieuska, in Assistentia Generosi
Joannis Lubieuski mariti sui uti Tutoris
Conjugalis agens, sana mente et corpore
existens, recedendo a Foro, Terris, et Juris-
dictionibus Suis quibuscois propriis, huic
autem Jurisdictioni Nostræ Regiæ, quoad
infrascripta recognoscenda attinet, se subji-
ciendo et incorporando, palam, libere, ac bene-
volè recognovit præsentibûsq; recognoscit.
Quia Ipsa de Sorte Lapidea Barcowska di-
cta, hic Varsaviæ in Suburbio Cracoviensi
suas inter Vicinitates sitæ, quæ et quanta
vigore Ac divisionis et Taxa Officiosæ se Re-
cognoscentem Jure naturalis Successionis
erga alios Consuccessores concernebat et
concernit, jam exnunc et defacto Generosis
Paulo Bars Fratri Suo Germano et Franci-
sæ de Gawdzickie Conjugibus, Eorumque
Successoribus cedit, eademq; vendit, dat
donat et resignat, prout præsentibûs cessit

vendidit, dedit, donavit et resignavit ad ha:
bendum tenendum, possidendum, utifruen:
dum; vendendum, dandum, donandum, alie:
nandum, commutandum, ac in alios quosvis
usus suos beneplacitos convertendum, idq́
pro Summa Trecentorum Triginta Trium
Aureorum Hungaricalium justi et ada:
quati ponderis, et Florenorum Sex Polonica:
lium, alias Sex Millium Florenorum Polon:
efficien:, quam in instanti in prompta pa:
ratag pecunia recepit et abnumeravit,
de eadeḿ recepta et in Cancellaria ab:
numerata prælibatos Gnōros Paulum Barr
et Franciscam de Gawdzichie Conjuges qui:
etat. Et jam exnunc ac de facto Introhuju:
onem realem cum actuali palificaǵ possessi:
one in eandem Sortem Lapideam per se vendi:
tam Supradictis Gnōis Barrom Conjugibus
eadeḿ Gnōta Recognoscen: dat, ac libere ad:
mittit, dandamq́ et per Officium quodvis
competens conferendam nullatenus per
se aut per subordinatas Personas impugna:
bit. Evictionem denique omnimodam ab omni:
bus et singulis impedimentis quarumcunǵ
Personarum occasione praemissa Cessionis
et Resignationis sese quomodolibet interes:
santium, eidem Gnōris Barrom Conjugibus
Eorumq́ Successoribus cavet, ac se eo nomine

super

Super omnibus Bonis suis mobilibus et immo-
bilibus inscribit. Hac sua personali Recogni-
tione ad premissa mediante. Aliàs in forma
Cessionis et Resignationis de Jure plenissi-
ma et perfectissima. Pro majori verò fir-
mitate manu propria se subscripsit. —
Zuzanna z Barsow Lubieńska mp. Jan
Lubieński iako Assystent mp. Quam ejus
modi Inscriptionem Cessionariam et resigna-
toriam sicut premissum factam et recognitam
Nos firmam ac de Jure validam haberi volen-
tes eandem ad Acta praesentia suscipi, inscri-
bi, et ex ijdem fideliter describantur parti
postulanti Authentice extradi permisimus
In quorum fidem &c. Actum Varsaviæ ut
supra.

Actum Varsaviæ Feriâ
Quartâ post Dominicam
Passionis Quadragesimalem
proxima Die scilicet Trige-
simâ Primâ Mensis Martii
Anno Domini Millesimo
Septingentesimo Sexagesimo
Secundo. Regni vero Nostri
Anno XXIX.

Ad Relationem Illustris Excellentis
et Magnifici Dni Supremi Regni Cancella-
rii.

Inscribit Summam Ducentorum Florenorum
Polonicalium quotannis perpetuo ex Bonis
Rozanna, Prouin et Suchorzewo solvendam
Vbi Parocho Ecclesiæ Gembicensis Generosus
Antonius de Glogowa Kossowski Thesau:
rarius Curiæ Regni:
Augustus Tertius &c.
Significamus &c Quod coram Actis præ:
sentibus Nostris Regni Cancellariæ Nræ.
Minoris comparens personaliter Generosus
Antonius de Glogowa Kossowski Thesaura:
rius Curiæ Regni sanus mente et corpore
existens, recedendo a Foro, Terris, et Juris:
dictionibus Suis quibusvis propriis, huic
autem Jurisdictioni Nostræ Regiæ, quo ad
infrascripta recognoscenda attinet, se subji:
ciendo et incorporando, sponte, palam, libere
ac per expressum recognovit, præsentibûsq
recognovit. Quia Ipse cultum Divinum
in Ecclesia Parochiali Gembicensi expieta:
te augere et Orationibus ac Sacrificiis
Missæ de perpetuo Suffragio animarum
providere cupiens, jam exnunc et defacto
debebit et tenebitur, quia Bonorum Rozan:
na, Prouin et Suchorzewo deserta, in Palati:
natu Brestensi Cujaviæ, Districtu Bru:
sviciensi jacentium Hæres, Successoresque
sui memoratorum Bonorum Possessores
tenebunt.

tenebuntur et debebunt ex possessione ipsorum
quolibet Anno in et pro Festo Sacri Paschatis
Venerabili Parocho Gembicensi Summam
Ducentorum Florenorum Polonicalium mo:
neta in Regno currentis, ad manualem
Quietationem Ejusdem Parochi circa Eccle:
siam residentis, solvere, et non obstante
quavis Calamitate realiter perpetuo pen:
dere idque in Obligationes sequentes pa:
riter perpetuas: ut videlicet memoratus
Parochus Gembicensis nunc et pro tempore
existens qualibet Septimana unum Sacri:
ficium Missae pro Animabus Haeredum
ac Possessorum, tum etiam Subditorum Su:
praexpressarum Villarum absolvat, de:
nique quovis Festo solenniori ante Imagi:
nem Crucifixi Domini, in recensita Paro:
chiali Ecclesia decenter superpelliceatus
cum Populo hosce versiculos devotos:
Zawitay Ukrzyżowany Jezu Chryste
przez Twe Rany, Prosiemy Ciebie w
każdey potrzebie day ratunek pożądany.
tribus vicibus repetendo decantet. Pro
qua pensione Ducentorum Florenorum
Polon: Annua, in aliquo Anno in termino
supra expresso non soluta Citatus, in Cō
Cruvicensi suis cum Successoribus respon:

dere, Juri parere præcisa quavis appellatione
erit adstrictus peremptoriè. Hâc Lua perso:
nali Recognitione ad præmissa mediante.
Aliàs in forma perpetuæ Inscriptionis et
Obligationis de Jure firmissima, plenissima
et perfectissima. Pro majori verò firmita:
te manu propria se subscripsit. Antonius
de Stogowa Kossowski Thesaurarius Curiæ
Rñi mp. Quam ejusmodi Inscriptionem
sic ut præmissum factam et recognitam
Nos firmam ac de Jure validam haberi
volentes, eandem ad Acta præsentia Su:
scipi, inscribi, et ex Iisdem fideliter de:
scriptam Parti postulanti Authentice
extradi permisimus. In quorum fidem &c:
Actum Varsaviæ ut supra.

Roborant certum Contractum Magnificus Joannes
Comes in Konskie et Biatacżow à Matacho:
wice Matachowski Supremus Rñi Cancellarius
ab una, et Gnosus Felix Czacki Fossillator
Regni parte ab altera.

Augustus Tertius &c.

Significamus &c. Quod coram Actis præsen
tibus Regni Cancellariæ Nostræ minoris
comparentes personaliter Magnificus Joannes
Comes in Konskie et Biatacżow à Matacho:
wice Matachowski Supremus Regni Can:
cellarius

cellarius, Grodecensis, Ostrotencensis &c.
Capitaneus ab una, et Generosus Felix
in Poryc et Brusitow Czacki Socillator
Regni parte ab altera, sani mentibus et cor=
poribus existentes, recedendo à Foro, Terris,
et Jurisdictionibus suis quibuscvis propriis,
huic autem Jurisdictioni Nostræ Regiæ
quo ad infrascripta recognoscenda attinet
se subjiciendo et incorporando, palam, libere
ac benevole recognoverunt et præsentibus
recognoscunt. Quia Ipsi Contractum cer=
tum, obligatorium hic Varsaviæ Die he=
sterna videlicet Trigesimâ Mensis Martii,
Anno nunc currenti 1762do inter se Reco=
gnoscentes occasione Bonorum Markuszow
Oppidi cum Suburbiis, et Villarum Gora, Za=
błocie, Piotrowice minor, Łopatki, Buhato=
wice, Bronice, Kłoda, Bobowniki, Lanko
Bartogi, Choszczow, Łany, Kalenie, et Pio=
trowice Major in Palatinatu et Districtu
Lublinensi consistentium, initum et con=
scriptum, manibus propriis sui Recogno=
scentium subscriptum, et sigillis gentilitiis
communitum, damnisq' Terrestribus fir=
matum, in omnibus ejusdem Contractus
conditionibus, punctis, clausulis, articulis,
nexibus, Foro et ligamentis roborant,

confirmant, approbant et ratificant, eidemq'
Contractui tam in toto quàm in quavis
minima parte ejus se suis cum Succesio-
ribus Stare, parere et satisfacere submit-
tunt praesentibusq' declarant. Jdq' sub
Damnis Terrestribus simplici Verbo
absq' Juramento Corporali taxandis et
edicendis. Proquibus quidem Damnis
in casu Contraventionis succubitis, citata
una Pars Contraveniens, per aliam Partem
eundem Contractum tenentem et complen-
tem, seu ejus Successores citatis in Officio
Castrensi aut Judicio Terrestri, vel Tribu-
nalis Regni Lubliniensibus, praecisa quadris
appellatione, motione, exceptione, Dilatione
aliisq' Juris diffugiis et protellationibus,
peremptorie respondere tenebuntur. Hac
Ipsorum personali Recognitione ad pre-
missa mediante. Alias in forma Inscriptio-
nis Roboratoriae de Jure plenissima firmis-
sima et perfectissima. Pro majori vero firmi-
tate manibus propriis se subscripserunt.
Joannes Malachowski S. R. Canc. mp. Felix
Czacki Jocillator Rni mnej. Quam ejusmodi
Inscriptionem Roboratoriam sicut premissum
factam et recognitam Nos firmam ac de Jure
validam haberi volentes, eandem ad Acta presen-
tia suscipi, inscribi, et ex iisdem fideliter descriptam
Parti postulanti Authentice extradi permisimus.
In quorum fidem &c: Actum Varsaviae ut supra.

Inscribit

Inscribit Summam Decem Millium Florenor
Polonj Ecclesiæ Parochiali Gembicensi et Vi-
cariis circa illam residentibus, Gnôrus Kossowski
Thesaurarius Curiæ Regni.

Augustus Tertius &c.

Significamus &c. Quòd coram Actis præsentibus
Metrices Regni Cancellariæ Nostræ Minoris com:
parens personaliter Generosus Antonius de Glogo-
wa Kossowski, Thesaurarius Curiæ Regni, sanus
mente et corpore existens, recedendo à Foro, Terris,
et Jurisdictionibus suis quibusvis propriis, huic
autem Jurisdictioni Nostræ Regiæ, quò ad infra
scripta recognoscenda attinet se subjiciendo
et incorporando palam, liberè ac benevolè reco-
gnovit. Quia Ipse Summam Decem millium
Florenorum Polonicalium in Tynfonibus Polo-
nicalibus, quemlibet Triginta octo grossis nu-
merando s: quam priùs Actis Castrensibus
Junivladislaviensibus Sabbathô post Festum
Visitationis Beatissimæ Mariæ Virginis
proximô Anno Domini 1760mo Religiosis
Missionariis et Præfecto Missionis Canonicis
Regularibus Ordinis Præmonstratensis ad
Ecclesiam Strzelnensem residentibus inseri-
pserat: s nunc verò ex dispositione Venlis
Josephi Luczycki Præpositi Infulati Strzelnen-
sis Ejusdem Ordinis Canonicorum Præmon-
stratensium Vicarii Generalis Ecclesiæ Paro-
chiali

Inscribit

chiali Gembicensi uti Præposituræ Regulari dictæ
Strzelnensi incorporatæ, pro sustentatione Vica-
riorum duorum, et alio usu Ecclesiæ illius
applicatam, jam exnunc et de facto de et super
Bonis suis generaliter omnibus mobilibus et
immobilibus et præcipue de et super Bonis su-
is hæreditariis Rozanna, Procyn et Suchorzewo
in Palatinatu Brestensi Cujaviæ, Districtu Gru-
sviciensi sitis et jacentibus, prædictæ Ecclesiæ
Parochiali Gembicensi et circa ipsam duobus
Vicariis degentibus tenetur ac debet, seq' et
suos Successores de ijsdem Bonis suis hæredita-
riis teneri ac debere inscribit, obligat et assecu-
rat. à qua quidem Summa Capitali Decem
Millium Florenorum Polonicalium Provisionem
seu Censum Annuum à quolibet Centum per
Florenos Quinque ad manus et Quietationes
manuales Religiosi Parochi Ecclesiæ Gembi-
censis, nunc et pro tempore existentis, non ob-
stantibûs quibûsvis temporum Calamitatibûs,
in et pro Festo Sancti Joannis Baptistæ annu-
atim, dare, solvere, et realiter pendere suis cum
Successoribus debebit et erit adstrictus. Joque
sub Vadio similis Summæ Decem Millium
Florenorum Polon' in casu Contraventionis et
in aliquo eidem Inscriptioni Suæ non satis-
factionis, à se Recognoscente, Successoribusq'
suis memoratorum Bonorum Hæredibus
et Possessoribus prædictæ Ecclesiæ Gembicensi
et Vica-

et Vicariis circa ipsam residentibus ad solven=
dum irremissibiliter succumbendo. Proquoqui=
dem Vadio reg' ipsa principali citatus existens
memoratus Recognoscens suis cum Successori=
bus in Castro Cruviciensi stare, Juri parere,
et respondere, comparendoq' Vadium succu=
bitum solvere, quo soluto nihilominus Inscri=
ptioni sue presenti in toto satisfacere, ac
omne Judicatum Judicii seu Officii illius
Castrensis Cruvicien. de Jure non exeundo
pati absq' omni Dilatione, defensione, exce=
ptione, Motione et Appellatione, earumque
modo quovis, seu per adcitationes quas vis
prosecutione tenebitur. Hac sua personali
Recognitione ad premissa mediante. Alias
in forma Inscriptionis Debitoria de Jure
plenissima, firmissima et perfectissima. Pro
majori vero firmitate manu propria se sub=
scripsit. Antonius de Glogowa Kossowski
Thesaurarius Curie Regni. Quam ejusmodi
Inscriptionem sicut premissum factam et
recognitam Nos firmam ac de Jure validam
haberi volentes, eandem ad acta presentia
suscipi, inscribi, et exijdem fideliter descri=
pti Parti postulanti Authentice extradi
permisimus. In quorum fidem &c. Actum
Varsaviæ ut supra.

Quietat

Quietat Religiosus Ignatius Budkowski Canonicus Regularis Premonstratensis Ord.s S. Norberti, nomine Vobis Luczycki Præpti Infulati Strzelnen.s, Gnesum Kossowski Thesaurarium Rui de Inscriptione Summæ 10. Flor.m Polon.m coram Actis Juridicalibus recognita.

Augustus Tertius &c.

Significamus &c. Quod coram Actis præsentibus Metrices Regni Cancellariæ Nostræ Minoris comparens personaliter Religiosus Ignatius Budkowski Canonicorum Regularium Præmonstraten.s Ord.s S. Norberti Conventus Vitovien.s Professus, Ecclesiæ Parochialis Gembicensis Commendarius uti et tanquam à Venerabili Josepho Luczycki Præposito Infulato Strzelnensi, Ejusdem Ord.s Præmonstraten.s Generali Vicario Actis Castrensibus Crusviciensibus Sabbathô post Dominicam Oculi Quadragesimalem proximô Anno præsenti 1762. Specialiter inscriptus &c. Plenipotens, sanus mente et corpore existens, recedendo à Foro, Terris et Jurisdictionibus suis quibusvis propriis, huic autem Jurisdictioni Nostræ Regiæ, quo ad infrascripta recognoscenda attinet, se subjiciendo et incorporando palam, libere, ac bene volé recognovit et præsentibus recognoscit. Quia Ipse vigore Supradictæ Plenipotentiæ nomine Quidem Venerabilis Præpositi Infulati

lati Strzelnensis Principalis sui, Generosum Antonium de Glogowa Kossowski Thesaurarium Curiæ Regni Ejusq; Successores sanguinis jam ex nunc et de facto de Inscriptione Summæ Decem millium Florenorum Polonicalium coram Actis Castrensibus Juniviladislaviensibus Sabbathô post Festum Visitationis Bmæ Mariæ Virginis proximô Anno Domini Millesimo Septingentesimo Sexagesimo Religiosis Missionariis duobus et tertio Præfecto Missionis, Canonicis Regularibus Præmonstratenss Ordis S. Norberti ad Ecclesiam Strzelnensem residentibus facta et recognita ad solvendum super Bonis hæreditariis Joannæ Proayn et Rglawczyn assecurato, ex quo dicta Summa per prænominatum Venerabilem Præpositum Strzelnensem ad Ecclesiam Gembicensem, ad præsens Præpositura Regulari Strzelnensi vigore Privilegii Nostri incorporatam, pro Sustentatione duorum Vicariorum circa eandem Parochialem Gembicensem Ecclesiam majoris cultus Divini promovendi gratiâ nunc et pro tempore existentium, et alio usu ejusdem Ecclesiæ applicata et disposita est, ac per supra memoratum Generosum Thesaurarium Curiæ Regni, coram Actis præsentibus eidem Ecclesiæ

et Vicariis Gembicensibus denuo inscripta, quie-
tat, emittit, liberum, absolutumq cum Succesſo-
ribus Ejus facit et pronunciat, Supraspecifica-
tam Inscriptionem coram actis Castrensibus
Jeniwladislaviensibus recognitam, nihil am-
plius, Juris, prætextus et tituli intuitu ejusdem
ad Gnōrum Thesaurarium Curiæ Regni Ejusq
Successores Sanguinis dictis Religiosis Mis-
sionariis et Præfecto Missionis Eudeviæ Strzel-
nensis Suoq Principali Venerabili Præposito,
reservando, relinquendo, aut quōvis modō
excipiendo, tollit, cassat, mortificat et an-
nihilat perpetuo et in ævum. Hac sua
personali Recognitione ad præmissa me-
diante. Aliàs in forma Inscriptionis Quie-
tatoriæ de Jure plenissima, firmissima et per-
fectissima. Pro majori verō firmitate manu
propria se subscripsit. Fr. Ignatius Budkowski
Ord Præmz Plenip: Specialis mpp. Quam ejusmo-
di Inscriptionem Quietatoriam sicut præ-
missum factam et recognitam Nos firmam
ac desure validam haberi volentes eandem
ad Acta præsentia Suscipi, inscribi, et ex ijs-
dem fideliter descripti Parti postulanti
authentice extradi permisimus. Inquor
Fidem &c. Actum Varsaviæ ut supra
m.
Inscribit Summam 100. Florenor Polon
Gnōrus Felix Czacki Fiscalator Regni,
Gnōrus

Generosa Catharina de Matachowskie Consorti sua.

Augustus Tertius &c

Significamus &c Quòd coram Actis presentibus Metricis Regni Cancellariæ Nostræ Minoris comparens personaliter Generosus Felix Czachi Spoliator Regni, sanus mente et corpore existens, recedendo à Foro, Terris, et Jurisdictionibus suis quibusvis propriis huic autem Jurisdictioni Nostræ Regiæ, quo ad infrascripta recognoscenda attinet, se subjiciendo et incorporando palam, libere ac benevolè recognovit et præsentibus recognoscit. Quia Ipse Generosa Catharina de Matachowskie Consorti suæ legitimæ, Ejusq' Successoribus Summam Centum Millium Florenorum Polonicalium in aurea moneta boni et adæquati ponderis, /: quam de manibus Magnifici Joannis Comitis in Konskie et Biatalzow Matachowski Supremi Regni Cancellarii vigore Contractus certi Actis præsentibus hodie roborati, tulit et levavit :/ tenetur ac debet seq' et suos Successores teneri debereq' de et super Bonis suis hæreditariis generaliter omnibus mobilibus et immobilibus, Summisq' quibusvis pecuniariis habitis et habendis, et præsertim super Bonis Goryck in Palatinatu Volhyniæ Districtu Vlodimiriensi, et Brusilow in Palatinatu Kijoviæ Districtu Zytomiriensi consistentibus, modò verè justi

realis, liquidi, Simplicisq' Debiti, in et pro Vi-
gilia Festi Sancti Joannis Baptistæ in Anno
Hodierno venturo 1763tio dare, solvere, et
circa Officium Actaq' Castrensia Vlodimiri-
ensia reponere et relinquere, repositamq'
et relictam rursus ab eisdem Actis non effi-
dejubere, nec modô quôvis arrestare inscri-
bit, obligat et asecurat, eidemq' Inscripti-
oni præsenti Debitoriæ tam in toto, quam
in minima parte ejus, se suis cum Succesо-
ribus satisfacere submittit, præsentibusq
declarat. Idque sub Vadio similis Summæ
centum Millium Florenorum Polonicalium
in casu contraventionis à se Recognoscente
submittente Suisq' Successoribus ex Instantia
Ejusdem generosæ Creditricis Suæ sive Ejus
Successorum, semotis omnibus Juris diffugiis
coram Officio Castrensi Vlodimiriensi, aut
Lytomiriensi vel Tribunali Regni Lublinen
Vindicando. Hac sua personali Recognitione
ad præmissa mediante. Aliàs in forma Inscri-
ptionis Debitoriæ de Jure plenissima, firmis-
sima et perfectissima. Pro majori verò firmi-
tate manu propria se subscripsit. Felix
Czacki Podll: Regni mnpp. Quam ejusmodi
Inscriptionem Debitoriam sicut præmissum
factam et recognitam Nos firmam ac de Jure va-
lidam haberi volentes eandem ad Acta præsen-

tia

tia suscipi, inscribi et exipdem fideliter descriptam Parti postulanti Authentice ex: tradi permisimus. In quorum fidem &c: Actū Varsaviæ ut supra.

Actum Varsaviæ Sabbatho ante Dominicam Misericordiæ proximo Die scilicet Vigesima quartâ Mensis Aprilis, Annô Domini Millesimo Septingentesimo Sexagesimo Secundô. Rñi verò Nostri Anno XXIX.

Ad Relationem Illrñi Excellntrñi et Mfici Dñi Supremi Regni Cancellarii.

Oblata Approbationis Contractus Emphiteutici super Villam Wylathowo nobili Schreiber Mercatori Posnaniensi servientis.

Augustus Tertius &c:

Significamus præsentibûs Literis &c oblatas esse ad acta Metrices Regni Cancellariæ Nostræ Minoris Literas papyreas originales manu Nostra Regia subscriptas et Sigillô Majori Regni communitas, Approbationem Juris Emphiteutici super Villam Wylathowo Civitatis Pouidzensis hæreditariam Nobili Nathanaeli Ernesto Schreiber Mercatori Posnaniensi ejusq; Successoribus

servientis, in se continentes, sanas, salvas, et illæsas
omniq suspicionis nota carentes tenoris sequentis=
August Trzeci z Bozey Laski Krol Polski,
Wielki Xiąże Litewski, Ruski, Pruski, mazo=
wiecki, Zmuydzki, Kijowski, Wołyński, Podolski,
Podlaski, Inflantski, Smolenski, Siewierski, y Czer=
niechowski a Dziedziczny Xiąże Saski y Elektor.
Oznaymuiemy niniejszym Listem naszym
Wszem wobec y Każdemu zosobna, Komu o
tym wiedzieć należy. Iż produkowany był
przed nami Kontrakt Oryginalny, albo raczey
Prawo Emfiteutyczne na Dobra czyli Wieś
Wylatkowo nazwaną Miasta Naszego Pow=
ozа Dziedziczną, przez Stawetnych Burmi=
strza, Woyta, Ławników y całe Pospolstwo te=
goż Miasta Powiedzia Szlachetnemu Natanaelowi
Ernestowi Schreiberowi Kupcowi y Mieszczanino=
wi Miasta tamże Naszego Poznania, y Sukcesoro=
negoż do lat Ośmiudziesiąt porobie idących,
nadane, niesłabizytelne, niepodeyrzane, ani za=
dnemu fałszowi niepodlegaiące, rękami tak
nadawaiących, iako y nabywaiącego podpisa=
ne, oraz Aktami Grodzkiemi Gnieznienskiemi
umocowane, y Supplikowano Nam wraz=nie=
niem tegoż Szlachetnego Natanaela Ernesta
Schreybera, abyśmy one moc y Władzą na=
szą Królewską twierdzić y approbować
raczyli. Którego to Kontraktu czyli Prawa
Emfiteutycznego Słowo w Słowo istota na=
stępuie taliowa = Między Stawetnemi

Johm?

Jchmć Pany Burmistrzem, Woytem, Ławnikami
y całym Pospolstwem Miasta J.o Krmu Powidza
Dobr Wylatkowa Dziedzicami z iedney, á Jmć
Panem Nathanaelem Ernestem dwoyga Jmion
Schreyberem Kupcem y Mieszczaninem Poznań:
skim z drugiey Strony Stawa niniejszy Kon=
tralt y w niczym nieodmienne postanowienie
wten niżey opisany sposob. Jż pomienioni
Jchmć Pp. Mieszczanie y my Obywatele Mia:
sta Powidza, maiąc Dobra swoie Wylatkowo
od Nayiaśnieyszych Krolow Polskich sobie Fra:
werh wiecznym y Dziedzicznym dane y daro:
wane, Przywileiami zaś Nayiaśnieyszych
osobliwie Kazimierza w Roku Tysiącznym
Trzechsetnym, Szesdziesiątym Czwartym,
Zygmunta w Roku Tysiącznym, Pięćsetnym,
Dwudziestym Czwartym, Władysława w
Roku Tysiącznym Sześćsetnym Dwudziestym
czwartym tasbawie Konferowanemi approbo:
wane, tudzież y poznieyszych Wiekow przez
Nayiaśnieyszych Panow, y szczęśliwie nam
Panuiącego Augusta Trzeciego potwier:
dzone, á dla potrzeby y rożnych nieszczęśli=
wych przypadkow Miasta dawnieyszemi
czasy długami inonerowane y dotąd cu:
dzych ręku zostaiące, á chcąc dla siebie y
Miasta swego uczynić uspokoienie, y te
Wioskę Wylatkowo funditus zruynowa:
ną y zniszczoną ku lepszemu dobru y

prowentowi przyprowadzić, umyslilismy me-
liorando dawnieyszy Kontrakt z Jmć Panem Schrei-
berem zawarty in puncto wiecznego Prawa iemu
danego, w inszych iednak punktach tenże Kon-
trakt reassumendo et approbando, ong in Em-
phiteusim na lat Osmdziesiąt puscic y ustą-
pic, iakoż niniejszym Kontraktem ze wszyst-
kiemi teyże Ulic przyleglosciami, przynalezy-
tosciami, polami, Jeziorami, Młynami, Wia-
trakami, rolami, Łąkami, Zarosłami, Ogrodami
Sadami, Sadzawkami, borami, lasami, zgoła
ze wszystkiemi innemi akcydensami, Podda-
nemi obojey płci tak w Dobrach będącemi iako
y gdzieindziey znayduiącemi się, nic sobie
ani pomienionemu Miastu swemu niezo-
stawuiąc, ani exceptuiąc, przerzeczonemu
Jmu Panu Nathanielowi Ernestowi Schreybe-
rowi Kupcowi Poznańskiemu y Jego Sukcesso-
rom puszczamy y ustępujemy. Za ktore to
Prawo tenże Jmć Pan Schreyber opłacaiąc sobie
y Sukcessorom swoim tę Emphiteuzyą iako
wyżey do lat Osmiudziesiąt stużącą, tylo ra-
zy wspomnionemu Miastu Powiązow y
Obywatelom iego a to na uspokoienie rożnych
Kredytorow w Ktorych rzędu do tych czas ta
Ulica zostaie y inne potrzeby Miasta ex-
nunc Złotych Polskich Sześć Tysięcy bieżącey
w Krolestwie Monety, Złoty Każdy po groszy
Trzydziesci Polskich rachuiąc y komputuiąc
wypłaca, y wylicza, z Ktorych tak rzetelnie
wypła-

wyptaconych toż Miasto niniejszym Kontra=
ktem iegoż Kwituie, y ieżeli tego potrzeba
będzie, to y Aktami Grodzkiemi Gniezneńskie=
mi Kurtować obliguie się y submittuie. Że
zaś tenże Jmć Pan Schreyber Swym y Sukcesso=
row Swoich imieniem, procztego corocznie in
vim annui Census ad decursum pomienionych
lat Osmiudziesiąt grunt czeńszu po Złotych
Polskich czterysta, zaczęwszy od Swięta Swię=
tego Jana Chrzciciela w Roku da Bog przyszłym
Tysiącznym Siedmsetnym Szesćdziesiątym Dru=
gim przypadaiącego do rąk Jmć Pana Burmi=
strzem teraz y na potym będącego, lub na niey=
scu jego zostaiącego, na potrzebę y expensa Mia=
sta płacić obliguie się, wzięć daie się mocternuż
Jmci Panu Schreyberowi y Sukcessorom Jego, y zu=
pełnie pozwala się Dobra te podług woli swoiey
reparować, budować, Ludzi osadzać, Huty
lub Gorzelnie wystawiać, potazie y popioły pa=
lić, y wszelkie sobie wynaydować Intraty; kiedy
zaś Wola lub Jego, lub Sukcessorow będzie, z
tych Dobr Wylatkowa wyścia y ustąpienia
tedy mu lub Sukcessorom Jego wolno będzie
komu innemu Prawa swoiego ustąpić, z tym
iednak dolutadem, aby tak nabywaiący Prawa
Miastu temuż corocznie tenże Grunt Czensz
Złotych Polskich Czteresta bez wszelkiego
zawodu płacił. Po wyściu zaś lat Osmiu=

dziesiąt

dzieciat gdyby Sukcessorowie tegoż Jmci Pana
Schreybera chcieli in novam Emphiteusim te Dobra
mieć sobie puszczone, tedy bonificando onymże
expensa na tozone reparacye obligatur Miasto
zatenże sam Czenszim, nikomu innemu
one puscić, y ich zawsze preferibiliores nad
inszych Kontrahentow uznawać. A że Kazda
Intromissya iest Dusza Possessyi, wzgl teyże do
poniżenioney Wsi Wylatkowo Jchnic Mierz:
czanie, Obywatele, y całe Miasto Powiatu temuż
Jmci Panu Schreyberowi exnunc dopuszczaią,
y aby tęż Wieś bez żadney zatargi w swoią
obięt possessyą, oswobodzić y uspokoić Kredy:
torow przyrzekaią y obowiązuią się Curhaya
generalną od wszelkiey turbacyi, Klutni prawnych
y nieprawnych, ieżliby się iakie ziawić y wynu:
rzyć respektem teyże Wioski Wylatkowa miały,
Kosztem swoim własnym bronić y zastępować.
Który to Kontrakt, y w nim Kondycye wszystkie
wyżey opisane, Strony obiedwie we wszystkim
y naymnieyszey iego części dotrzymać, wypełnić
y uchylać, á to pod Zakładem rowney ześ Summy
Sześciu Tysięcy Złotych Polskich, które Strona
niedotrzymuiąca Kontraktu tego, do Strony
ten Kontrakt trzymaiącey y pełniącey podpa:
dać powinna, obliguią się y Forum sobie in
casu niedotrzymania, y niedosyć uczynienia
Kontrahentowi temu w Sądach J. K. Mci bez
wszelkich tamże czynienia Dylacyi etiam
z Regestru Expulsionum et ultrà cadentiam
ac ordinem

ac Ordinem dicti Regestri do odpowiedzenia
naznaczaią, y ten Kontrakt Matym wiązszey
Wagi y Walbru, Kśięgami Autentycznemi Grodu
Gnieznienskiego roborują, Salva etiam tego ż Kon:
traktu per Sacram Regiam Mtem, ieżeli ktora
Strona zechce: / approbatione facienda et procu:
randa. I na to się wszyscy rękami własnemi
iako y trzymanemi dobrowolnie podpisuią. Dat:
w Powidzu, Die Pietnastego Mensis Septembris
Anno Domini 1761mo Kaspar Malewicz Bur:
mistrz Miasta Powidza ręką trzymana. Stani:
sław Kąburzinski Woyt Miasta Powidza ręką
trzymaną. Grzegorz Wysocki Ławnik ręką
trzymaną. Wawrzyniec Niedzielski Ławnik
ręką trzymaną. Stanisław Powidzki ręką trzymaną.
Szczepan Gruszczynski ręką trzymaną. Kazimierz
Malinowski ręką trzymaną. Benedykt Kaliski
ręką trzymaną. Maciey Szeszycki ręką trzymaną.
Łukasz Wroblewski ręką trzymaną. Antoni Ma:
kowiecki ręką trzymaną. Antoni Sosinski ręką
trzymaną. Franciszek Lewendowski ręką trzy=
maną. Łukasz Kisliewicz ręką trzymaną. Fran:
ciszek Skrobiduski ręką trzymaną. Maicher Ka:
czynski ręką trzymaną. Mikołay Kucropatwa
ręką trzymaną. Woyciech Jakusz ręką trzymaną.
Marcin Wroblewski ręką trzymaną. Maciey Ja:
kubowicz ręką trzymaną. Augustyn Zadorski
ręką trzymaną. Stanisław Niegardy ręką trzymaną.
Marcin Targosz ręką trzymaną. Maycher

Pomianowski ręką trzymaną. Bartłomiey Ma:
lecki ręką trzymaną. Michał Malecki ręką trzy:
maną. Maciey Sobolewski ręką trzymaną. Mai:
cher Wysocki ręką trzymaną. Izydor Choryon
ręką trzymaną. Tomasz Malecki ręką trzymaną.
Mikołay Czeszycki ręką trzymaną. Jan Cze:
szycki ręką trzymaną. Jan Jarkiewicz ręką
trzymaną. Walenty Czeszycki ręką trzymaną.
Maciey Cybulski ręką trzymaną. Jozef Choryon
ręką trzymaną. Grzegorz Choryon ręką trzymaną.
Antoni Sałowski ręką trzymaną. Wawrzyniec
Malecki ręką trzymaną. Filip Skrobiszewski ręką
trzymaną. Wawrzyn Niegardy ręką trzymaną.
Tomasz Szutkowski ręką trzymaną. Jozef
Strzelewicz ręką trzymaną. Jan Kozmiński
ręką trzymaną. Jakob Czaszewicz ręką trzymaną.
Marcin Sobolewski ręką trzymaną. Tomasz Gru:
szczyński ręką trzymaną. Walenty Stefański
ręką trzymaną. Matyasz Niegardy ręką trzy:
maną. Antoni Niedzielski ręką własną P.P. mpp.
Nathanael Ernest Schreiber = My tedy August
Król do przerzeczoney Supplikі Jmieniem
Szlachetnego Nathanaela Ernesta Schreibera
wyżey wspomnionego tamtąwie słuszniuszy
ż wszbyż opisany Kontrakt lub Prawo
Emfiteutyczne potwierdzić umyśliliśmy,
iakoż Powagą y Władzą Naszą Królewską
ś: ile Prawo pospolite pozwala :ś niniey szym
Listem Naszym we wszystkich Punktach,
Artykułach

Artykułach y Kondycyach potwierdzamy
y umocniamy. Obiecuiąc to ponas y Naiia-
śnieyszych Następcach Naszych, że Szlachetnego
Nathanaela Ernesta Schreybera y Potomków
Jego od possessyi teyże Wsi Wylatkowa nie
oddalemy, y oddalenia mocy nikomu nie damy.
do wyiścia lat ośmiudziesiąt, ale ich Spoloy-
nie zachowamy. Co y Nayiaśnieysi Krolowie
Polscy Następcy Nasi uczynią. Na co dla lepszey
Wiary rękę własną podpisawszy się. Pieczęć
Koronną zstwierdzić rozkazalismy. Dan w
Warszawie Dnia XIX. Miesiąca Kwietnia
Roku Pańskiego MDCCLXII. Panowania
Naszego XXIX. Roku. Approbacya Prawa
Emfiteutycznego na Wieś Wylatkowo Miasta
Powiatu Dziedziczną, Szlachetnemu Nathana-
elowi Ernestowi Schreiberowi Kupcowi Pozna-
skiemu y Jego Sukcessorom do Lat Ośmiudzie-
siąt nadanego. Augustus Rex. Locus Sigilli
majoris Regni. Woyciech Rakowski Podczaszy
Ziemi Wiślney Pieczęci W. Koronney Sekretarz my
Quas ejusmodi Literas papyreas Originales
suprascriptas sicut premissum peroblatas
porrectas, Nos ad Acta praesentia suscipi,
inscribi, et exipsem fideliter descriptas Parti
postulanti Authentice extradi, Originale
vero Offerenti restitui permisimus. In quo-
rum fidem &c. Actum ut supra.

Actum Varsaviæ Feriâ Quartâ
post Dominicam Jubilate proximâ
& Die scilicet Quintâ mensis Maji
Annô Domini millesimo, Se-
ptingentesimo Sexagesimo Se-
cundo. Regni vero Nostri Annô
XXIX.

Ad Relationem Ejusdem Illustrii Excellmi
et Mgci D. Supremi Regni Cancellarii.

Manifestatur de invaliditate certi Con-
tractus, Mficus Supremus Regni Cancellarius.
Augustus Tertius &c.
Significamus &c. Quod coram Actis præsentibus
Nostris Regiæ Cancellariæ Nostræ Minoris
comparens personaliter Mficus Joannes Comes
in Monsluè et Białaczow à Małachowice
Małachowski Supremus Regni Cancellarius,
Grodecensis, Ostrolencensis &c Capitaneus,
sanus mente et corpore existens, recedendo a
Foro, Terris et Jurisdictionibus Suis quibuscis
propriis, huic autem Jurisdictioni Nostræ
Regiæ quo ad infrascripta recognoscendaatti-
net, se subjiciendo et incorporando palam, libere
ac benevole recognovit. Quia Ipse sumptâ in-
formatione Sufficienti de statu Laterificii
advocatialis novæ Varsaviæ, qualiter ipsius
fundus, ex quo pro conficiendis Lateribus
effoditur argilla, jam ex integro subtenuta
et possessione antecedaneorum et præsentis

Advo-

Advocati Gnósi Kicinski Thesaurarii Terræ
Cernensis totaliter destructus, et de materiali
argilla evacuatus est adeò, ut prædictum
Laterificium nullum omnino proventum
jam abhinc importare potest, quod tamen
sibi pro potissima parte proventuum Advoca-
tialium circa conclusionem empti et venditi
dictæ Advocatiæ et conscriptionem seum
Recognorcente Contractus Varsaviæ Die
Vigesima Septima Augusti 1761. Anno
idem Gnósus Kicinski Thesaurarius demon-
stravit, taliterq' se ad ejusmodi Contractum
subscribendum induxit, Ideò obviando evi-
denti Suo damno ex condicto et concertato
pro præfata Advocatia pretio resultanti,
à prænominato Contractu ipsiusq' omnibus
vinculis et ligamentis jam exnunc recedit, et
de nullitate ac invaliditate ipsius protesta-
tur. Hac Sua Recognitione ad præmissa
mediante. Pro majori verò firmitate manu
propria se subscripsit. J. Matachowski S. R. Cancing.
Quam ejusmodi Manifestationem sicut pre-
missum factam et recognitam Nos ad Acta
præsentia suscipi, inscribi et exijsdem fi-
deliter descriptam Parti postulanti Au-
thentice extradi permisimus. In quorum
Fidem &c. Actum ut Supra.

Actum Varsaviæ Sabbathô ante
Festum Sanctæ Margarethæ
Virginis et Martyris proximo
Die scilicet Decimâ Mensis
Julii Anno Domini Millesimô
Septingentesimo Sexagesimo
Secundô. Regni verò Nostri
Anno XXIX.

Ad Relationem Illmi Excellmi et Rmi
Dni Michaelis Comitis de Granow
Wodzicki Episcopi Premysliensis
Abbatis Commendatarii Cerven et
Claræ Tumbæ, Procancellarii Regni.

Abrenuntiat Bonis Paternis et maternis
Religiosa Virgo Maria Cecilia Szembekowna
Monialis Professa Ordinis S. Benedicti ab
Adoratione SSmi Sacramenti Conventûs Varsav.

Augustus Tertius &c.
Significamus &c. Quòd cùm ad humillimam
Supplicationem Deodicatæ Virginis Mariæ
Cæciliæ Szembekowna Monialis Ordinis Sancti
Benedicti ab Adoratione Sanctissimi Sacra-
menti Conventûs Varsaviensis, Acta publica
adire non valentis, apud Nos factam, Generosum
Joannem Nepomucenum Stominski Secretarium
Nostrum, et Actorum Metrices Regni Cancel-
lariæ Minoris Præfectum, pro recipienda
ab Ipsa infrascripta Abrenuntiationis
Inscriptione deputâssemus, utq́ cum Actis

Ipsam

Ipsam adiret permisissemus, Isidem Deputa:
tus Secretarius Noster functus Officio suo, coram
Nobis palam, publice, retulit. Qualiter coram
eodem Deputato Secretario Nostro, Actisque
præsentibus Metrices Regni Cancellariæ
Minoris, Die hodierna in actu contenta
comparens personaliter ad Crates Vestibu:
li Monasterii Sui, eadem Religiosa ac Deo
dicata Ursula in Sæculo, ad præsens verò in
Religione Maria Cæcilia Szembekowna,
Monialis Professa Ordinis S. Benedicti ab
Adoratione Sanctissimi Sacramenti Conven:
tus Varsaviensis, Magnificorum olim Joannis
Szembek Supremi Regni Cancellarii et Eve
de Lerczynskie Conjugum Filia, in assisten:
tia Religiosarum ac Deodicatarum Virginu
Mariæ à S. Alexio Priorissæ, Mariæ Placidæ
Discretæ, Mariæ Magdalenæ Discretæ,
Mariæ à S. Joanne Discretæ, Mariæ à
Præsentatione Bmæ Virginis Mariæ Secre:
tarissæ Capituli, necnon Religiosi Hippoliti
Siedzieuski Lectoris Theologiæ Ordinis Præ:
dicatorum S. Dominici uti et tanquam
Patris sui Spiritualis ad hunc actum assum:
pti, agens, sana mente et corpore existens,
recedendo à Foro, Terris, et Jurisdictionibus
suis quibusvis propriis, huic autem Jurisdi:
ctioni Nostræ Regiæ quo ad infrascripta

recognoscenda attinet, se subjiciendo et incorpo-
rando palam, libere, ac benevole recognovit
et præsentibûs recognoscit: Quia Ipsa Bonis
Paternis et Maternis generaliter omnibus
et in specie Singulis tam immobilibus here-
ditariis Terrestribus et Civilibus, obligato-
riis ac aliis quibusvis quocunq; nomine vo-
catis, ubiq; locorum sitis et jacentibus, quam
mobilibus universis ac Summis quibusvis pecu-
niariis ubicunq; existentibus, totaliq; et integræ
Successioni post Magnificos Parentes suos se
Recognoscentem Jure naturali concernen', necnon
de quibusvis Successionibus, post quasvis Perso-
nas in se Recognoscentem devolutis et devolven-
dis, jam exnunc et defacto ob prestitam sibi
Recognoscenti Dotis adhuc per Magnificam
olim Matrem promissæ, et ante Professionem
adrationaliter in Summa Octodecem millium
Florenorum Polonicalium abnumeratæ, nunc
autem pro residuo per Successores Paternos et
Maternos sibi Recognoscenti Suoq; Conventui
vaturos, quod et Serenissimi Successores Nostri
præstabunt. Juribus Nostris Regalibus, Reipu:
blicæ, Ecclesiæq' Romano Catholicæ Salvis manen:
tibus. In cujus rei fidem præsentes manu
Nostra subscriptas Sigillo Regni communiri
jussimus. Datum Varsaviæ Die XVI. Men:
sis Septembris, Anno Domini MDCCLXII.
Regni verò Nostri XXIX. Anno. Augustus
Rex. Locus Sigilli Minoris Regni. Consensus
eximendi Fundum certum Szpyrlowski
dictum in Districtu Latyczovien, Capita:
neatu Barensi sitt, de manibus nullo Jure

modernorum Possessorum Generoso Theodoro Filimonowicz datur. Antonius Uryszynski Gremislien: Varsavien: Canonicus S.R.M.tis Secretarius Quas ejusmodi Literas Suprascriptas sicut premissum per oblatam porrectas, Nos ad acta praesentia suscipi, inscribi, et ex ijdem fideliter descriptas, Parti postulanti authentice extradi, Originale verò offerenti restitui permisimus. In quorum fidem &c. Actum ut supra.

Actum Varsaviæ Feriâ Quartâ in Vigilia Festi Sanctorum Simonis et Judæ Apostolorum Die videlicet Vigesimâ Septimâ Mensis Octobris Annô Domini Millesimo Septingentesimo Sexagesimo Secundô. Regni vero Nostri Annô XXX.

Ad Relationem Illmi Excellmi et Rmi D. Episcopi Gremislien: Pro Cancellarii Rni.

Constituit Plenipotentes Venerabilis Franciscus Schwartzemberg Czerny Canonicus Cathedralis Cracov: &c. Augustus Tertius &c.

Significamus &c. Quod coram Actis praesentibus Metrices Regni Cancellariæ Nostræ Minoris comparens personaliter Venerabilis Franciscus Schwartzemberg de Vitovice Czerny Canonicus Canonicus Cathedralis Cracoviensis, sanus mente et corpore existens, recedendo a Foro, Terris, et Jurisdictionibus suis quibusvis propriis huic autem Jurisdictioni Nostræ Regiæ quo ad infrascripta recognoscenda attinet,

servb:

resubjiciendo et incorporando, palam, libere,
ac benevole recognovit et præsentibus recognoscit.
Quia Ille Generosos Cajetanum Wolski, Casimirum
Droinski, Augustinum Niklewicz, Franciscum
Starzowski, in suos veros, legitimos et indubitatos
Plenipotentes constituit, inscribit, eligit et
solenniter ordinat. Dans et concedens Ipsis
tam conjunctim quam divisim, plenariam
facultatem et omnimodam potestatem fau-
sas suas generaliter omnes et singulas,
tam ex actoratu quam et reatu in quovis
subsellio et Judicio habitas et habendas,
institutas et instituendas promovendi, de-
fendendi, Jure q tuendi, condescensiones at-
tentandi, comparitiones nomine sui Recogno-
scentis inscribendi, Decreta favorabilia pro
parte sui acceptandi, a gravaminosis ad
majora subsellia appellandi et movendi,
appellationes et motiones prosequendi,
exceptiones Juridicas inferendi, arresta
imponendi, panas Judiciales levandi, de
levatis quietandi, Intromissiones in panis
decretis ac re principali offerendi et acce-
ptandi, ulteraq omnia veros et legitimos
Plenipotentes de Jure concernentia rite
obeundi et peragendi: Promittens et inco-
bens se idem Venerabilis Recognoscens id
totum, quidquid per prædictos Plenipotentes
suos in præmissis Juridice, actum gestum

constitutumve fuerit, pro rato et grato habi:
turum et suscepturum, eandemq Plenipoten:
tiam ad Triennium integrum ab actu pra:
senti computand, duraturam vult et declarat.
Hac sua personali Recognitione ad premissa
mediante. Pro majori vero firmitate manu
propria se subscripsit. Franciscus Czerny
can Crac Audr Gnlis et Judex. Quam ejus
modi Plenipotentiam sicut premissum fuit
et recognitam Nos firmam ac de Jure validam
haberi volentes, eandem ad acta presentia su:
mpsi, inscribi, et ex ijsdem fideliter descripta
Parti postulanti Authentice extradi permisi:
mus. In quorum fidem &c. Actum Varsavie &c.

Actum Varsavie Feria Quarta
post Festum Sanctorum Omniu
proxima Die scilicet Tertia
mensis Novembris Anno Do:
mini Millesimo Septingente:
simo Sexagesimo Secundo. Regni
vero Nostri Anno XXX.

Ad Relationem Illmi Excellmi et Rmi
Dni Episcopi Premyslien Prolancellarii
Regni.

Donant Illustres Mstici Joannes Comes
Branicki Castellanus Cracovien Supremus
Exercituum Rni Dux et Elisabeth de Coniatowie
Conjuges, Sorres Palatii Sedniciani, Gnosis
Ursulae de Branicki Lubomirska Capitanea
Bolimovien

Bolimovien^s et Potocium Capitaneis Trembo-
vliensibus Conjugibus.
Augustus Tertius etc.
Significamus etc. Quòd coram Actis præsentibus
Metrices Regni Cancellariæ Nostræ minoris
comparentes personaliter Illustres mfici
Joannes Clemens Comes in Ruszcza Tyczyn
et Tylicin Branicki Castellanus Cracovien^s
Supremus Exercituum Regni Dux, Bohu-
staviensis Janovien^s Mozicen^s Korsnen^s
& Capitaneus, et Elisabeth de Poniatowskie
Conjuges, et quidem Illustris magnificus
Maritus solus per se, jam verò Illustris ma-
gnifica Consors in personali ejusdem Illris
mfici Mariti sui uti Tutoris Conjugalis
Authoritate et assistentia agen^s, sani men-
tibus et corporibus existentes, recedendo à
Foro, Terris ac Jurisdictionibus suis quibus-
vis propriis, huic autem Jurisdictioni Nræ
Regiæ, quo ad infrascripta recognoscenda atti-
net, se subjiciendo et incorporando, palam
libere, benevolè recognoverunt, et quilibet
Illorum suo pro interesse recognovit. Quòd
Ipsi Bona sua propria et hæreditaria totas
videlicet et integras Sortes Palatii antiquitus
Szczucinoviani exposit Sedniciani, una cum
Areis, hortis, Edificiisq; tam muratis quàm
ligneis, Ad idem Palatium pertinentibus,
per olim mficum Carolum Obrowazi

Comitem Sedlnicki Supremum Thesaurariu[m]
Regni quoad ill[o] et adificat[o], hic Varsaviæ in
Platea Miodowa ex Opposito Collegii Nobilium,
Religiosorum Patrum Scholarum Piarum,
aut aliter ad Plateam Dluga vocitatam Sitæ
necnon mobilium quorumvis ad idem Pa:
latium comparatorum et spectantium,
inse Recognoscentes Jure communi, natu:
rali q' successione erga sui Contucessores de-
volutto, cum omni præmissorum Jure Domi:
nio, proprietate, propinquitate, tituloque
hereditario, ac omnibus earundem Sortium
Palatii et mobiliuno utilitatibus, usibus
fructibus, proventibus, commodis, cunctis
q' ad q' attinentiis et pertinentiis ad easdem
Sortes Suas spectantibus, nihil sibi Suisque
Successoribus quidquam Juris aut cujusvis
prætextus reservando, aut modo quovis ex-
cipiendo, sed ita late, longe circumferentiali-
ter q' prout insuis metis et limitibus eadem
Sortes extant, et extenduntur, jam exnunc
et defacto Generosis Ursulæ de Branicka
Lubomirska Bolemoviensi et Joachimo
Potocki ac Theresiæ de Sapiehy Conjugibus,
Trembovliensibus Capitaneis, Sorori et Soro-
rinis suis germanis, Eorumq' legitimis Suc-
cessoribus, dant, donant, conferunt, inscribunt
et resignant purâ, meraq', veraq' et irrevocabili
Donatione perpetuo et in æv[u]m. Intromissi-
onemq' Ipsis in præmissas Sortes Palatii præ-
sentibus

sentibus resignatt, per Ministerialem Regni
generalem, et Nobiles duos quovis faciliùs
pro tempore conducendos Officiore acceptan
liberé et defacto dant et admittunt. Submit-
tuntq́ se præterea Idem Illres Magnifici
Recognoscentes et super omnibus Bonis suis
ac Summis quibusvis generaliter univer-
sis inscribunt eôdem Gnôros Donatarios
suos ab omnibus generaliter impedimentis
Juridicis et extrajuridicis quarumcunque
Personarum propinquarum et remotarum
cujusvis Status, Sexûs et conditionis ubivis
existentium, tum Inscriptionibus quibusvis
priòribus et posterioribus debitis, vinculis
et oneribus si quæ sint aut fuerint, tueri,
defendere, evincere, eliberare et intercedere,
indemnesq́ semper Ipsos et Eorum Succesó-
res, totiès quotiès opus fuerit, indemnes re-
dere, Idq́ sub Damnis Terrestribus simplici
verbô absq́ Juramento taxandis et edicendis,
in casu alicujus exorti impedimenti et non
facto Tuitionis et Evictionis ad Solvendum
irrenuñsibiliter succumbendis. Pro quibus
quidem Damnis Terrestribus et reipsa prin-
cipali citati existentes memorati Illustres
Magnifici Recognoscentes sive Eorum Suc-
cessores in Foro ubiquinario et signanter
Castrensi aut Terrestri Varsaviensi perem-
ptoriè præcisis omnibus dilationibus, protella-

tionibus et beneficiis Juris, quibus abrenun:
tiant, respondebunt. Hac Eorum personali
Recognitione ad premissa mediante. Alias
in forma Inscriptionis Donatoriæ et reu:
Gnatoriæ de Jure plenissima, firmissima
et perfectissima. Pro majori vero firmitate
manibus propriis se subscripserunt.
Joannes Branicki Castellanus Crac Supr
Exer Dux Regni. Izabella Branicka
Kasztelanowa Krakowska Hetmanowa W. K.
Quam ejusmodi Inscriptionem Donatoriam
sicut premissum factam et recognitam Nos
firmam ac de Jure validam haberi volentes
eandem ad acta presentia Suscipi, inscribi,
et exvjdem fideliter descriptam Partipo:
stulanti Authentice extradi permisimus.
In quorum fidem &c: Actum ut supra.

Edit Idem Illustris Mficus Comes
Branicki Castellanus Cracoviensis
Supremus Exercituum Rni Dux de por:
tione Clendiorum post olim Mficam
Sedlnicka Sororem Suam se concernen eisdem
Gnis Ursulæ Lubomirska et Potockim
Conjugibus.

Augustus Tertius &c.
Significamus exQuod coram Actis Metrices
Regni Cancellaria Nostra Minoris comparens
personaliter Illustris et Mficus Joannes
Clemens

Clemens Comes in Ruszcza, Tyczyn et Tykocin
Branicki Castellanus Cracoviensis, Supremus
Exercituum Regni Dux, sanus mente et corpore
existens, recedendo à Foro, Terris, et Jurisdicti-
onibus suis quibusvis propriis, huic autem
Jurisdictioni Nostræ Regiæ, quo ad infrascri-
pta recognoscenda attinet, se subjiciendo et
incorporando, palam, liberé, ac benevolé reco-
gnovit et præsentibûs recognoscit. Quia Ipse
de omni et integro Jure suo infrascripto vi-
delicet de portione Elenodiorum olim Mfica
Comitantia de Braniclue Sedniclia Supremæ
Thesaurariæ Regni, olim Mfici Caroli Josephi
Odrowąż Sedlnicki Supremi Thesaurarii Rni
Consortis, sui verò Recognoscentis Sororis ger-
manæ, steriliter vitâ functæ propriorum,
in se verò Recognoscentem Jure naturalis
Successionis erga sui Consuccessores devoluti,
tum de ipsismet Elenodiis præmissis ingua-
vis materia et forma existentibus, juribusq
petitoriis ad præmissa Elenodia sese referen-
tibus, ac Processu quovis respectu præmisso-
rum intentato, cum omni eorundem Jure,
Dominio, proprietate, propinquitate, ac uti-
litate, nihil sibi ex præmissis reservando,
seu excipiendo, jam exnunc et de facto Gene-
rosis Ursulæ de Braniclue Lubomirska
Bolimoviensi et Joachimo Potocki, ac The-
resiæ de Sapiehy Conjugibus Trembovliensibus,

Capitaneis, Sorori et Sororinis suis germanis,
Illorumq Successoribus &: acceptâ ab Iisdem
pro prædictis Clenodiis reali et sufficienti
Satisfactione &. Edit, dat, donat et resignat,
omneq et integrum Jus Suum ad eadem
habitum, in Personas prænominatorum
Generosorum Ursulæ de Branicki Lubo:
mirska Capitaneæ Bolimovien, Joachimi
Potocki et Theresiæ de Sapiehy Trembovlien
Capitanecorum Conjugum transfert, trans:
fundit et plenarie incorporat perpetuo et
in æum. Hac sua personali Recognitione
ad præmissa mediante. Aliàs in forma Jn:
scriptionis Cessionariæ de Jure plenissima
firmissima et perfectissima. Fro majori verò
firmitate manu propria se subscripsit.
Joannes Comes Branicki Castellanus Cra:
Supr Exer Dux Regni. Quam ejusmodi
Inscriptionem Cessionariam sic ut præmis:
sum factam et recognitam Nos firmam ac
de Jure validam haberi volentes, eandem
ad acta præsentia suscipi, inscribi, et exji:
dem fideliter descriptam Parti portulanti
authentice extradi permisimus. Jnquorum
fidem &c: Actum ut supra.

Actum Varsaviæ Feriâ Quintâ
post Festum Sanctorum Omni:
um proximâ Die scilicet Quar:
tâ Mensis Novembris Annô
Domini

Domini Millesimo, Septingen:
tesimo Sexagesimo Secundô
Regni verô nostri Annô XXX.
Ad Relationem Illrñi Excellrñi et Rñi
Dñi Episcopi Premyslien^s Prolancellarii
Regni:

Roborant Partes infranominatæ contra:
ctum intuitu resignationis Palatii Mr:
sniowiecdich Lebpoli in suburbio Glinian:
sitæ dicto, Siti:

Augustus Tertius &c:
Significamus &c: Quòd coram Actis Metri:
ces Regni Cancellariæ Nostræ Minoris com:
parentes personaliter Magnifici Constan:
tinus Ludovicus Plater Palatinus Msu:
slaviensis et Augusta de Oginskie Conjuges,
Eduardus Brzostowski Castellanus Polocen:
et Genoveva de Oginskie Conjuges, et quidem
Mficus Brzostowski suo et Gnósi Antonii
Przezdziecki Referendarii M. D. Lithuæ
suum ac Gnósæ olim Catharinæ de Oginskie
Consortis suæ et Successorum cum eadem
procreatorum Jus ad infrascripta repræ:
sentantis s: pro cujus ratihabitione pacem
in forma Juris plenissima cum alteris Re:
cognoscentibus cavet et inscribit: s: vigore
Plenipotentiæ Specialis sibi ad actum præ:
sentem datæ et recognitæ; nomine, Generosi

Michael Brzostowski Supremus M. D. Litt.
Notarius, suo et Generosæ Catharinæ de Oginskie
Conjugis nomine, Michael Wielhorski Supre-
mus M. D. Lr. Culinæ Præfectus, et Elisabeth
de ejsdem Oginskiè Conjuges, Mariti per se,
Consortes vero Sorores inter se germanæ
in assistentia et Authoritate eorundem
Maritorum Suorum, uti Tutorum Conju-
galium ab una, et Religiosus Pater
Stanislaus Konarski Scholarum Piarum
Ex Provincialis, Reverendi Samuelis
Glowinski Episcopi Hebronensis, Suffra-
ganei Leopoliensis ad infrarecognoscenda
inscriptus Plenipotens, nomine et in rem
ejusdem Principalis sui parte ab altera,
agentes, sani mentibus et corporibus exi-
stentes, recedendo a Foro, Terris et Juris di-
ctionibus suis quibusvis propriis, huic autē
Jurisdictioni Nostræ Regiæ, quò ad infrascri-
pta recognoscenda attinet, se subjiciendo et
incorporando, palam, liberè ac benevolè
recognoverunt et quisq; illorum suo pro
interesse recognovit. Quia ipsi Contractui
intuitu renignationis Palatii infraspecifi-
cati, hic Varsaviæ Die hodierna in actu con-
tenta inter se Recognoscentes initum et
Conclusum, manibus propriis subscriptum,
Sigillis gentilitiis communitum, vadiq;
in eodem apposito firmatum tenoris sequentis=

Między

Między Jasnie Wielmoznemi Konstantynem Ludwikiem Platerem Woiewodą Mscistawskim y Augustą z Oginskich Małżonką, Adamem Brzostowskim Kasztelanem Połockim y Genowefą z Oginskich Małżonką, Antonim Przezdzieckim Referendarzem Litewskim swoie y niegdy Katarzyny z Oginskich zmarłey swoiey Małżonki y Sukcessorow z niey pochodzących Prawo reprezentuiącym: za którego nieprzytomnego, á vigore Plenipotentiæ Specialis in Personam J. W^o Kasztelana Połockiego ad actum przedaży części do niego y Sukcessorow Jego należącey, recognitæ czyniącego, tak JW. Jmci Pan Kasztelan Połocki, iako y wszyscy w ten Kontrakt wchodzący zupełnie cavent: / Michałem Brzostowskim Pisarzem W. Litt: y Katarzyną z Oginskich Małżonką, Michałem Wielhorskim Kuchmistrzem Litt^o, y Elżbietą z Oginskich Małżonką z iedney Strony, á JW. Jmią Xiędzem Samuelem Głowinskim Biskupem Hebronskim Suffraganem Lwowskim przez Plenipotenta swego do tey Sprawy, Jmci Xiędza Stanisława Konarskiego Scholarum Piarum Ex Prowincyała, czyniącym z drugiey strony stanął ten wieczny, y nigdy w niczym nieodmienny Kontrakt: że przerzeczeni JWielmożni Woiewoda, Kasztelan, Referendarz, Kuchmistrz y Pisarz, y Małżonki

Ich wyżey wspomnione Siostry między sobą
rodzone, niegdy S.p. Jozefa Oginskiego
Woiewody Trockiego Corki, y vigore Praw
Ich Sukcessyonalnych, po J.O. Michale
Korybucie Wisniowieckim Woiewodzie
Wileńskim Hetmanie W. Litt. Dziadu
rodzonym na Wnuczki spadaiących
będący y będące, Juribus suis et maritalibus
Dziedzicami y Possessorami, Pałacu częścią
zruynowanego, częścią niedokończonego
nazwanego Wisniowieckich na Przedmie-
ściu Glinianskim we Lwowie ze wszyst-
kiemi placami, Ogrodem, Laskiem, Budyn-
kami, Jurydykami, do niego należącemi,
którego to Pałacu z Placami cztery części
należą do Jasnie Wielmożnych Ich mciów Panów
Brzostowskich Kasztelana Połockiego, y Pisarza
W. Litt. tak z głow y Praw Jasnie Wielmożnych
Ich Małżonek, iako y ex Jure cesso pod czas
Działu Wiśniowieckiego onymże, dwoch
innych części na tymże Pałacu y Placach
przez J.W. Jmć Pana Michała Oginskiego
Pisarza Polnego Litt. y przez Przewielebną
w Bogu Jeymć Pannę Honoratę Oginską
Zakonu S. Dominika, Brata y Siostrę Ich
rodzonych, Piąta zaś, Szosta y Siodma
części należą do przerzeczonych Jasnie
Wielmożnych Woiewody Mscisławskiego,
Referendarza y Kuchmistrza Litewskich,

iako

iako to wszystko patet z Działu Roku 1750. w Uśniowcu uczynionego, y w Grodzie Krzemie-
nieckim Actis potwierdzonego. Ci więc wszyscy przerzeczeni Dziedzicowie y Dziedziczki Pa-
tacu Uśniowieckich, y Placow do niego należą-
cych wszyscy razem czyniący, wszystkie Sedes
części do siebie należące tegoż Patacu Uśnio-
wieckich y Placow do niego należących, to iest
Mury Patacu zrvynowane, iakiesz, plac cały,
iaki w sobie iest z temiż murami, z ogrodem,
Lasem, Karczmą, Budynkami, Domami, Jury-
dykami, pożytkami, Obarnosciami, mieysc na-
zwiskami, w całey Patacu y placu iak zdawna
zawsze bywała Cyrkumferencyi, nic a nic sobie
ani Sukcessorom swoim nie rezerwuiąc do tych
Placow y murow, y iakich kolwiek Budynkow
y Jurydyk rezygnuią, ustępuią, daią, darują,
y przedaią wiecznemu czasy J. W. Jmci Xiędzu
Samuelowi Głowińskiemu Biskupowi Hebron-
skiemu Suffraganowi Lwowskiemu, a to za
Summę umowioną Trzydziestu Sześciu Tysięcy
Złotych Polskich, Moneta in Regno currenti, Ktorą
Jmć Xiądz Suffragan na S. Jan to iest 23. Junii
1763. obowiązuie się y przyrzeka wyliczyć we Lwo-
wie Plenipotentom a suis Jurisdatoribus przysta-
wym, lub iednemu z W. Jmciana Kasztelana
Połockiego zostanemu Plenipotentowi, za pokia-
zaniem wszystkich Plenipotencyi a prædictis

Jurisdatoribus do odebrania Summy y Kwi-
towania z niey sobie danych. A że J. W.
Jey mci Pani Przestowska Pisarzowa W. Litt. ad
recognoscendam Donationem tu się præsens
nie znayduie, więc J. W. Jmć Pan Pisarz W. Litt.
przerzeczona J. W. Małżonkę swoię ad acta
quævis Authentica ad recognoscendam præmissa
Donationem stawić obligatur, iako też J. W. Ka-
sztelan Połocki z inszemi J. W. W. Szwagrami do
J. W. Jmci Pana Referendarza Litt. approbationem
ejusdem Donationis evincere tenebuntur. Przy
odebraniu zaś Summy pro pretio przychodzącey
Każdy z J. W. W. Małżonków, Jasnie Wielmożnym
Małżonkom Swoim recompensę zeznać y zapisać
obowiązuią się. Ewikcyą Fudziey ab omni qua-
cunq impetitione wszystkich Jurisdatorów J. W.
Jmci Xiędza Suffragana wi na wszystkich Dobrach
y Summach Swoich zapisuią, y wszelki potoy
y bespieczeństwo ręką, co osobliwie J. W. Jmć Pan
Referendarz Litt. iako Rodzic względem Swoich
zes. p. Małżonki Swoiey pozostałych Sukcesso-
row uczyni. Papiery do tego Pałacu y
wszystkich Dziedzicznym Prawem od Ant.
tecessorow pobrupionych placow, przy wyliczę-
niu Summy oddać. Jasnie W. Jmci Xiędzu Suffra-
ganowi przerzeczeni Jego Juris Datores
niezawo-

niezawodnie deklaruią. A że J.W. Jmć Pan Kasztelan Połocki pozwolił Panu Lawermant części tego Placu pod świętym Antonim, aby tam Superficiem dla siebie mogł wystawić, to iest Dom dla mieszkania y wygod swoich z ogrodkiem, więc J.W. Jmć ksiądz Suffragan Lwowski Superficiem mu, czyli teraz zaraz, czyli według umowy z nim, zapłacić się obliguie. Kontrakt ten obie dwie strony sub Vadio Similis Summa. we wszystkim zupełnie, y zobopolnie sobie dotrzymać przyrzekaią. Forum Grodu czyli Ziemstwa Lwowskiego y Trybunału Koronnego in casum Contraventionis sobie naznaczaią. Po podpisanym zaś niniejszym Kontrakcie Donacyą przerzeczonego Pałacu cum omnibus attinentiis zaraz zeznać deklaruią, po którey zaraz, etiam przed wyliczeniem na terminie, iak wyżey Summy J.W. Biskupowi Suffraganowi wolney Intromissyi bez żadney przeszkody rządzenia się, murowania, y zażywania iak swego własnego tegoż Pałacu ze wszystkiemi do niego należytościami pozwalaią y dopuszczaią. A teraz tenże Kontrakt in Actis Metrices Regni roborują y dla lepszey wiary przy przyciśnieniu własnych Pieczęci rękami własnemi podpisuią. Dan w Warszawie Roku Pańskiego Tysiąc Siedmset Sześćdziesiątego Drugiego. Dnia 4tego Novembris. Konst: Lud: Plater Woiewoda Mścisławski mp. Augusta Platerowa Woiew:

Mciſt: /LS./ Adam Brzostowski Kasz: Połc: mp
Genowefa Brzostowska Kasz: Połocka /L.S./ Ad.
Brzostowski P. W. W. X. Litt. /L.S./ Michał Wielhorski
K. W. X. L. Elżbieta Wielhorska K. W. X. L. /L.S./
Stanisław Konarski a S. Lo. Scholarum Piarum
Exprls mp. /L.S./ = in omnibus ejusdem Contractus
punctis, Clausulis, articulis, conditionibus
et ligamentis inibidem expressis, roborârunt,
approbârunt, confirmârunt et ratificârunt,
prout quidem per præsentem suam ad Acta
hæc comparitionem roborant, approbant, con-
firmant et ratificant, eidemq' Contractui in
omnibus et singulis stare, parere et plenarie
satisfacere se suis cum Successoribus inscribunt,
et obligant. Idque sub Vadio Triginta Sex mil:
lium Florenorum Polonj. Pro quo quidem Vadio
reg ipsa principali in casu Contraventionis vel
in aliquo puncto prefato Contractui non satis-
factionis Forum sibi et Successoribus suis Castren:
se seu Judicium Terrestre Leopolien vel Tribu-
nalis Regni ad respondendum eligunt et assi-
gnant. Aliis suis personalibus Recognitionibus
ad præmissa rhediantibus. Aliàs in forma In-
scriptionis Roboratoriæ de Jure pleniſsima fir-
mitate et perfectiſsima. Pro majori vero fir-
mitate manibus propriis resubscripserunt.
Constantinus Ludovicus Plater Palatinus Mcist:
Augusta Platerowa Woie: Mcistrowska.
Adamus Brzostowski Castellanus Polocensis mp
Genowefa Brzostowska Kasz: Pol: Michał
Brzostowski P. W. W. X. Litt. Swoim y Matronu
Swoiey

suoiey Imieniem. Michał Wielhorski Kuchmistrz W.X.L. Elżbieta Wielhorska K.W.X.Li Stani:ław Honarski à S. Laur. Scholar Piarũ Explis iabo Plenipotent. Quam ejusmodi Inscriptionem Roboratoriam sicut præmittum facbam et recogni: tam Nos firmam ac de Jure validam haberi vo: lentes eandem ad Acta præsentia suscipi, inscribi, et ex iisdem fideliter descriptam Partì postu: lanti Authentice extradi permisimus. In quorũ fidem &c: Actum Varsaviæ ut supra.

Donant Mśiu Platerowie, Brzostowscy et Gnosi Przezdzieccy, Wielhorscy, aliique infranominati, Pałatium Wiśniowieckì dictum, Leopoli in Suburbio Glinianskie situm, Reverendo Samuele Głowinski Episcopo Hebronensi, Suffraganeo Leopolien. & Augustus Tertius &c

Significamus &c. Quod coram Actis Metrices Regni Cancellariæ Nostræ Minoris comparentes perso: naliter Magnifici Constantinus Ludovicus Plater, Pałatinus Mścisławiensis et Augusta de Oginskie conjuges, et Adamus Brzostowski Ca: stellanus Połocensis et Genovefa de Oginskie conjuges et quidem Mśicus Brzostowski Castel: lanus Połocensis Suo et Gnosi Antonii Przezdzieccki Referendarii M.D.Lit. Suum ac Gnosæ olim Ca: tharinæ de Oginskie consortis Suæ, et successor cum eadem procreatorum Jus ad infrascripta repræsentantis s: pro cujus ratihabitione.

pacem in forma Juris plenissima cum ceteris
Recognoscentibus cavet et inscribit: / vigore Ple-
nipotentiæ Specialis sibi ad Actum presentem
recognoscendum data et recognitæ, nomine,
Generosi Michael Brzostowski Supremus
M.D.Lit.ae Notarius, suo et Gnæ Catharinæ
de Oginskie Consortis suæ: / pro cujus pariter
ratihabitione pacem cavet et inscribit: / nomine,
Michael Wielhorski Supremus Culinæ M.
D.Lit.ae Præfectus et Elisabeth dejj.dem Oginskie
Conjuges, Mariti per se, Consortes vero Soro-
res inter se germanæ, in assistentia et Au-
thoritate Eorundem Maritorum Suorum
uti Tutorum Conjugalium agentes, sani
mentibus et corporibus existentes, recedendo
a Foro, Terris et Jurisdictionibus Suis qui-
busvis propriis, huic autem Jurisdictioni
Nostræ Regiæ quo ad infrascripta recogno-
scenda adinet, se subjiciendo et incorporando
palam, libere ac benevole recognoverunt,
et quisq Illorum suo pro interesse reco-
gnovit. Quia Ipsi insistendo Contractui
de Data ejus hic Varsaviæ Die hodierna
in actu contenta, intuitu resignationis
Palatii infranominati inter se Recognoscen-
tes ab una, et Reverendum Samuelem Jo-
winski Episcopum Hebronensem suffraga-
neum Leopoliens per suum Plenipotentem
agentem, parte ab altera inito et confecto
Actis præsentibus Metrices Regni eodem

Die

Die roborato, Eidem Reverendo Samueli Glo-
winski Episcopo Hebronensi, Suffraganeo Leo-
poliensi, ejusq' legitimis Successoribus jam
exnunc et defacto, Palatium Suum proprium
et hæreditarium, Leopoli in Suburbio Glinian-
sue dicto situm, antiquitus Wisniowiecki
voltatum, ad se Recognoscentes vigore Juris
Successionalium post olim Illustrem Infi-
Michaelem Korybut Wisniowiecki, Palatini
Vilnensem, Supremum M.D.L. Exercituum
Ducem Avum Suum, ac Exdivisionis Anni
1750. in Wisniowiec facta, et Actis Castren-
sibus Cremenecensibus roborata, devolutum,
cum omni et integro Jure Suo, Dominio, pro-
prietate, propinquitate, titulo hereditario,
ac omnibus ejusdem Palatii, utilitatibus, usi-
bus fructibus, proventibus, commodis, fundis,
areis hæreditariis, horto, Sylva, Taberna, &
Ædificiis muratis, et ligneis, Stabulis, Culinis,
Structuris parvis et magnis, Celariis, cunctis
odenq' attinentiis et pertinentiis ad id Palatium
ex Antiquo Spectantibus, nihil sibi Suisque
Successoribus quidquam Juris, aut cujusvis
prætextus ad hoc Palatium cunctasq ejus atti-
nentias reservando, aut modo quovis excipiendo
sed ita late, longe, circumferentialiter, prout
in suis metis et limitibus extat et extenditur,
extareq' et extendi debet, dant, donant,
conferunt, inscribunt et resignant, ac

pro Summa Triginta Sex Millium Florenor
Polonicalium currentis in Regno monetæ
venduntˀ, pura, mera, vera et irrevocabili Do-
natione perpetuo et in æviumˀ Intromissio-
nemq́ Ipsi in premissum Palatium presenti-
bus Resignatum, cunctasq́ ejus attinentias
per Ministerialem Regni generalem et
Nobiles Duos quosvis facilius pro tempore
conducendos Officiosé acceptandam, libere
dant et de facto admittuntˀ. Submittuntq́
se præterea Judem Mici et Gnosi Recogno-
scentes et super omnibus Bonis ac Sum-
mis quibusvis inscribunt Eundem Rnum
Samuelem Glowinski Episcopum Hebronens
Suffraganeum Leopolien Donatarium suum
ab omnibus generaliter impedimentis Ju-
ridicis et extrajuridicis omnium et sin-
gularum Personarum propinquarum et
remotarum, cujuscunq́ Statûs, Sexus et
conditionis ubivis existentium, tum In-
scriptionibus quibusvis prioribus et poster-
oribus, debitis, vinculis et oneribus, si
quæsint, aut fuerint, fueri, defendere, e-
vincere, eliberare, et intercedere indemnemq́
Semper Ipsum et Ejus Successores, toties
quoties opus fuerit, indemnes reddere, et ad
approbandam præsentem Donationem, alios
q. quorum nomine recognoscunt. Consuces-
sores de Acta quævis Authentica Statuere,

Idque

Idque sub Vadio Summæ Triginta sex millium Florenorum Polonicalium in casu alicujus exorti impedimenti, et non facta Tuitionis et Evictionis, ad Solvendum irremissibiliter succumbendo. Pro quo quidem Vadio regi ipsa principali citati existentes memorati Officii et Gnosi Recognoscentes sive Eorum Successores in Foro Castrensi seu Judicio Terrestri Leopoliensi aut Tribunali Regni perentorie præcisis omnibus Effugiis, protelationibus, Exceptionibus, motionibus, Appellationibus, earumq; prosecutionibus, ac aliis beneficiis Juris, quibus abrenuntiant, / respondebunt. Hac Eorum personali Recognitione ad præmissa mediante. Alias in forma Inscriptionis Donatoriæ de jure plenissima, firmissima et perfectissima. Pro majori verò firmitate manibus propriis se subscripserunt. Constantinus Ludovicus Plater Palatinus Muislavien. Augusta Platerowa Woie: Muistawska. Adamus Brzostowski Castellanus Polocen. Genowefa Brzostowska Kasz: Połocka. Michael Brzostowski Notarius M. D. Lith. suo et Consortis sua nomine. Michał Wielhorski K. W. X. L. Elżbieta Wielhorska K. W. X. L. Quam ejusmodi Inscriptionem Donatoriam sic ut præmissum factam et re-

cognitam

cognitam Nec firmam ac de jure validam
haberi volentes eandem de Acta presentia
suscipi, inscribi, et ex ijdem fideliter de-
scriptam Parti postulanti Authentice
extradi permisimus. In quorum fidem &c.
Actum Varsavie ut supra.

Actum Varsaviæ Feriâ Secun-
dâ ante Festum Sancti Martini
Episcopi et Confessoris proximâ
Die silicet Octavâ Mensis No-
vembris. Anno Domini mille-
simo Septingentesimo Sexagesi-
mo Secundo. Regni vero Nostri
Anno XXXX.

Ad Relationem Illmi Excellntmi
et Rndmi Dni Michaelis Comitis de
Granow Wodzicki Episcopi Premislien
Abbatis Commendatarii Cervensis et
Claræ Tumbæ, Probancellarii Regni.

Constituunt Super Arbitrum Mficus
Jablonowski Palatinus Bracla-
vien
Rndus in Christo Pater Antonius Ostro-
Eppus Livonie et Gnōrus Jadomski Succame-
tarius Sochaczoviensis.
Augustus Tertius &c.

Significamus &c. Quod coram Actis Metri-
ces Regni Cancellariæ Nostræ Minoris
comparentes personaliter Magnificus
Joannes

Joannes Cajetanus in Ducatibus Ostrogiensi et Berezdovien, Grus Jablonowski Palatinus Brzestaviensis, Czechrinen, & Capitaneus, Bonorum Tractus Jezupolien, in Palatinatu Russiæ, Terra verò Halicien consistentium &c. res ab una, et Reverendus in Christo Pater Antonius Ostrowski Episcopus Livoniæ, Coadjutor Episcopatus Vladislaviensis, atq; Gnosus Stanislaus Jadomski Succamerarius Sochaczoviensis suprascriptorum Bonorum Tractus Jezupoliensis vigore Contractus Arendatorii Possessores partibus ab altera, sani mentibus et corporibus existentes, recedendo a Judicio Tribunalis Regni Lublinen et termino Condescensoriali ex eodem Judicio præfixo, tum Jurisdictionibus suis quibusvis propriis, huic autem Jurisdictioni Nostræ Regiæ quo ad infrascripta recognoscenda attinet, se subjiciendo et incorporando, palam, liberé ac benevole recognoverunt et quilibet Illorum suo pro interesse recognovit. Quid Ipsi ad sopiendas et dirimendas occasione possessionis præmissorum Bonorum Tractus Jezupoliensi prætensiones generaliter omnes, in Superarbitrum et Supremum Judicem Generosum Antonium à Morsko Morski Castellanum Premisliensem eligunt, constituunt et impetrant. Dantes et concedentes Eidem Gnoso Superarbitro, una cum Gnosis Arbitris per binos à quavis parte hinc

et pro Crastino Festi Purificationis Beatissimæ
Mariæ Virginis in Anno futuro 1763. inidem
in Fundum Bonorum Oppidi Jezupol, sive ca-
pitato / prædiis per Generosum Superarbitrum
edendis Literis Innotescentialibus / Termino
Decimam quintam tamen Diem Martii omni-
no anticipante condescensuris et locandis,
plenariam facultatem et omnimodam abso-
lutamq' potestatem, causam eandem pra-
tensionesq' generaliter universas ex fundo
et occasione Possessionis Arendatoriæ Trien-
nalis præmissorum Bonorum provenientes
ex quovis fonte Tenuta eorundem Bonorum
pullulantes, tum et Inventaria bina discor-
danter conscripta, mediante de novo, si opus
fuerit, ex Statuenda Communitate, indagati-
one cognoscendi et resolvendi, Proventus ex tota-
libus Bonis Tractus Jezupolien.s possessioni ob-
noxiis ad certam quantitatem reducendi et
constituendi, Summas qua et quante emundan-
do Possessionem Bonorum eorundem præviis
Decretis et Quietationibus Authenticis legali-
ter deportatæ esse probabuntur, liquidandi et
resolvendi, de Desolatione Bonorum, profuga-
tione sive angarizatione Subditorum, aliisq'
ultra Inventarium Censuum et Reddituum
exactionibus, ad labores insuitatos coacti-
onibus inquirendi, Inquisitiones eo in passu
si necesse fuerit, expediendi, Juramenta

excipiendi

excipiendi; Documenta reproducta ac proces-
sus quosvis cognoscendi et resolvendi, Summas
deportatas per Possessores ac litis expensas ligu-
dandi, bonificandi, et satisfactionem omni-
modam, cui à Quo et quanta provenerit,
tam in Summis, quàm et prætensionibus liqui-
dis, injungendi, et decernendi, seq Partes Recogno-
scentes in omnibus suis et fundi prætensionibus
juxta Actoratus et protestationes suas decidendi,
et resolvendi. Pro quo Termino, ut Suprascripta
est, Partes Arbitros locare, Decisionique futura
Compromissoriali parere et acquiescere debe-
bunt et tenebuntur, sub pœna Bannitionis
in ibidem per Partem, super Parte contravenient
publicanda. Hac eorum personali Recognitione
ad præmissa mediante. Pro majori verò firmi-
tate manibus propriis se subscripserunt. J.
Jablonowski V.C.B. Stalicza Dec J. Antonius
Ostrowski Ppus Livoniæ. Sta: Gadomski. L.T.S.
Quam ejusmodi Inscriptionem sicut præmissa
factam et recognitam, nos firmam ac de jure va-
lidam haberi volentes eandem ad acta præsentia
suscipi, inscribi, et exvjdem fideliter descripta
Parti postulanti Authentice extradi permisimus.
In quorum fidem &c: Actum Varsaviæ ut supra

Actum Varsaviæ Feriâ
Sextâ in Crastino Festi S.
Martini Episcopi et Confes-
soris, Die scilicet Duodecimâ

mensis Novembris Annô Domini
millesimo, Septingentesimo Sexa-
gesimo Secundô. Regni vero Nostri
Annô xxx.

Ad Relationem Illrmi Excellmi et Rmi
Dni Episcopi Premyslien, Pro Cancellarii
Regni.

Manifestatur Gnōsus Kraiewski Instigator
Regni, contra Gnosos Ignatium et Joachimū
Krzeslaie, et Dziembowskie Parentes et
Filios. ex parata Copia.

Augustus Tertius &c.
Significamus &c. Quòd ad acta Metrices
Regni Cancellariæ Nostræ Minoris personaliter
veniens Generosus Joannes Chrisostomus Kra-
iewski Regni Nostri Instigator promunere
suo Legum integritati ac Securitati interna
externaq; providendo, in et contra Generosos
Ignatium Vexilliferum Terræ Vielunensis
Parentem, et Joachimum Vexilliferum in
exercitu Regni Filium Krzeslie, tum Gene-
rosos Bogislaum Parentem et Adamum atq;
Bogislaum Filios Dziembowskie, à primâ
& infrascriptis attentatis, notitia, quàm solen-
nissimè manifestatus est in eo: Quòd cum Con-
federationibus Statuum Regni et m. D. Litt.
factisq; Conventis à Serenissimo Divæ me-
moriæ Henrico Poloniarum Rege in hucusq;
intercedentibus Pax perpetua inter Dissiden-
tes in Religione Christiana sit stabilita,

eandemq;

b

eandemq; sic Stabilitam, nemini violare, ac
infringere liceret, Supradicti tamen Generosi
Kregky Parens et Filius, tum Dziembowscy
similiter Parens cum Filiis, tam Confœderati-
ones, quam Facta Conventa præmissa pœnali-
ter violando, continua jurgia in Judiciis Tri-
bunalitiis Regni Petricoviensibus, intuitu
Fani Lutherani, in Bonis Kregko Gnosor.m
Dziembowskich hæreditariis existentis inter
se exercent, Decretis, Juramentisq; pro et
contra intercedentibus sese involvunt, strepi-
tus etiam violentos committunt, ac perinde
vicinæ Potentiæ ad porrigenda per Ministru.m
Suum Serenissimis Reipublicæ Statibus,
porrectaq; Memorialia causârunt et
causant B occasiones, neitaq; ex præmissis
motivis periculum vel maximè à vicina
Potentiâ verendum eveniat, ac inulterius
Pax interna externaq; Confœderationibus
Pactisq; Conventis, ac Legibus Regni cau-
sata B interturbetur, Decretaq; Judicii Tribu-
nalitii pro et contra promulgata, et Jura-
menta hinc et inde præstita, ulteriorq;
in Judicio Tribunalitio Processus, gravior.m B
involutionem causent, prout de facto jam
causârunt, Ideo Manifestans de relevati-
one ejusmodi Decretorum, imponendoque
his litibus ac jurgiis fine, tum de pœnis

ratione interturbatæ Pacis internæ et externæ promeritis et extendendis, tam pro munere Officii Sui, quàm Commissum Magnificorum Status utriusq' Gentis Ministrorum ad= implendo, quàm Solennissime iterum, iterumq' manifestatur, Salvâ auctione sive meliô= ratione in toto reservata, ac præcuso ditâ= Hac sua Manifestatione ad præmissa me= diante. Quam manu propria Subscripsit. J. C. Kraiewzki Jngr Regni mg. Quam ejus= modi Manifestationem sic ut præmissum factam et in parata Copia porrectam, Nos ad acta præsentia Suscipi, inscribi, ac exijdem fideliter descriptam Parti requirenti Au= thentice extradi permisimus. In quorum fidem &c. Actum Varsaviæ ut supra.

Oblata Privilegii super Advocatiam Villam integram Dzierzgow dictam, in Ducatu Lowiciensi, sub Olim Skiernievicensi Sitam, a Reverendmo Archiepiscopo Gnesnensi Primate Regni, Excellenti Paulo Dzidouski collati:

Augustus Tertius &c.

Significamus &c. Oblatas esse ad Acta Metri= ces Regni Cancellariæ Nostræ Minoris Literas Originales papyreas Privilegii infrascripti ma= nu Reverendmi in Christo Patris Domini Vladi= slai Lubienski Archiepiscopi Gnesnensis Primatis subscriptæ et Sigillo Ejusdem ac Capi=

tulari

tulari communitas, sanas, salvas, et illesas omnig
suspicionis nota carentes tenoris sequentis ---
Wladislaus Alexander Lomian à Lubna
Lubienski Dei et Apostolicæ Sedis Gratiâ Obr.
chi Episcopus Gnesnensis, Legatus natus Regni
Poloniæ, Magnig Ducatûs Lithvaniæ Primas
Primusq Princeps. Significamus præsentibus
Literis Nostris quorum interest aut quomodo
libet in futurum interesse poterit, universis et
singulis. Quia nos habitâ ratione obsequiorum
Excellentis Pauli Dzidowski Philosophiæ et Me-
dicinæ Doctoris, Nostri actualis Medici jam nobis
præstitorum et ulteriùs præstandorum, ac utili-
tate Territorii in quo Residentiam nostram habe-
re consevimus, ex præsentia ad Latus Nostrum,
sive in vicinitate Personæ Professionis Medicæ
ope et consilio malevalentibus esse capacis, Advo-
catiam Villam integram Dzierzgow dictam, in
Ducatu Lovicien sub Clavi Iquiernievicensi
sitam, per jus cessum pro residuo annorum Ju-
ris Emphiteutici, ad Annos quadraginta olim
Gnois Michaeli et Catharinæ de Kowalskie
Zawizzourie Servientis, deinde Magnifico
Carolo Wodzinski Subdapifero Juniviladi-
slaviensi transfusi, hactenus in possessione
Gnóæ Marianna de Leznichie uti primi
nuptus olim Generosi Adalberti Guzowski
relictæ Conjugis et Successorum Suorum,
ad præsens verò Gnósi Stanislai Morski
bonorum existentem et tantum ad elapsum

in Triennio idem Jus Emphiteuticum possiden-
dam, de manibus ejusdem Possessricis, pro sum-
ma in scorsivo contractu expressa redimere
permisimus, attentaq' defraudatione bonæ
intentionis Prædecessorum Nostrorum, ut
Advocatia ad meliorem semper Statum
reducerentur, et non assecuto fine, ob quem
Emphiteuses concedi solent, ex quo prædicta
Advocatia Dzierzgow licet per primipales
Emphiteutas olim Generosos Zawiszowie
reparata fuerit, per Ipsorum tamen Juris
quæsitores deteriorata invenitur, et fructus
ipsius minime auti sunt, nec augeri pos-
sunt nisi rursus in Emphiteusim ad ali-
quod tempus congruum cum debitis fine
similia in futurum eveniant, cautelis con-
cedatur, non computatis Annis tribus,
per quos uti Jurisquæsitor Generosæ Mari-
annæ de Leznicha primarum nuptiar
Gnóri Adalberti Guzowski et suorum Suc-
cessorum, nunc vero Gnóri Stanislai mor-
tui conortis, dictam Advocatiam Dzierz-
gow possidebit ad alios Annos Triginta tres,
Anno Decadante millesimo Septingentesimo
Sexagesimo Quinto inchoandum et de Anno
millesimo Septingentesimo Nonagesimo
Septimo expirandum Jus Emphiteuticum
Eidem Excellenti Paulo Dzidowski dare et
conferre in animum induximus, prout
cum Curia, prædiis, ædificiis, Hortis, agris,
pratis

pratis, Campis excultis et excolendis, Stagnis,
rubetis, indaginibus, ita latè, longè et circumfe-
rentialiter prout in suis limitibus ab antiquo
continetur, necnon cum Molendino, Taberna,
liberaq' in ea Cerevisiæ et Cremati propinati-
one, cum Subditis eorumq' laboribus, Censibus,
datiis, Officiis et oneribus consvetis, omnibusq'
hujus Advocatiæ Dzierzgow usufructu e-
molumentis, obventionibus, necnon cum libera
incisione lignorum pro foco in Sylvis Nostris
Squiernievicensibus ad ædificia inutilium,
cum situ tamen Præfecti Sylvarum damus
et concedimus per præsentes idq' sub assensu
et ratihabitione Venerabilis Capituli Nri
Metropolitani Gnesnensis Fratrum Nostror
Charissimorum, et conditionibus infrascriptis.
Nimirum ut idem Excellens Dzidowski intra
decursum trium mensium coram Actis quibusvis
Authenticis Regni, seu Officio Curiæ Nostræ,
Recognitionem et Submissionem faciat, factamq'
nobis præsentet, quod eandem Advocatiam
non alio quàm Emphiteutico Jure possideat, et
quod in causis fundum illius tangentibus, coram
nobis Judicioq' Nostro respondere, Judicatumq'
pati teneatur, tum quod intra decursum eo-
rundem Triginta trium Annorum Spatio,
ædificia Curialia, videlicet Curiam pro loco
et Personas competentem, Braxatorium
et Horrea et alia ad rem œconomicam

pertinentia jam pene collapsa, tum Molendi-
num, Tabernam cum Stabulo proprio ære ædi-
ficabit, vel si quæ reparari possunt, reparabit,
ex Campis incultis ad conseminandum utili-
bus virgulta extirpabit et conseminationibus
utrisq augebit, prata pro opportunitate et
exigentia erecabit, piscinas effodiet, Colonos
pecoribus, pecudibus, et conseminationibus
f: si necessitas rei œconomicæ postulaverit,
juvabit et non locatos locabit, et prædictam
Advocatiam ad primum Statum rediget, reda-
ctam post elapsum Suprascriptum Triginta
Trium annorum Spatium, ad Nostram hue-
cessorumq Nostrorum Dispositionem Ipse,
Juris quæsitores, sive Successores ejus dimit-
tet, et dimittent. Utq Nobis et Successoribus
Nostris melius constare possit, utrum præ-
missis pedetentim satisfit, singulis triennijs
revisiones per Nostrum Perillustrem et Re-
verendum Commissarium utpote Personam
Capitularem sive alium ex Prælatis Nostris
Aulicis de gremio Canonicorum Gnesnen-
fieri sinet, et quatenus reparationes non
apparuerint, prout de jure se conveniri
ad Judicia Perillustris et Rndmi Cancella-
rii Nostri patietur. Intuitu vero Canonis
in recognitionem Directi Dominii quotannis
pro Festo Sancti Martini Pontificis et Con-
fessoris ad Mensam Nostram per Florenos
Polonicales Viginti, et pro Fabrica dictæ
Ecclesiæ

Ecclesiæ Nostræ Gnesnen. itidem Florenos Polonicales Quinquaginta Quatuor currentis in Regno Monetæ solvere et importare sit obligatus. Abonere tamen Solutionis pro Tabellionibus quatuor in locum armatorum militum ad obsequia Nostra vel Commissarii Nostri ex Advocatiis mittendorum constitute, liberum facimus, et eximimus. Promittentes pro Nobis et Celsissimis ac Rndmis Successoribus Nris Archiepiscopis Gnesnen. quod laudatum Excellentem Dzidowski Emphiteutam Nostrum, Ejus successores et Jurisquæsitores in pacifica possessione dictæ Advocatiæ Dzierzgoviensis ad decursu suprascriptorum Annorum Spatium conservabimus Successoresq Nostri conservabunt, nec eumdem Successores et Jurisquesitores Ejus à prædicta Advocatia amovebimus, Successoresq Nostri amovebunt. Juribus Nostris et Ecclesiæ Salvis manentibus. In quorum fidem presentes Manu Nostra subscriptas Sigillo Nostro muniri jussimus. Dabantur in Arce Loviciensi Die 10. Maji. Anno Domini Millesimo, Septingentesimo Sexagesimo Secundô. Vladislaus Archiepus Primas mp. L. S. = Approbatur ex Vigore Decreti Capituli Generalis immediati natalis S. Adalberti reservato = Joannes Alliclis Præpositus Gnesnen. Præsidens Capituli mp. L. S. Capituli Gnesnen. = Quas ejusmodi Literas Privilegii Originalis supra descripti, sic ut præmissum per Oblatam porrecti, Nos ad Acta præsen. suscipi, inscribi, et ex ijsdem

fideliter descripto Parti postulanti Authentice extradi, Originale vero Offerenti restitui permisimus. In quorum fidem &c: Autum Varsa: vide ut supra.

Donat Illustris mficus Comes Branicki Castellanus Cracoviensis Supremus Exercituum Rii Dux Sortem Bonorum Mrozа, Magnifice Dziatynska Palatine Mariaburgensi.

Augustus Tertius &c

Significamus &c Quod coram Actis praesentibus Metrices Regni Cancellaria Nostra Minoris comparens personaliter Illustris Magnificus Joannes Clemens Comes in Ruzuka Tyczyn et Tybocin Branicki Castellanus Cracoviensis, Supremus Exercituum Regni Dux, Sanus mente et corpore existens, recedendo à Foro, Terris, et Jurisdictionibus suis quibusvis propriis, huic autem Jurisdictioni Nostrae Regiae, quò ad infrascripta recognoscenda attinet, se subjiciendo et incorporando palam, libere ac benevole recognovit. Quia Ipse jam exnunc et de facto Magnifica Constantia de Cielecha Dziatynska Palatine Mariaburgensi Ejusq Successoribus Bona sua propria seu Sortem in Mroza Lita, Villas et Pagos eo pertinentes sibi Recognoscenti à Serenissima Maria Regina Galliarum per Specialem Plenipo-

Plenipotentiarum in Curia Nostra Regia Varsa:
vien: Feria Secundâ post Festum Assumptionis
in Cælum Beatissimæ Virginis Mariæ proximâ
Anno nunc currenti 1762. Jure perpetuo here:
ditario donatam et resignatam, cum omni eo:
rundem Bonorum sed Sortis prafata in Mro:
cza Villarum q et pagorum eo pertinentium,
proprietate, propinquitate, titulo q hereditario,
de omnibus utilitatibus, usibus fructibus,
proventibus, commodis, et obventionibus, Areis,
Curiis, Ædificiis, Structuris Curialibus, Prædialibus,
et Villanis, agris, pratis, Campis, Sylvis, borris,
gajis, nemoribus et Indaginibus, aquis, stagnis
paludibus, fluviis, fluminibus, acquarumvis
aquarum decursibus, Subditis, hortulanis
Inquilinis utriusq Sexûs eorumq uxoribus, liberis
pecoribus, pecudibus, Datiis, Decimis, Tributis,
Vigiliis diurnis, et nocturnis, cunctaq obedien:
tia et Subditura Emethonali per ipsos prastari
solita, Tabernis, Tabernatoribus, Molendinis,
Molendinatoribus, omnibusq attinentiis
et pertinentiis eo antiquitus spectantibus,
nullis penitus exceptis, sed ita late, longe
circumferentialiterq prout eadem prdfata
Sors in Mrocza in suis metis ac limitibus
extat et extenditur, extareq et extendi debet,
nihil pro se Recognoscente Suiq Successoribus
Juris aut cujusvis prætextus ad eandem
Sortem reservando, seu modo quovis excipi:

endo

endo, dat, donat, confert, inscribit, et resignat pura,
vera, mera et irrevocabili Donatione perpetuo
et in aerum Intromissionemq; Eidem Mag:
nifico Donatario suo in praetacta Bona
Sortis in Mroza praesentibus resignato per
Ministerialem Regni Generalem quemvis
et Nobiler duos quosvis, faciliùs pro tempore
conducendos, Officiose acceptandam dat, con:
fert et demittit. Submittitq; se praeterea
Idem Illustris Mficus Relognoscens, ac de
Bonis suis generaliter omnibus inscribit
praenominatam Mficam Donatoriam suam
ac Successores Eius ab omnibus generaliter
impedimentis juridicis et extrajuridicis,
omnium et singularum Personarum pro:
pinquarum et remotarum cujuscunque
Statûs, Sexus, et conditionis existentium
tum Inscriptionibus quibusvis priòribus,
et posteriòribus, Debitis, vinculis et one:
ribus, si quaesint, aut fuerint, tueri, defen:
dere, evincere, eliberare, et intercedere in:
demnemq; semper Ipsam et Ejus Successores
toties quoties opus et necesse fuerit, inde:
mnes reddere Idq; sub Damnis terrestri:
bus Simplici verbo absq; Juramento corpo:
rali taxandis et edicendis, in casu alicujus
exorti impedimenti et non facto tuitionis
et Evictionis ad solvendum irremissibiliter
succumbendis. Pro quibus quidem Damnis

terrestribus

Terrestribus, simpliciter seu promissum est
taxatis et editis, taliter exinde succubitis
citatus existens Illustris Mficus Recogno-
scens sive Ejus Successores coram Foro Tribuna-
litio Regni competenti respondere tenebitur
suis cum Successoribus / Recessu Suprascripto
mediante, semper in primo juris citationisq;
Termino, tanquam peremptorio peremptorie
stare, juri parere, respondere, comparendoq;
Damna predicta succubita solvere, quibus solu-
tis, nihilominus Inscriptioni sue-presenti
Donatoriæ in toto satisfacere, ac omne Judica-
tum Fori illius competentis de Jure non exe-
undo pati absq; omni Dilatione, Defensione,
Exceptione, prescriptione, protestatione, Eva-
sione, Evocatione, motione et Appellatione
earumq; modo quovis, seu per ascitationes
quasvis prosecutione. Hac sua personali Re-
cognitione ad premissa mediante. Alias in
forma Inscriptionis Donatoriæ et Resignato-
riæ de Jure plenissima, firmissima et perfe-
ctissima. Et major vero firmitate manu pro-
pria se subscripsit. Joannes Comes Branicki
Castellanus Cracoviensis Supr Exer Rñ Dux.
Quam ejusmodi Inscriptionem Donatoriam et
Resignatoriam sicut premissum factam et re-
cognitam Nos firmam ac de Jure validam ha-
beri volentes eandem ad Acta presentia suscipi
inscribi et exijdem fideliter descripti Carti postu-
lanti Authentice extradi permisimus. In cujus fidem &c

Donat Magnifica Dzialynska Palatina Mari-
iaburgensis Vidua, Sortem in Bonis Tyczyn
Illustri Mfico Branicki Castellano Cracovien,
Supremo Exercituum Regni Duci.

Augustus Tertius &c.

Significamus &c. Quòd coram Actis Metrices Regni
Cancellariæ Nostra Minoris comparens per-
sonaliter Generosus Antonius Ryszewski, uti
et tanquam per Magnificam Constantiam
de Cielecki olim Mfici Jacobi Dzialynski
Palatini Mariaeburgensis Consortem relictam
Viduam coram Actis Castrensibus Gnesnens
Feriâ Quartâ in Vigilia Festi Sanctorum Simo-
nis et Judæ Apostolorum Anno nunc currenti
1762. ad infrarecognoscenda Specialiter inscri-
ptus Plenipotens, nomine Ejusdem Magnifice
Principalis Suæ &: pro cujus ratihabitione pra-
sentis Inscriptionis in forma Juris plenissima
pacem cavet et inscribit &: agens, Sanus mente et
corpore existens, recedendo à Foro, Terris et Ju-
risdictionibus Suis quibusvis propriis huic au-
tem Jurisdictioni Vestræ Regiæ, quo ad infra
scripta recognoscenda attinet, se Suamq; Mficam
Principalem Subjiciendo et incorporando, palam
libere ac benevole recognovit. Quia Ipse vigore
Supra allegatæ Plenipotentiæ jam exnunc et
de facto Illustri Mfico Joanni Clementi Comi-
ti in Rzuszcza Tyczyn, et Tylocin Branicki
Castellano Cracoviensi, Supremo Exercituum
Regni Duci Ejusq; Successoribus Bona seu

Sortem

Sortem in Tyczyn Magnificam Supradictam
Constantiam Dziatyńska Palatinam Mar=
iaburgensem ex vi Donationis omnium et
singulorum Bonorum Eidem à Generoso Jacobo
Rozdrażewski Castellanida Rogoznensi in
Castro Gydrensi Feriâ Tertiâ post Festum
S. Francisci Confessoris proximâ Anno Do=
mini 1759.no facta, concernen, cum omni
corundem Bonorum seu Sortis in Tyczyn ad
suam Principalem devoluta et spectantis
proprietate, propinquitate, Titulo hære=
ditario, ac omnibus utilitatibus, usibus fru=
ctibus, proventibus, commodis et obventionibus
areis, Curiis, Ædificiis, Structuris Curialibus
prædialibus et villanis, agris, pratis, Campis,
Sylvis, Borris, gajis, nemoribus, et Indaginibus
aquis, Stagnis, paludibus, fluviis, fluminibus,
ac quarumvis aquarum decursibus, Subditis,
Hortulanis, Inquilinis, utriusq; Sexûs, eorum
uxoribus, Liberis, pecoribus, pecudibus, Datiis,
Decimis, Tributis, Vigiliis diurnis et noctur=
nis, cunctaq; Obedientia et Subditura Ornetho=
nali per Ipsos præstari solita, Tabernis, Ta=
berhatoribus, Molendinis, Molendinatoribus
omnibusq; Attinentiis et pertinentiis anti=
quitus eò spectantibus, nullis penitus exceptis
sed ita latè, longè circumferentialiterq; prout eadem
Sors Bonorum in Tyczyn in suis metis ac limitibus
extat et extenditur, nihil pro Magnifica Primi=
pali Sua Ejusq; Successoribus Juris ad eandem

Sortem reservando seu modoquovis excipiendo,
Dat, donat, confert, inscribit et resignat pura
mera, vera et irrevocabili Donatione perpetuo
et in aevum. Intromissionem eidem Illustri
Magnifico Donatario suo in praetactam Sor-
tem Bonorum Tyckyn praesentibus resignatam
per Ministerialem Regni generalem quemvis
et Nobiles alios quosvis facilius pro tempore
conducendos Officiose acceptandam dat, con-
fert et admittit. Submittitq; se praeterea idem
Recognoscens nomine ejusdem Magnifici
Principalis Sui ac de Bonis suis genera-
liter omnibus inscribit, praenominatum
Illustrem Mficum Donatarium Suum et
ejus Successores ab omnibus generaliter impe-
dimentis juridicis et extrajudicis omnium et
singularum Personarum propinquarum et remo-
tarum, cujuscunq; status, sexûs et conditio-
nis existentium, tum Inscriptionibus quibus-
vis prioribus et posterioribus, debitis, vinculis
et oneribus, si qua sint aut fuerint, tueri, de-
fendere, evincere, eliberare et intercedere, in-
demnemq; semper Ipsum et ejus Successores,
toties quoties opus. et necesse fuerit, indemnes
reddere, idq; sub Damnis Terrestribus simpli
verbo abrq; Juramento Corporali taxandis et
edicendis in casu alicujus exorti impedimenti
et non facta tuitionis et Evictionis adsolven-
dum irremissibiliter Succumbendis. Pro
quibus quidem Damnis Terrestribus Sim-
pliciter ceu praemissum est taxatis et edi-

ctis

ctis taliter exinde succubitis Citata existens Magni=
fica Principalis Sua sive Ejus Successores in Foro
ubiquinario aut Tribunali Regni competenti
respondere tenebitur suis cum Successoribus s: re=
cessu suprascripto mediante: s semper in primo Ju=
ris Citationisq' termino tanquam peremptorio
peremptorie stare, Juri parere, comparendoq'
Damna prædicta succubita solvere, quibus
solutis nihilominus Jnscriptioni suæ præsenti
Donatoriæ in toto satisfacere, ac omne Judica=
tum Fori illius competentis de Jure non exe=
rendo pati absq' omni Dilatione, Defensione
exceptione, præscriptione, protestatione, Evasi=
one, Evocatione, motione et appellatione ea=
rumq' modo quovis, seu per aditationes
quasvis prosecutione. Hac Ejus personali
Recognitione ad præmissa mediante. Alias
in forma Jnscriptionis Donatoriæ seu Resi=
gnatoriæ de Jure plenissima, firmissima et
perfectissima. Pro majori verò firmitate ma=
nu propria se subscripsit. Antonius Ryszewski
nomine Jllustris Mfica Dzialynska mp. Quam
ejusmodi Jnscriptionem Donatoriam sicut præ=
missum factam et recognitam Nos firmam
ac de Jure validam haberi volentes, eandem
ad acta præsentia suscipi, inscribi, et ex ipsem
fideliter descriptam Parti postulanti Authen=
ticè extradi permisimus. Jn quorum fidem &c.
Actum Varsaviæ ut supra.

Actum Varsaviæ Feriâ Tertiâ
ante Festum Sanctæ Elisabethæ
Viduæ Electæ proximâ Die
scilicet Decimâ Sextâ Mensis
Novembris Anno Domini
Millesimo, Septingentesimo
Sexagesimo Secundô. Regni
verò Nostri Annô XXX.

Ad Relationem Illrmi Excellmi et Rmi
Dni Episcopi Premyslien^s, Pro Cancella-
rii Regni.

Quietant Mfici Constantinus Ludovicus
Plater Palatinus Mscistaviensis et Augu-
sta de Oginskie Conjuges, Rndum Samuelem
Głowinski Suffraganeum Leopolien^s de summa
5140. Florenorum Polon^s pro pretio Sortis
Palatii Leopoli siti, resignata provenien^a.

Augustus Tertius &c.
Significamus &c. Quòd coram Actis Metrices
Regni Cancellariæ Nostræ Minoris compa-
rentes personaliter Magnifici Constantinus
Ludovicus Plater Palatinus Mscistavien^s
et Augusta de Oginskie Conjuges, Mari-
tus perse, Consors verò in assistentia Ejusdem
Mfici Mariti sui, uti Tutoris Conjugalis
agen^s, sani mentibus et corporibus existentes
recedendo à Foro, Terris, et Jurisdictionibus
suis quibusvis propriis, huic autem Juris-
dictioni Nostræ Regiæ quo ad infrascripta
reco-

recognoscenda attinet, se subjiciendo et incorpo-
rando, palam, libere ac benevole recognoverunt
et presentibus recognoscunt. Quia Ipsi Rndum
Samuelem Glowinski Episcopum Hebronense
Suffraganeum Leopoliensem, Ejusq legitimos
Successores jam exnunc et defacto de Summa
Quinque millium Centum Quadraginta Flore-
norum Polonicalium ex pretio Palatii Wisniowiec-
ciani Leopoli in Suburbio Glinianskie dicto,
siti, coram Actis presentibus Feriâ Quintâ post
Festum Sanctorum Omnium proximâ Die scilicet
Quartâ Mensis et Anni currentium donati
et resignati constituto, pro sorte Sui Recogno-
scentium proveniente, Contractuq Resigna-
torio Die et Anno ejdem conscripto et Actis
hisce roborato, Ad solvendum assecurata, tum
de ipsomet eodem Contractu Resignatorio, Vadio,
contentis, et Ligamentis ac roboratione ejus, quo
attinet ad exsolutionem Summæ pro sorte Sui
Recognoscentium provenientis, ob prestitam
sibi sufficientem satisfactionem, realemque
ejusdem Summæ Quinque millium Centum
Quadraginta Florenorum Polonicalium de mani-
bus Religiosi in Christo Patris Stanislai a S. Lau-
rentio Honarski Scholarum Piarum Ex Provincialis
Supradicti Reverendi Suffraganei Leopoliensis
Plenipotentis persolutionem, quietant, emittunt,
liberum, absolutumq cum Successoribus Ejus
faciunt et pronuntiant, Suprafatum Contra-
ctum cum ejus contentis, Vadio et Ligamentis

ac Roboratione, quò ad præmissam Summam
per se Recognoscentes actualiter levatam, spe-
ctantem, nihil sibi Suisq́ Successoribus quid-
quam Juris, prætextus, et prætensionis intuitu
ejusdem Summæ reservando et excipiendo,
tollunt, cassant, mortificant et annihilant
perpetuò et in ævum. Hac Eorum personali
Recognitione ad præmissa mediante. Alias in
forma Inscriptionis Quietatoriæ de Jure ple-
nissima, firmissima et perfectissima. Pro majori
verò firmitate manibus propriis se subscripse-
runt. Constantinus Ludovicus Plater Palatinus
Msciwiensis. Augusta Platerowa Woiew:
Msciw. Quam ejusmodi Inscriptionem Quietato-
riam sic ut præmissum factam et recognitam
Nos firmam ac de Jure validam haberi volentes
eandem ad Acta præsentia Suscipi, inscribi,
et ejusdem fideliter descriptam Parti postu-
lanti Authentice extradi permisimus. In quo-
rum Fidem &c: Actum Varsaviæ ut supra.

Oblata Juris Emphiteutici Super Villam
Szonowo in Œconomia Rogoznensi sitam
Gnósis Dominico Volffgango de Sztain Came-
rario et Generali Majori Sæ Rmttis ac Caro-
linæ de Berlepsch Conjugibus Eorumq́ Succes-
soribus ad Annos 40. servientis.

Augustus Tertius &c:
Significamus &c oblatas esse ad Acta Metrices
Regni Cancellariæ Nostræ Minoris Literas
origi-

Originales papyreas Privilegium Juris Emphi=
teutici infrascriptæ in se continentes, manuno=
stra Regiâ subscriptæ, et Sigillo Minori Regni
communitas, sanas, salvas et illæsas, omnique
suspicionis nota carentes tenoris sequentis=
Augustus Tertius Dei Gratiâ Rex Poloniæ q
Magnus Dux Lithvaniæ, Russiæ, Prussiæ, ma=
soviæ, Samogitiæ, Kijoviæ, Volhyniæ, Podoliæ,
Podlachiæ, Livoniæ, Smolensciæ, Severiæ, Czernie=
choviæq necnon Hæreditarius Dux Saxoniæ et
Princeps Elector. Significamus præsentibus Lite=
ris Nostris universis et singulis, supplicatum
Nobis est nomine et pro parte Generosorum Domi=
nici Volffgangi Baronis de Sztain Camerarii
Nostri et Exercitus Nostri Generalis majoris,
tum Generosæ Carolinæ de Berlepsch ejus legiti=
mæ Consortis, ut ipsis, Successoribusq Eorum
quibusvis Villam Szonowo nuncupatam, in Oeco=
nomia Rogoznensi ad Mensam Nostram Spe=
ctantem, jacentem ad Annos 40. in Emphiteu=
sim cum omnibus attinentiis et pertinentiis dare=
mus et dimitteremus; Nos itaq petitis annuen=
do, meritaq dictorum Gnosorum Staine Nobis
præstita contestari cupiendo, ac ad majorem
erga Nos promptiores reddere volendo, Supra=
scriptam Villam Szonowo mentionatis Staine
Conjugibus, illorumq quibusvis Successoribus
ad annos 40. in continua Serie post se elaben=
dos a Festo Sancti Joannis Baptistæ Anni mil=
lesimi Septingentesimi Sexagesimi Secundi inci=

pien

pientes, et in Anno Millesimo Octingentesimo
Secundo itidem pro Festo Sancti Joannis expiran:
tes in Emphiteusim damus et dimittimus. Vi
cujus Privilegii Emphiteutici Suprascripti Gnoi
Staine cum suis Successoribus, ejusmodi Villam
Szonowo ad decursum Annorum supra exara:
torum, prout in suis metis et limitibus conti:
nentur, cum omnibus ædificiis, Subditis, Taber:
nis, Scultetis, Cmethonibus, seu aliis quocunq;
nomine et vocabulo nuncupatis, tum quoque
agris, pratis, Campis, Sylvis, nemoribus, fluviis
lacubus, hortis, pascuis, aliisq; attinentiis et
pertinentiis eò antiquitus spectantibus, nullis
omnino exceptis, citra ullum impedimentum
possidebunt et usufruentur, ex eadem verò
villa dicti Gnoi Staine quotannis in et pro
Festo S. Martini Canonem per Florenos Pru:
thenicos Centum importabunt, ab aliis autem
Censibus et Dationibus, Contributionibus,
exactionibus, laboribus, angariisq; liberi erunt.
propinatio Cerevisiæ et Cremati in Szonowo
ipsis licita erit, prout coctionem Cerevisiæ
et Cremati ipsis concedimus, et prout fundi
prædiales non subjacent ullis Contributionibus
præter Capitali, ita dumtaxat hanc Contri:
butionem Villani seu Cmethones antiqua pro:
portione importare tenebuntur. Si verò ex
dispositione Reipublicæ hæc Contributio Ca:
pitalis seu Pobor in Provinciam Prussiæ imposita
fuerit, tunc declaramus Ducta proportione ejus:

met

met auctionis eandem repartiri, ne præfati Emphiteutæ injuriam patiantur ex casibus fortuitis / quos Deus avertat / cavetur Emphiteutis hostilitas, incendium ex fulmine, aut aliunde proveniens, pertis in Colonareis et pecudes sine data occasione Emphiteutarum seu eorum Domesticorum. Si verò ædificia reparare vel extruere voluerint, pro incisione arborum, Consensum et facultatem Nostram sive Gnósorum Administratorum pro tempore existentium in Sylvis Nris expetere debebunt, licitum quoq; erit præmemoratis Emphiteutis, eorumq; Successoribus, eandem Villam eodem Jure à Nobis clementer illis collato, cuivis cedendi, et alienandi, ita tamen ut cum Consensu Nostro seu Gnózi Administratoris Nostri fiat, insuper elapsis supra expressis annis, si Nobis prædictam Villam in ulteriorem Emphiteusim mittere non libebit, ad quam moderni Emphiteutæ Sui cum Successoribus salva plus offerentia, jus proximius habebunt, protunc omnia ædificia et inseminationes, sine ulla bonificatione in suo esse reddere debebunt. Promittimus autem pro Nobis et Serenissimis Successoribus Nostris, non esse Nos, neq; Serenissimos Successores nostros memoratos Generosos Stain Conjuges, Eorumq; Successores Hæredes vel quosvis Cessionarios ab usu et pacifica possessione Supradictæ Villæ et usufructu amoturos, neque amovendi aut alienandi cuipiam potestatem

daturos, Sed circa memoratum Jus, pra-
sensq; Privilegium possessioni ac usui, ad
quadraginta annos serviens, inviolabiliter
Conservaturos, quod et Serenissimi Succes-
sores Nostri præstabunt. Juribus Nostris
Regalibus, Reipublicæ, Ecclesiæq; Romanæ
Catholicæ Salvis manentibus. In quorum
Fidem præsentes Literas manu nostra sub-
scriptas Sigillo Regni communiri jussimus
Datum Varsaviæ Die X. mensis Novem-
bris Anno Domini MDCCLXII. Regni verò
nostri XXX. Anno. Emphiteusis super Vil-
lam Szonowo dictam, in Œconomia Rogo-
znensi sitam ad Regiam Mensam spectantem
Gnõsis Dominico Volffgango de Sztain Ca-
merario et Generali Majori Regiarum
ac Carolinæ de Berlepsch Conjugibus, Eorumq;
Successoribus ad Anno Quadraginta serviens.
Augustus Rex. / Locus Sigilli Minoris Regni /
Antonius Wyszynski, Premyslien. Varsavien.
Canonicus Secretarius mp. Quas ejus-
modi Literas Privilegii supra descripti, sicut
præmissum per oblatam porrectõ, Nos ad acta
præsentia, suscipi, inscribi, et ex ipsdem fi-
deliter descriptõ Parti postulanti Authen-
tice extradi, Originale verò offerenti resti-
tui: de quo recepto Cancellariam quieta-
vit: / permisimus. In quorum fidem &c.
Actum Varsaviæ ut supra.

Actum

Actum Varsaviæ Feriâ Tertiâ
ante Festum Sanctæ Catharinæ
Virginis et Martyris proximâ
Die videlicet Vigesima Tertiâ
Mensis Novembris Annô
Domini Millesimo Septin:
gentesimo Sexageximo Secundô.
Regni vero Nostri Annô XXX.

Ad Relationem Illmi Excellntmi et
Rmi Dni Epti Scopi Premyslien Procan-
cellarii Regni.

Inscribit Illustris Mcus Branicki Castellanus
Cracoviensis Supremus Exercituum Rni Dux
in et Super Palatio Suo hæreditario Censum
mille Florenor Polon quotannis perpetuo
solvendum Orphanotrophio et Xenodochio
Generali Varsaviensi.

Augustus Tertius &c
Significamus &c: Quod coram Actis Metrices
Regni Cancellariæ Nostræ Minoris comparens
personaliter Illris Mcus Joannes Clemens
Comes in Ruszcza Tyczyn, Tylocin et Bra:
nicæ Branicki Castellanus Cracoviensis Su:
premus Exercituum Regni Dux sanus mente
et corpore existens, recedendo a Foro, Terris,
et Jurisdictionibus Suis quibusvis propriis
huic autem Jurisdictioni Nostræ Regiæ
quo ad infrascripta recognoscenda attinet,
se subjiciendo et incorporando, palam, libere

acbenevolé recognovit. Quia Ipse jam exnunc et
defacto Orphanotrophio Pauperum Infantum
et Xenodochio generali hic Varraviæ sub Titulo
Infantis Jesu erecto et per Venerabiles Sacerdo-
tes Congregationis Missionis Domus Varraviensis
gubernato, in Palatio suo proprio inter Plateas
Miodowa ab una et Podvale dicta parte ab
altera exædificato et consistenti, fundoque
ipsius hæreditario Censum seu pensionem an-
nuam mille Florenorum Polonicalium quoli-
bet anno solvenz inscribit et asecurat, eog' cen-
su seu pensione Annuali ut supra enarratur,
mille Florenorum Polonicalium idem Palatium
suum et fundum hæreditarium in quo consistit,
exædificatum, perpetuo absq' quavis ipsius
translatione seu deportatione inonerat, ac
obligat ita videlicet: quod tam Ipse Illustris
Officius Recognoscens, quàm sui Successores sive
etiam quicunq' recensiti Palatii cum fundo
futuri Possessores tenebitur ac tenebuntur
quovis Anno ad manus Venerabilis Suprascri-
pti Orphanotrophii et Xenodochii Generalis
Rectoris nunc et pro tempore existentis, in
et pro Festo Sancti Martini Pontificis, prævia
sui quietatione memoratum Censum seu
pensionem perpetuo ac in diem solvere,
et abnumerare, et in casum non solutionis,
pro ejusmodi Censu seu pensione punctu-
aliter persolvenda in Judicio Castrensi Var-
saviensi previa tantum unica sui Citatione
semotis

semotis quibusvis Dilationibûs, Exceptionibûs motionibûs earumq prosecutionibûs peremptorie suis cum Successoribus et quibusvis memorati Palatii et Fundi hereditarii, in quo consistit, Successoribus respondere. Hac sua personali Recognitione ad premissa mediante. Alias in forma Inscriptionis et Obligationis perpetue de Jure plenissima, firmissima et perfectissima. Eo majori vero firmitate manu propria se subscripsit. Joannes Comes Branicki Castellanus Cracoviensis Supremus Exercituum Regni Dux. Cuam quidem Inscriptionem perpetue Obligationis sicut premissum factam et recognitam Nos firmam ac de Jure validam haberi volentes eandem ad Acta presentia suscipi, inscribi, et ex ijdem fideliter descriptam Partipostulanti Authentice extradi permisimus. In quorum fidem &c. Actum Varsavie ut supra.

Oblata Contractus Emphiteutici super medietatem mansi advocatialis nove Varsavie Reverendo in Christo Patri Antonio Ostrowski Epô Livoniæ servien. Augustus Tertius &c.

Significamus &c. oblatas esse ad acta Metrices Regni Cancellarie Minoris Literas originales papyreas, manibus propriis Partiu

infrascriptarum subscriptas et sigillis genti=
litüs in cera rubra Hispanica expressis com=
munitas, Contractum Emphiteuticum super
medietatem Manu Advocatialis nova & Var=
savia in se continentes, sanas, salvas, et illæ=
sas omnig prorsus suspicionis nota caren=
tes tenoris sequentis= Między Wielmoźne=
mi Jchmciá. Waleryanem Kicinskim Pisarzem
Nayw yższym Skarbu J. Kr. Mci Starostą krze=
czowskim, y Izabellą z Niemierzycow Mat=
żonkami, iako Woytowstwa Jurydycznego
Miasta Nowey Warszawy i przyległoiow=
nemi Possessorami z iedney a Jasnie Wielmo=
żnym Jmcią Xiędzem Antonim Ostrowskim
Biskupem Inflantskim z drugiey strony
stanął pewny Kontrakt y postanowienie
w ten niżey opisany sposob. Iż pomienieni
WW. Jchmoś. Państwo Pisarze Starostowie
krzeczowscy Małżonkowie, maiąc za przy=
wileiami J. Kr. Mci w possessyi swoiey do Dyno=
tuiey, Woytowstwo nowego Miasta Warsza=
wy z Włoką Roli za tymże Miastem w polu
leżącą, poczawszy od Stawkow aż do Wisły
idącą, y do tegoż Woytowstwa Zda=
wna należącą, á chcąc aby Woytowstwo to
pro incremento publico ile Jurydyczne
w prowentach swoich augeri mogło, iako
w Roku przeszłym Tysiącznym siedmse=
tnym trzydziestym szostym połowę teyże
Włoki na ten czas wcale nie frukty fikuiącey
wzerz

wzzerz iako się między Sąsiedzkiemi Miedzami
znayduie, a wzdłuż od Stawkow poczynszy,
iako się z Sprawiedliwego wymierzenia pokaże, Jchmć Państwu Pánom Matzonkom y Jch
Sukcessorom Jure Emphiteutico in simili w
Dobrach Krolewskich practicato na Lat
Pięćdziesiąt Sub rati habitione et approbatione J. K. Mci za Summę Czynszu seu Kanonu
coroczną Złotych Polskich Trzysta cum facultate Budynkow y Cegielni stawiania puścili y pozwolili. Tak y teraz pomienionemu Jasnie Wielmożnemu Jmci Xiędzu Biskupowi Jnflantskiemu et Successoribus Domus
Jmci, drugą połowę tejże Wioski cum eadem
facultate Budynkow pro suo libitu stawiania wzzerz prout Supra, a wdłuż po drodze
publiczną Zakrocimską Jure tali Emphiteutico na Lat Pięćdziesiąt, iuż nie za Trzysta
ale za Dwieście Złotych corocznego Czynszu
[illegible] ex quo pro usu Cegielni Swoiey residuitatem
gruntu z drugiey Strony tey drogi y z brzegiem Wiślnym sobie zostawili y excypowali;
Ktore to Złotych Dwieście Moneta currenti
za Kurtami WW. Jchmć PP. Krościeńskich Matzonkow, y przyszłych Woytowstwa tego Successorow fundztualnie JW. Jmci Xiędz Biskup
Jnflantski cum Successoribus Suis bez wszelkiey zwłoki y wymowki wypłacać obliguie
się. A ponieważ na tey drugiey połowie Wioski

nad tą Droga Zakrocimską nieiaki Jozef
Koper Flirman nazywaiący się przed czte-
ma Laty przy Sukcesie Mieyskiey, Budynek
sobie sine Consensu Jchmć Panow Possessorow
Woytowstwa illicite postawił. Tedy wolno
będzie J.W. Jmu Xcu Biskupowi Inflantskiemu
z nim albo per deportationem tegoż Budynku,
albo przez Spłacenie iego, ieżeli będzie potrze-
bny transigere. Waruią przy tym Jchmć P.
Heiinscy Matzonkowie że od spodowney pos-
sessyi tey drugiey połowy Wioski Gruntu
Woytowskiego nicdo przemysso wydzieloney
Jasnie Wielmożnego Jmu Xcia Biskupa Inflantskiego
y Sukcessorow jego żadnym pretextem, ani
sposobem alienować nie będą aż do skończe-
nia Lat wyżey namienionych pięciudziesiąt
zupełnych, które się na przyszłe Swięta Narodze-
nia Panskiego w Roku teraznieyszym Tysięcznym
Siedmsetnym Pięćdziesiątym Czwartym poczy-
nać, á na takowez Swięta Bozego Narodzenia
w Roku da Bog przyszłym Tysięcznym Osmse-
tnym Czwartym kończyć maią, w Którym to
Juris Emphiteutici czasie wolno będzie J.W.
Jmu Xędzu Biskupowi Inflantskiemu, lub Suk-
cessorom Domus Jmu, tenże Grunt Woytowski
stalim Prawem iakiemu, komu się będzie po-
dobało, prawio Consensu Jchmć P. Heiinskich
lub przyszłych Woytowstwa przerzeczonego
Possessorow sub approbatione J. Kr. Mci w drę-
pisać, lub de Jure eodem Emphiteutico cessyą
uczynić.

uczynić. Po wyściu zaś lat pięciudziesiąt ponieważ ten Grunt Woytowli teraz dźgt pusty, y nie pożytkuiący, á przecie umowiony Czensz swoy płacić punktualnie powinien, tedy Successores J.W. Jmcia Biskupa Inflantskiego lub Jego Cessionarii niepierwey ex possessione tey Wioski odstąpić będą obligowani, poki im koszta in erogationem Budynkow Stawionych, lub innych przyczynionych pożytkow wydane, prævia Taxâ Ludzi na to od Urzędu Grodzkiego Warszawskiego wyznaczonych proportionate nagrodzone y powrocone niebędą. Na co dla lepszey Wiary, y Wagi obydwie Strony rękami się własnemi podpisawszy Kontrakt y Konsens teraźnieyszy Aktami Grodu Warszawskiego roborować obiecuią, y onemu parere sub Damnis Terrestribus obliguią się. Forum in casum contraventionis w tymże Grodzie Warszawskim ad respondendum sobie naznaczaią. Działo się w Warszawie Dnia Dwudziestego Pierwszego Miesiąca Czerwca. Roku Pańskiego Tysiącznego Siedmsetnego Pięćdziesiątego Czwartego.

A. Ostrowski B.J./L.S./ Kiiński P.N.S.K.

J. Kopeć S.K.mp. J. Kiiński L.S. Quas ejus modi Literas Contractum infrascriptum in se continentes, sic ut præmissum per oblatam per recte, Nos ad Acta præsentia suscipi, inscribi, et ex eadem fideliter describi, Partí postulanti Authentice extradi, Originale vero

offerenti restitui permisimus. In quorum
fidem &c: Actum Varsavi& ut supra.

Actum Varsaviæ Feriâ Quartâ
pridie Festi Sanctæ Catharinæ
Virginis et Martyris Die scilicet
Vigesima Quartâ Mensis
Novembris Anno Domini
Millesimo Septingentesimo
Sexagesimo Secundo. Regni
vero Nostri Anno XXX.

Ad Relationem Illmi Excellmi et Rmi
D.ni Episcopi Premyslien. Vicecancellarii
Regni

Coram Nobis Krosinscy Conjuges de Advocatia
Urbenice vocitata seu potius de Laneo cum
Taberna, ac altero Laneo cum Trajectu in Vi-
stula cagroq; Iżowa dicto in Villa Ubenice
Palatinatu Sandomirien. Districtu Virlicien.
sitis, Gnoso Antonio Balicki Capitano in Exercitu Rni:
Augustus Tertius &c:
Significamus &c: Quod coram Actis Metrices
Regni Cancellariæ Nostræ minoris comparen-
tes personaliter Generosi Nicolaus Krosinski
et Elisabeth de Radomyslie Conjuges legitimi
Maritus per se, Consors verò in astistentia
ejusdem Mariti sui uti Tutoris Conjugalis
agentes, sani mentibus et corporibus existen-
tes, recedendo à Foro, Terris et Jurisdictio-
nibus suis quibusvis propriis, huic autem
Jurisdictioni Nostræ Regiæ quo ad infra
scripta

scripta recognoscenda attinet, se subijciendo et
incorporando palam, libere, ac benevole recogno-
verunt. Quia Ipsi inhærendo Literis Consensûs
Nostri Regii de data illius hic Varsaviæ Die hæ-
sterna scilicet vigesimatertiâ mensis Novem-
bris sibi Recognoscentibus adcedendum de Ad-
vocatia Ubenice vocitata, in Palatinatu San-
domiriensi, Districtu Viliciensi sita, per
Nos benigne concessis, manu Nostrâ Regiâ sub-
scriptis et Sigillo Minori Regni communito
ad præsens in suo Originali illæso exhibitis
tenoris sequentis = Augustus Tertius Dei
Gratiâ Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithuaniæ,
Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, Samogitiæ, Kijoviæ,
Volhyniæ, Podoliæ, Podlachiæ, Livoniæ, Smo-
lensciæ, Severiæ, Czerniechoviæque necnon Ha-
reditarius Dux Saxoniæ et Princeps Elector.
Significamus præsentibus Literis Nostris quo-
rum interest universis et singulis consensisse
Nos et permisisse consentireque et permittere hisce
Literis Nostris Generosis Nicolao et Elisabethæ
de Radomyslie Krosinskim Conjugibus legiti-
mis, ut possint et valeant de omni et integro
Jure suo quod Ipsis super Bona Nostra Rega-
lia seu Advocatiam Ubenice dictam, utpote La-
neum unum cum Trajectu in Fluvio Istulæ,
ac alterum Laneum cum Taberna Aggrogie-
zowa dicto, in Palatinatu Sandomiriensi
Districtu verò Viliciensi sitt, servit et com-

petit, in Personam Generosi Antonii Balicki
in Exercitu Regni Nostri Capitani cedere, et
transfundere, quæquidem Cessio, Jurisque
transfusio posteaquam coram Actis quibus-
vis Authenticis Regni facta et recognita
fuerit, Nos eam ratam et gratam habituri
sumus, uti eam quæ previò hocce Consen-
su Nostro peragetur. Vigore cujus Cessionis
Jurisq' Transfusionis, in virtute præsentis
Consensus Nostri factæ, prædictam Advocati-
am Ubenice vocitatam, seu potius Laneum
cum Trajectu in Fluvio Istulæ, ac Laneum
alterum cum Taberna et Agrum Jezowa dictæ
in Villa Ubenice sitt, cumomnibus ædificiis,
Curia, prædiis, Agris, pratis, Campis, pascuis,
Sylvis, nemoribus, Stagnis, piscinis, fluviis,
fluminibus, Molendinis, Braxatoriis, rippis,
littoribus, Subditis, eorumq' diurnis laboribus,
Censibus, Dationibus, commodis et emolu-
mentis, cunctis denique attinentiis et perti-
nentiis eò antiquitus spectantibus, nullis
penitus exceptis, sed ita latè, longè et circum-
ferentialiter, prout ab antiquis et immediatis
Tenutariis Nostris tenebantur, et possideban-
tur, Lustrationeq' et Decreto Relationum
Nostrarum prædescribuntur, Suprafatus quoq'
Gnōrus Antonius Balicki, tenebit, habebit,
et possidebit ad extrema Vitæ suæ tempora.
Promittimus autem pro Nobis et Serenissimis
Successoribus Nostris, non esse Nos Serenissimoq'

Succes:

Successores Nostros ab usu et pacifica posses=
sione dicta Advocatia in Villa Ubenice, seu
verius binorum Laneorum ac agri Jezowa
vocitati, Taberna, Trajectusq; per Fluvium
Istula amoturos aut alienaturos, neque
amovendi aut alienandi potestatem cuipiam
daturos, sed salvum et integrum jus advita=
litium Ipsi conservaturos, quod et Serenissimi
Successores Nostri prestabunt. Ratione cu=
jus advitalitatis solitam quartam juxta
Legis prescriptum ad Thesaurum Regni quo=
tannis inferre tenebitur. Juribus Nostris
Regalibus, Reipublicæ, Ecclesiaq; Sæ Catholicæ
salvis manentibus. In cujus rei fidem presen=
tes manu Nostra subscriptas, Sigillo Regni
communiri jussimus. Datum Varsaviæ, Die
XXIII. Mensis Novembris Anno Domini
MDCCLXII. Regni verò Nostri XXX. Annô.
Consensus cedendi de Advocatia Ubenice vo=
citata seu potius de Laneo cum Taberna, ac al=
tero Laneo cum Trajectu in Fluvio Istula, ag=
rog' Jezowa dicto, in Villa Ubenice, Palatinatu
Sandomiriensi, Districtu Vilicziensi sitis, Gnos
Nicolao et Elisabethi Krosinskim Conjugibus
legitimis, in Personam Gnôzi Antonii Balicki
in Exercitu Regni Capitani datur. Augustus
Rex. Locus Sigilli Minoris Regni. Antonius
Wyszynski Premyslien. Varsavien. Canonicus,
Sæ Rê mtis et Sigilli Rni Secretarius mp. Pro=

Pro Cancellariatu Illrmi Excellmi et Rndmi
Michaelis de Granow Wodzicki Episcopi Pre=
mysliensis, Abbatis Commendatarii Cervensis
et Clarae Tumba, Procancellarii Regni Sigillatu=
jam exnunc et defacto de omni et integro
Jure suo advitalitio, quod, quantum et
quale sibi Recognoscentibus ac praefatam
Advocatiam Ubenice vocitatam, seu potius
Laneum cum Taberna, ac alterum Laneum
cum Trajectu, in fluvio Istula, agrumque
Jezowa dictum in Villa Ubenice, Palatinatu
Sandomiriensi, Districtu Vislicensi sitt,
vigore Privilegii sui servit, et competit, ac
hucusq serviebat et competebat, in Persona
Generosi Antonii Balichi Capitani in Exeru=
tu Regni cesserunt, abscesserunt et condescen=
derunt, prout praesentis Cessionaria Inscri=
ptionis virtute, tam de praefata advitalita=
te Privilegio ac Juribus suis, quàm de eadem
Advocatia, ipsiusq aedificiis, praediis, agris,
pratis, campis, Sylvis, borris, gais, nemoribus
Stagnis, piscinis, lacubus, fluviis, fluminibus,
molendinis, Braxatoriis, Tabernis, Subditis,
eorumq diurnis laboribus, Censibus, datio=
nibus, commodis et emolumentis, cunctis
denisq attinentiis et pertinentiis generaliter
universis, nullis penitus exceptis, nec pro
se aut pro quopiam alio reservatis, cedunt,
condescendunt, et plenarie ad tenendum

haben

habendum, fruendum et possidendum resignant, omneq' Jus suum Advitalitium, ac usumfructum, in eundem Gnósum Antonium Balicki transferunt, transfundunt et incorporant. Intromissionem realem et actualem cum pacifica possessione per Ministerialem quemvis generalem et Nobiles Duos quosvis facilius conducendos in praeditam Advocatiam Ubenice vocitatam seu potius Laneum cum Taberna, ac alterum Laneum cum Trajectu in Fluvio Jstula, agrumq' Jezowa dictum, Officiose acceptandam eidem Gnóso Antonio Balicki Cessionario suo, dant, concedunt, et libere admittunt, eandemq' necperse, nec per quasvis submissas et subordinatas Personas impedituros, aut impugnaturos, imo libere admissuros se inscribunt et obligant. Hac sua personali Recognitione ac praemissa mediante. Alias in forma Jnscriptionis Cessionariae de jure plenissima, firmissima et perfectissima. Pro majori verò firmitate manibus propriis se subscripserunt. Mikolay Krosinski. Elzbieta z Radomyskich Krosinska. Quam ejusmodi Jnscriptionem Cessionariam sic ut praemissum factam et recognitam Nos firmam ac de jure validam haberi volentes, eandem ad acta praesentia suscipi, inscribi et exijdem fideliter descripti Partipostulanti Authentice extradi permisimus. Jn

In quorum Fidem &c: Actum ut supra.

Constituit Plenipotentes Religiosus Pater
Alexius Ozga Scholarum Piarum per Poloniam
Provincialis.

Augustus Tertius &c.

Significamus &c. Quod coram Actis metrices
Regni Cancellariæ Nostræ Minoris comparens
personaliter Religiosus Pater Alexius Ozga
Scholarum Piarum per Poloniam Præpositus
Provincialis, sanus mente et corpore existens,
recedendo a Foro, Terris, et Jurisdictionibus
suis quibusvis propriis, huic autem Jurisdicti-
oni Nostræ Regiæ, quo ad infrascripta recogno-
scenda attinet, se subjiciendo et incorporando
palam, libere ac benevole recognovit. Quia Ipse
in suos totiusq' Provinciæ Polonæ veros, legiti-
mos et indubitatos Mandatarios ac Plenipoten-
tes Religiosos Patres Stanislaum Konarski
ex Provincialem, Hieronymum Kowalski assi-
stentem Provinciæ, Felicianum Mizierski
et Laurentium Mystowski constituit, eligit,
inscribit et ordinat Idque ad Triennium in-
tegrum ab actu presenti computando. Dans
et concedens Fidem Plenipotentibus suis plena-
riam facultatem omnimodam et absolutam
potestatem Causas et negotia totius Sue
Provinciæ Polonæ in quovis Judicio et Officio
Regni Majoris, Minorisve Subsellii Spiritu-
alis et Secularis etiam Tribunalis Regni Lu-
blinen

blinen^{ve}, aut Petricovien^{ve} agendi, promovendi et defendendi, Decreta suscipiendi, à gravamino-sis ad majora Judicia movendi et appellandi, Appellationes et motiones prosequendi, pœnas Judiciales et Summas Capitales levandi, de ipsdem levatis quietandi, Intromissiones in pœnis Decretis ac reprincipali in Bona offerendi et apprehendendi executiones urgendi, Transactiones Officiosas coram quibusvis Actis Authenticis recognoscendi, alios Plenipotentes cum simili vel limitata potestate substituendi, alteraq' omnia pro Causarum et negotiorum exigentia in rem et emolumentum totius Provinciæ agendi et exequendi: Cavens et promittens se Idem Religiosus Pater supra scriptus Provincialis id totum quidquid per constitutos à se modernos Plenipotentes Juridicé et legitimé actum, gestumve fuerit, pro rato, grato, firmoq' ac valido susceptum et habiturum. Hac sua Recognitione ad præmissa mediante. Pro majori vero firmitate manu propria se subscripsit. Alexius Oxga Præpositus Prælis mp. Quam ejusmodi Plenipotentiam sic ut præmissum factam et recognitam Nos firmam ac de Jure validam haberi volentes eandem ad Acta præsentia Suscipi, inscribi et ex ipsdem fideliter descriptam Partì postulanti Authentice extradi permisimus. In quorum Fidem &c Actum ut supra.

Actum Varsaviæ Feriâ Secundâ
in Vigilia Sancti Andreæ Apo-
stoli Die scilicet Vigesima nonâ
Mensis Novembris, Anno Do-
mini Millesimo Septingente-
simo Sexagesimo Secundô
Regni vero Nostri Anno XXX.

Ad Relationem Illrmi Excellmi et Rmi
Dni Episcopi Premyslien. Procancellarii
Regni.

Oblata Consensus eximendi Advocatiam in
villa Siedlce dicta in Palatinatu Ravensi,
Terra Gostinensi, Districtu Gambinensi sita,
post fata Gnosi Antonii Kawulski, seu alterius
cujusvis ultimi Privilegiati Possessoris vacan
Gnôso Mathiæ Lachowski dati:

Augustus Tertius &c.
Significamus &c. Oblatas esse ad Acta metrices
Regni Cancellariæ Nostræ Minoris Literas ori-
ginales papyreas, manu nostra Regia subscriptas
et Sigillo Minori Regni communitas, Consensum
infrascriptum in se continentes, sanas, salvas et
illæsas omnique suspicionis nota carentes tenoris
sequentis = Augustus Tertius Dei Gratiâ Rex
Poloniæ, magnus Dux Lithuaniæ, Russiæ, Prus-
siæ, Masoviæ, Samogitiæ, Kijoviæ, Volhyniæ,
Podoliæ, Podlachiæ, Livoniæ, Smolensciæ, Severiæ,
Czerniechoviæq, necnon Hæreditarius Dux
Saxoniæ et Princeps Elector. Significamus
præsentibus Literis Nostris quorum interest

universis

universis et singulis. Quia Nos habito respectu meritorum Gnósi Mathiæ Lachowski Nobis et Reipublicæ præstitorum, faciendum esse duximus ut Ipsi Advocatiam in Villa Nostra Siedlce in Palatinatu Ravensi, Terra Gostinensi, Districtu Gambinensi sitâ existentem, post fata Gnósi Antonii Kawulski, seu alterius cujusvis legitimi, actualis ultimi Privilegiati Possessoris vacantem et ad Dispositionem Nostram Regiam devolutam de manibus modernorum nullo Jure Possessorum eximendi, seu quavis alia Juris via in suam possessionem vindicandi facultatem daremus et concederemus, prout quidem damus et concedimus præsentibus Literis Nostris. Quam quidem Advocatiam modo præmisso exemptam Idem Gnósus Mathias Lachowski, cum omnibus prædiis, curiis, ædificiis, structuris, agris, pratis campis, fundis, hortis, sylvis, nemoribus, stagnis, piscinis, fluviis, molendinis, tabernis, subditis, Hortulanis, Inquilinis, eorumq' laboribus, censibus, dationibus, commodis et emolumentis, aliisq' in universum attinentiis et pertinentiis ad eandem Advocatiam antiquitus spectantibus tenebit, habebit et possidebit ad extrema vitæ sue tempora. Promittimus autem pro Nobis et Serenissimis Successoribus Nostris, non esse Nos, Serenissimosq' Successores Nostros ab usu et pacifica præfatæ Advocatiæ possessione, eundem Gnosum Mathiam Lachowski

amoturos, nec amovendi cuipiam potestatem
daturos, sed salvum et integrum Jus advitali-
tiale Eidem conservaturos, quod et Serenissimi
Successores Nostri praestabunt. Juribus nostris
Regalibus, Reipublicae, Ecclesiaeq; Romano Ca-
tholicae salvis manentibus. In quorum fidem
praesentes manu Nostra subscriptas Sigillo Re-
gni communiri jussimus. Datum Varsaviae
Die XXV. Mensis Novembris Anno Domini
MDCCLXII. Regni verò Nostri XXX. Annô
Consensus eximendi Advocatiam in Villa Nostra
Tiedle dicta in Palatinatu Ravensi, Terra Gosti-
nensi Districtu Gembinensi sita, post fata Gnôri
Antonii Kawulski seu alterius cujusvis ultimi
Privilegiati Possessoris vacantem Gnôro Mathiae
Zachowski Datur. Augustus Rex. Locus Sigilli.
Minoris Regni. Antonius Wyszynski Premysliens
Varsavien Canonicus S.R.M.tis et Sigilli
Regni Secretarius mp. Quas ejusmodi Literas
originales Suprascriptas, sicut praemissum per
oblatam porrectas, Nos ad acta praesentia su-
scipi, inscribi, et ex ipsem fideliter descriptas
Parti postulanti Authentice extradi, Originale
verò Offerenti rursus restitui /: de quo recepto
Cancellariam quietavit :/ permisimus. In
quorum fidem &c. Actum Varsaviae ut supra.

Actum Varsaviae Feriâ Quintâ
post Festum Sancti Andreae
Apostoli proximâ Die scilicet
Secundâ

Secundâ Mensis Decembris
Annô Domini Millesimo
Septingentesimo Sexagesimo
Secundô. Regni verô Nostri
Annô XXX.

Ad Relationem Illustrmi Excellentmi
et Rmi Dni Episcopi Premysliensis
Probancellarii Regni.

Roborat Scriptum certum in rem Gnôsi Pudtowzki
Mficus Wessel Supremus Regni Thesaurarius.

Augustus Tertius &c.

Significamus &c. Quòd coram Actis Metrices Regiæ Cancellariæ Nostræ Minoris comparens personaliter Magnificus Theodorus Wessel Supremus Regni Thesaurarius sanus mente et corpore existens recedendo à Foro, Terris et Jurisdictionibus suis quibusvis propriis, huic autem Jurisdictioni nostræ Regiæ, quô ad infrascripta recognoscenda attinet, se subjiciendo et incorporando, palam, liberè ac benevolè recognovit et præsentibus recognovit. Quia Ipse Scriptum certum Obligatorium in rem et Personam Generosi Leonis Pudtowzki Tribuni Podlachiæ à se Recognoscente hic Varraviæ Die Vigesima Sextâ Mensis Junii Anno nunc currenti 1762. datum, manu sua propria subscriptum et Sigillo gentilitio in cera rubra Hispanica expresso communitum, in omnibus et singulis ejusdem punctis, conditionibus, nexibus et ligamentis roborat, approbat, confirmat et ratificat, eidemq' Scripto suo tam in toto, quam in quavis minima parte stare

parere et satisfacere sub Vadio Summæ similis in eodem specificatæ se obligat inscribit et assecurat. Pro quo quidem Vadio reg ipsa principali in casu contraventionis, et in aliquo Scripto præfato non satisfactionis, Idem Mficus Recognorcens Citatus existens ad quodvis Forum sibi competens ibidem peremptorie stare, Juri parere, omne Judicatum ferre, et absq omni dilatione, defensione exceptione, motione, appellatione, earumque modo quovis semper additationes quasvis prosecutione respondere suis cum Successoribus tenebitur. Hac Ipsius personali Recognitione ad præmissa mediante. Alias in forma Inscriptionis Roboratoriæ de Jure plenissima, firmissima et perfectissima. Pro majori vero firmitate manu propria se subscripsit. T. Wessel S.R.I. Quam ejusmodi Inscriptionem Roboratoriam sicut præmissum factam et recognitam Nos firmam ac de Jure validam haberi volentes, eandem ad Acta præsentia suscipi, inscribi et ex ijsdem fideliter descriptam Parti postulanti Authentice extradi permisimus. In quorum fidem &c Actum ut supra.

Idem Mficus Wessel Supremus Thesaurarius Regni in rem Gnosi Alexandri Dziuli Scriptum roborat.

Augustus Tertius &c

Significamus &c: Quod coram Actis metrices Regni Cancellariæ Nostræ Minoris comparens personaliter Magnificus Theodorus Wessel Supremus Regni

The:

Thesaurarius, sanus mente et corpore existens, re-
cedendo à Foro, Terris et Jurisdictionibus suis qui-
busvis propriis, huic autem Jurisdictioni Nostræ
Regiæ quo ad infrascripta recognoscenda attinet,
se subjiciendo et incorporando palam, libere ac be-
nevole recognovit et præsentibus recognoscit.
Quia Ipse Scriptum certum Obligatorium in rem
et personam Generosi Alexandri Dziuli à se Re-
cognoscente hic Varraviæ Die vigesimâ quartâ Men-
sis Novembris Anno currenti 1762do datum, manu
sua propria subscriptum et Sigillo gentilitio in cera
rubra Hispanica expresso communitum, in omni-
bus et singulis ejusdem punctis, conditionibus,
nexibus et ligamentis roborat, approbat, confirmat,
et ratificat, eidemq' Scripto suo tam in toto quàm
in quavis minima parte Stare, parere et satisfa-
cere sub Vadio Similis Summæ in hocce Scri-
pto specificatæ se obligat, inscribit et asecu-
rat. Pro quo quidem Vadio reg' ipsa principali
in casu Contraventionis et in aliquo Scripto præ-
fato non satisfactionis, Idem Mficus Recogno-
scens Citatus existens ad Forum quodvis sibi
competens, ibidem peremptoriè Stare, Juri parere,
omneq' Judicatum ferre, et absq' quavis dilatione
defensione, exceptione, motione, appellatione
earumq' modoquovis, seu per adcitationes quas-
vis prosecutione respondere suis cum Succesori-
bus tenebitur. Hac sua personali Recognitione
ad præmissa mediante. Alias in forma Inscripti-
onis roboratoriæ de Jure plenissima, firmissima.

et perfectissima. Pro majori verò firmitate manu propriâ se subscripsit. I. Wessel S. R. I.
Quam ejusmodi Inscriptionem Roboratoriam sic ut præmissum factam et recognitam Nos firmâ ac de jure validam haberi volentes, eandem ad acta præsentia suscipi, inscribi et ex eidem fideliter descriptam Parti postulanti authentice extradi permisimus. In quorum fidem &c. Actum Varsaviæ ut supra.

Actum Varsaviæ Feriâ Quintâ in crastino Festi Immaculatæ Conceptionis Beatissimæ Virginis Mariæ Die vicesimâ Nonâ mensis Decembris Anno Domini Millesimo, Septingentesimo Sexagesimo Secundo. Regni verò nostri Anno XXX.

Ad Relationem Illrmi, Excellmi et Rndmi Dni Michaelis Comitis de Granow Wodzicki Epi Premyslien. Abbatis Commendatarii Cerven. et Claræ Tumbæ, Probancellarii Regni.

Offert ad ingrossandum Gnosus Leo Morzynski Capitaneus Inowlodensis Contractum Resignatorium occasione Bonorum Borowie cum attinentiis in Palatinatu Masoviæ Terra Cernensi, Districtu Garvolinensi sitorum.

Augustus Tertius &c.
Significamus &c. Quod ad acta præsentia Metricæ Regni Cancellariæ nostræ minoris veniens et com-

et comparens personaliter Generosus Leo Morzynski
Capitaneus Inowlodensis, obtulit ad acticandum, actisq'
ijdem ingrossandum Contractum Resignatorium oc=
casione Bonorum hæreditariorum Borowie cum
attinentiis, inter se ab una, et Reverendum Mar=
tinum Zatuski Episcopum Drasdensem Suffraga=
neum Plocensem parte ab altera initum et conscri=
ptum, manibus ab utrinq' et Amicorum Subscri=
ptum, Sigillisq' gentilitiis in cera rubra hyspanica
expressis communitum, Actis præsentibus me=
triees Regni Sabbathô pridie Dominicæ Oculi
Quadragesimalis Diesulicet Decima Tertiâ
mensis Martii Anno nunc currenti 1762do
roboratum, sanum, salvum, illæsum, omnique
suspitionis nota carentem tenoris sequentis=
Między Jaśnie Wielmożnym Jmcią Xiędzem
Marcinem Hrabią na Zatuskach Zatuskim
Biskupem Drazdenskim Suffraganem Plockim
Dobr Klucza Borowieckiego Dziedzicem z
iedney, á W. Jmcią Panem Leonem Morzyn=
skim Starostą Inowłodzkim z drugiey strony
Stanął Kontrakt wieczystey przedaży o Do=
bra niżey specyfikowane w ten opisany spo=
sob: Jaśnie Wielmożny Jmcia z Zatuskich
Biskup Drazdenski, Suffragan Plocki maiąc
Klucz przyrzeczony Borowiecki to iest Wsie
Borowie, Jastrzębie, Brzuzę, Brzuską Wolę,
Filipowkę, Gorcieiowice, Jazwiny y Ozimko=
wkę, w Woiewodztwie Mazowieckim, Ziemi

Czerstkiey, á Powiecie Garwolinskim leżące, przez
niegdy Jasnie Oswieconego Andrzeia Stanislawa
na Zatuskach Zatuskiego Biskupa Krakowskiego
Xiążęcia Siewierskiego Brata Swego rodzonego
prawem Dziedzicznym nabyte, á po Jego Smier-
ci na siebie, Prawem naturalney Sukcessyi we-
dług Podziału spadłe, też same wyżey wyrażo-
ne Dobra z Dworami, Dworzyskami, Folwar-
kami y wszelkiemi Pobudynkami, z Ogrodami
Sadami, polami, rolami, Łąkami, pastwiskami,
lasami, zarosłami, Stawami, Młynami, rzeka-
mi, Sadzawkami, Karczmami, Browarami,
Ludziez Poddanemi, tak na gruncie znaydu-
iącemi się, iako zbiegłemi, tych wszystkich
Żonami, Dziećmi, robociznami, czynszami
Strużami, daninami, Osepami, y wszelkiemi
ich powinnosciami, oraz Prawem prezentowa-
nia Plebanow do Kościoła Borowieckiego, zgo-
ła ze wszystkiemi tych Dobr przyległosciami
y przynależytosciami wiadomemi, y niewia-
domemi pożytkami, nic na siebie, lub Sukces-
sorow swoich nie wyimuiąc, ani zostawuiąc,
lecz tak iak te Dobra sam J.W. Jmć Xiądz
Biskup Krakowski y przesli ich Dziedzice
trzymali, albo trzymać byli powinni, y iak
w swoim Ograniczeniu są, y bydź powinni,
tuż odtąd wiecznie y nieodmiennie z zupeł-
nym Dziedzictwem Państwem y Własnością
W. Jmci Panu Leonowi Morzynskiemu Staro-
scie Inowłodzkiemu y Sukcessorom Jego daie,

Darnie

daruie, y wieczнemi czasy rezygnuie, oraz Donacyą dla wakuiącego pod ten czas tuteyszego Warszawskiego Grodu w Metryce Koronney, według formy Statutu nieodwłocznie zeznać obowiązuie się, Których to Dobr przerzeczonych Klucza Borowieckiego possessyą, lubo dla siebie do Swiąta przyszłego S. Jana Chrzciciela w Roku teraznieyszym Tysiącznym siedmsetnym sześćdziesiątym drugim przypadaiącego J.W. Jmć Xiądz Biskup Drazdenski ostrzega, wzięcia iednak Urzędowney Intromissyi do Dobr wzwyż wyrażonych W Jmć Panu Starościc Jnowłodzkiemu exnunc dopuszcza, a raz dopuszczoney, tudzież y zaczęć się maiącey od przyszłego Swiąta S. Jana Possessyi, ani sam przez się, ani przez żadne Subordynowane Osoby bronić y przeszkadzać niepowinien będzie, owszem od wszelkich impetycyi prawnych y nieprawnych, z każdoległych do tych Dobr wynikaiących w każdym Sądzie y Urzędzie bronić y zastępować W. Jmć Pana Starosty Jnowłodzkiego y Sukcessorow Jego J.W. Jmć Xiądz Biskup Drazdenski Suffragan Płocki z Sukcessorami Swemi na wszystkich generalnie Dobrach swoich ruchomych y nieruchomych, tudzież Summach pieniężnych teraz y na potym mianych zapisuie się y powinien będzie, y papiery wszystkie, granice Dziedzictwo Dobr, y wypłacenie Długow ubespieczaiące, tudzież Kwity z wszelkich podatkow y wyderkafow do czasu possessyi

swoiey, to iest następuiącego w tym Roku Sur̃:
ta S. Jana Chrzciciela wypłaconych y wypłacić
powinnych, teraz które mieć może, a resztę
przy ustępowaniu z Dobr W. Jmci Panu Staro=
ście Jnowłodzkiemu za rewersem Jego oddać
obowiązuie się, za które to przerzeczone Do=
bra postanowiona cena Dwakroć Szesnaście
Tysięcy Złotych Polskich W. Jmć Pan Starosta
Jnowłodzki J. W. Jmć Xiędzu Załuskiemu
Biskupowi Drażdeńskiemu takim wypłaca
sposobem. Pierwszą Summę Pięć Tysięcy Złp.
Polskich Kościołowi Borowieckiemu, Drugą Dziewięć
Tysięcy Złotych Polskich do tegoż Kościoła na Ro=
żaniec, Trzecią Czternaście Tysięcy Złotych Polsk
Oycom Paulinom Warszawskim. Czwartą Dzie=
więć Tysięcy Dwieście Złotych Polskich Kapitule
Puttuskiey. Piątą Sześć Tysięcy Złotych Polskich
WW. Pannom Bernardynkom na Pradze mieszka=
iącym. Szóstą Pięć Tysięcy Złotych Polskich Ko=
ściołowi Stoczkowskiemu dawniey, a teraz świeżą
przez J. W. Jmć Xiędza Biskupa Drażdeńskiego.
Siódmą Summę Trzydzieści Tysięcy Złotych Polskich
na nowo przystępuiących z Żydowskiey do prawdzi=
wey Wiary Katolików. Ośmą Siedmnaście Tysięcy
Złotych Polskich WW. Pannom Miłosiernym Kla=
sztoru Puttuskiego. Dziewiątą Siedm Tysięcy
Dwieście, Dziesiątą Dwa Tysiące y Jedynastą
Tysiąc Złotych Polskich za Dusze zmarłych
do Kościoła Kobyteckiego, na tych Dobrach zapi=
sane, wraz złączone, Summę Sto Pięć Tysięcy;
Czterysta Złotych Polskich wynoszące przy tych

Dobrach

Dobrach na siebie y Sukcessorow swoich przyi=
muie, y Wyderkafty od Sum pomienionych podług
rygoru w Zapisach wyrażonego, corocznie wypła=
cać obowiązuiesię, y tak co do Summ Kapitalnych
iako należących od przyszłego w Roku teraźnicy=
szym Święta S. Jana Wyderkaffow zupełne be=
spieczeństwo od wszelkiey impetycyi J. W. Jmci
Xiędzu Suffraganowi Płockiemu y Sukcessorom
Jego W. Jmci Pan Starosta Inowłodzki z Sukcesso=
rami swemi na tychże Dobrach ostrzega y za=
pisuie. Dla zupełnieyszego zaś bespieczeń=
stwá względem należącey od wszelkich innych
prozwyczey wyrażonych Długow dla W. Jmci Pana
Starosty Inowłodzkiego Ewikcyi, J. W. Jmci Xiądz
Suffragan Płocki zleceny wyżey za Dobra wy=
rażoney Summę Trzydzieści y sześć Tysięcy
Złotych Polskich w Roku Wielmożnego Jmci Pana
Moszynskiego Starosty Inowłodzkiego y na
Dobrach przez siebie teraz rezygnowanych do
lat Dwudziestu do święta następuiącego S.
Jana Komputować mianych zostawuie, przez
Ktory czas gdyby się iakowe Długi, lub iakaż
kolwiek rzetelna do tych Dobr polażać miała
pretensya, za prawnym przekonaniem o nie
zawodnosi iey zapłacić y uspokoić z tey zo=
stawioney Summy J. W. Jmci Xiądz Suffragan
Płocki W. Jmu Panu Staroście Inowłodzkiemu do=
puszcza y pozwala, przez cały zaś przeciąg
na lat Dwadzieścia zamierzonego czasu od
pomienioney Summy, iak wielka w Ktorym

Roku w przypadku wynikłych nad wyrażone
Długow, w ręku W.ćPana Starosty zostawać
będzie, prowizyą coroczną po pięć od każdego
sta niezbraniaige się uciążliwemi laty, J.W.
Jmci Xiędzu Suffraganowi Płockiemu, lub komu
On tę prowizyą przekazać, albo z Summą ka-
pitalną zapisać raczy, W.Jmć Pan Starosta
Jnowłodzki z Sukcessorami swoiemi wypłacać
obowiązuie się, od rezturiącey zaś za Dobra
przerzeczone Ceny należącą do czasu obięcia
possessyi to iest Swięta S. Jana Chrzciciela
według umowy, wytrąciwszy prowizyą, to
iest Dwa Tysiące Sześćset Złotych Polskich do-
pełniaiącą całość Ceny Summę Siedmdziesiąt
y Dwa Tysiące Złotych Polskich w Złocie wa-
żnym każdy Czerwony Złoty po Złotych Orm-
nasce rachuiąc, W.Jmć Pan Starosta Jnowłodzki
J.W. Jmci Xięzu Suffraganowi Płockiemu ex-
nunc wylicza, z ktorey wyliczoney nietylko
praesenti quietatur Contractu, lecz y urzę-
downie f. przez wzgląd zapisaney, iak wy-
żey od przeszłych Długow dla J.W. Jmci
Suffragana Płockiego Kwitacyi f. Kwitowany
de totali pretio bydź powinien. Żeby zaś
względem następuiących Jarych Zasiewow,
iakowa między Kontraktuiącemi Stronami
nie wynikła Kwestya do dopilnowania
aby te Zasiewy według potrzeby gruntu w
swoim czasie, y na uprawney należycie roli
dopełnione były, W.Jmć Pan Starosta Jnowłodzki

Czteka

Czteka swego do Dobr pomienionych zestać, á
zaś J.W. Imć Xiądz Suffragan Płocki na nazna=
czonym Swiętoiańskim terminie też Dobra
z Zasiewami należytemi Statkami Browar=
nemi y Gospodarskiemi na gruncie znayduią=
cemi się, tudzież z przygotowanym do bu=
dowli drzewem y cegłą, nic z tego nie ex=
cypuiąc, w aktualną possessyą oddać WJmci
Panu Morzynskiemu Staroście Inowłodzkie=
mu lub Sukcessorom Jego niniejszym obliguie
się Kontraktem. Który y wszystkie w nim
opisane Kondycye Strony obydwie ztrzymać
y zisić wzaiemnie sobie przyrzekaią y po=
winny będą. A to pod szkodami Ziemskiemi
stownie Krom cielesney przysięgi szacować
mianemi, o które Forum wzselakie przyzwo=
ite do odpowiadania sobie y Sukcessorom na=
znaczywszy, ten Kontrakt Aktami Auten=
tycznemi Metryki Koronney roborować de=
klarują, y na to się wszystko podpisuią.
Działo się w Warszawie Dnia Dwuna=
stego Marca. Roku Tysiącznego Siedm=
setnego Sześćdziesiątego Drugiego. X. M.
Załuski Suffragan Płocki mp /L.S./ Leon Mo=
szynski Stą Inowłodzki mp /L.S./ Obydwu Stron
Przyiaciel ad præmissum Actum uproszony
podpisuię się. Antoni Ostrowski Biskup
Inflantski Koadiutor Kuiawski y Pomorski /L.S./

Fryderyk Moszynski Starosta Wobolnicki Putlownik
Woysk Koronnych y Saskich /L.S./ Tomasz z Dtu-
giego Dtuski Lowczy Woiewodztwa, Sędzia Grodu
Lubel: Obydwoch Stron Przyiaciel my /L.S./ Quem
ejusmodi Contractum Originalem Suprascriptum
sicut premissum est per oblatam porrectum
Nos ad Acta presentia suscipi, fideliter inscri-
bi et exipsem descriptum Parti requirenti au-
thentice extradi, Originale vero offerenti re-
stitui / dequo recepto sibig restituto Cancella-
riam quietavit, quietatq presentibus / permi-
simus. Pro majori vero fide manupropria
Idem Gnosus Offerens se subscripsit. Leon
Moszynski Starosta Inowtodzki mp. Inquor
fidem fc Actum Varsaviæ ut supra.

Inscribit et submittit resoluturum Sum-
mas cum Censibus in Bonis Borowie et corū
attinentiis in Palatinatu Masoviæ sitis, in-
scriptas, Gnosus Moszynski Capitaneus Ino-
vtodensis.

A 5/1

Augustus Tertius &c.
Significamus &c. Quod coram Actis presentibus
Metrices Regni Cancellariæ nostræ minoris
comparens personaliter Generosus Leo Moszyn-
ski Capitaneus Inowtodensis sanus mente
et corpore existens recedendo à Foro, Terris
et Jurisdictionibus Suis quibusvis propriis
huic autem Jurisdictioni Nostræ Regiæ
quo ad infrascripta recognoscenda attinet,

se sub-

se subjiciendo et incorporando, palam, libere, ac benevole recognovit. Quia Ipse evincendo Rndum Martinum Zatuski Episcopum Drasdensem Suffraganeum Plocensem, Bonorum Borowie cum attinentiis in Palatinatu Masovia, Terra Cernensi Districtu Garvolinensi sitorum anteactum Haeredem et Possessorem, à Summis infraspecificatis, uti sibi Recognoscenti moderno praefatorum Bonorum vigore Donationis et Resignationis per Eundem Reverendum Episcopum Draidem Suffraganeum Plocensem coram Actis praesentibus Die scilicet Decima tertia mensis Martii Anno nunc currenti 1762do facta et recognita, Haeredi et Possessori in pretium pro ijsdem Bonis Contractu resignatorio sub actu eodem roborato, et Die hodierna ad acta praesentia per oblatam porrecto, Stipulatum et proveniens, computatis, per seq' in toto acceptatis, Prima videlicet Summa Quinque millium Florenorum Polonicalium Ecclesiae Borovien si per Gnosum olim Casimirum Chlebowski Dispositione certa in Oziembowka Die 23tiâ Mensis Julii Anno 1711mo facta et actis Castrensibus Cernen Sabbatho post Festum Sancti Aegidii Abbatis Anno eodem roborata. Altera Novem Millium eidem Ecclesiae Borovien si pro decantando Rosario per olim Gnoram Theresiam de Zatuskie

Chlebowska Capitaneam Livensem Viduam
coram Actis Castrensibus Varsaviensibus Sab:
bathô in Crastino Festi Assumptionis in Cœlum
Gloriosissimæ Virginis Mariæ Anno Domini
1738vo Tertia Quatuordecem Millium
Florenorum Polonicalium Religiosis Patribus
Ordinis Sancti Pauli Primi Eremitæ Conventus
Varsaviensis ad Ecclesiam S. Spiritus degentibus
per Generosos Casimirum de Wybranow et The-
ressiam de Zatuskie Chlebowskie Capitaneos
Livenses Conjuges coram ijsdem Actis Castren-
sibus Varsaviensibus Sabbathô post Festum Visita-
tionis Beatissimæ Virginis Mariæ proximo
Anno 1723. Quarta Novem millium Du:
centorum Florenorum Polonicalium Vene-
rabili Capitulo Pultoviensi. Quinta Sex
millium Religiosis ac Deodicatis Virginibus
Monialibus Ordinis S. Francisci Conventus
Pragensis Ad Varsaviam siti, per olim Gnóram
suprascriptam Theresiam de Zatuskie Chle-
bowska Capitaneam Livensem Viduam similiter
coram Actis Castrensibus Varsaviensibus
Feriâ Quintâ in Vigilia Festi Sanctorum
Petri et Pauli Apostolorum Anno Domini
1731. Sexta Septem millium Florenor
Polonicalium Eccleciæ Stoczkoviensi per Gene-
rosos Ignatium Chlebowski et Catharinam
de Pogorzelskie Conjuges in Castro Cernensi
Feriâ Sextâ post Dominicam Rogationum
proxima Anno Domini 1677mo in Contractu

Resigna:

Resignatorio supra specificato Quingq; millium
Florenorum Polonicalium posita et adnotata,
ad cujus complementum Summam Duorum
millium modernus Recognoscens Demanibus
prædicti Reverendi Martini Zaluski Suffra-
ganei Plocensis, adnumeratam et realiter
exolutam Die hodierna levavit. Septima
Triginta millium itidem Florenorum Polon.
pro acatholicis et Judæis ad Fidem Catholi-
cam conversis et convertendis per Eundem
Reverendum Martinum Zaluski in eodem
Castro Varsaviensi Feriâ Secundâ ante Fe-
stum Sancti Bartholomæi Apostoli proxima
Anno Dñi 1759. prius Religioso Simoni Pas-
kiewicz Societatis Jesu Superiori Missio-
nis Zatusianæ in Kobylka fundatæ, De-
indepost retrocessionem ejusdem Summæ
per Religiosum Superiorem Societatis Jesu
Missionis Kobylscensis itidem coram Actis
Castrensibus Varsaviensibus Feriâ Secundâ
post Festum Nativitatis Beatissimæ Vir-
ginis Mariæ Anno currenti factam, Re-
ligioso Petro Baudouin Congregationis
Missionis Domus Varsavien. Sacerdoti,
Præposito Hospitalis Generalis Varsavien.
Ejusq; Successaneis Præpositis ibidem in A-
ctis Castren. Varsavien. Feriâ Quartâ
in Crastino Festi Sancti Andreæ Apostoli
Anno nunc currenti. Octava Septem

Decem

Decem Millium Florenorum Polonicalium
Religiosis Monialibus Sororibus Charitatis
Conventus Pultovien.s pariter hic in actis
Castrensibus Varsaviensibus Feriâ Quintâ
post Dominicam Misericordiæ proximâ
Anno præterito 1761. ac Duorum Millium
itidem Florenorum Polonicalium sub eodem
actu et ibidem hisce Virginibus Sororibus
Charitatis ad priorem adscripta, licet in
Contractu Resignatorio non expressa, verum
per sæpefatum Reverendum Martinum
Zatuski, Suffraganeum Plocensem, Die ho-
dierna in actu contenta, in manus sui Re-
cognoscentis reposita et actualiter exsoluta,
quam ad priorem Summam eidem Conven-
tui Sororum Charitatis Pultovien.s cum si-
mili censu Annuo per Quinque à quolibet
Centum præsenti Inscriptione super hisce
Bonis suis hæreditariis Borowic adscribit
et assecurat. Nona Octo millium Ducen-
torum. Decima Duorum millium in Suf-
fragium Animarum Jacobi Zatuski, Valen-
tini Presbyteri et Mariæ Marchionissæ
Lapponi priùs ad Ecclesiam in Kobytka Reli-
gioso Simoni Paslawicz Superiori Societatis
Jesu, Inscriptionibus binis, sub uno eodemq;
Actu, coram Actis sæpedictis Castrensibus
Varsaviensibus Feriâ Quintâ post Domini-
cam Misericordiæ proximâ Annô 1761.

deinde

Deinde post retrocessionem earundem Summa-
rum per Religiosum Superiorem Societatis Je-
su Missionis Kobylscensis coram actis eidem
Castrensibus Varsaviensibus Feriâ Secundâ
post Festum Nativitatis Beatissimæ Mariæ
Virginis Anno currenti factam, Venerabili
Capitulo Plocensi Feriâ Quartâ in Crastino
Festi Sancti Andreæ Apostoli, Anno eoden
nunc currenti 1762do inscriptis, cessis et
applicatis, jam exnunc et defacto, præmissas
omnes et Singulas Summas cum Censibus
annuis ita videlicet: ut supraspecificatas
et super Bonis hæreditariis Borowie cum atti-
nentiis in Palatinatu Masoviæ, Terra Cernen
Districtu Garvolinensi sitis et jacentibus, tam
per antiquos Hæredes et Possessores, quàm per
immediatum Reverendum Martinum Zatu-
ski Episcopum Dranensem Suffraganeum Plo-
censem inscriptas et assecuratas, realiter ac
in effectu Iisdem quibus competunt, et inscri-
ptæsunt, resuis cum Successoribus Solutarum
inscribit, obligat, submittit et assecurat, o-
mnig Deportationis earundem Summarum,
uti in pretium Summæ Ducentorum Sexde-
cem Millium Florenorum Polonicalium
pro præfatis Bonis Borowie cum attinenti-
is, juxta Contractum Resignatorium Supe-
riùs Specificatum provenientis, Reverendo

Suffraganeo Plocensi Donatori suo compu:
tatarum et ex eodem pretio detruncatarum,
in se Recognoscentem, Successoresq; suos, sine
ullo recursu pro prestanda Evictione ad Eun:
dem sepedictum Reverendum Martinum
Zatuski Episcopum Dradensem Suffraganeum
Plocensem, assumit, transfert et incorporat,
pareregq; et satisfacere Inscriptionibus prae:
pressis sub rigoribus, nexibus, et ligamentis
in ijsdem appositis, intoto et in quavis earum
minima parte suis cum Successoribus tenebi:
tur et erit adstrictus. Hac sua personali Re:
cognitione ad premissa mediante. Alias in
forma Inscriptionis Obligatoriæ de jure ple:
nissima, firmissima et perfectissima. Pro ma-
jori verò firmitate manupropria se subscripsit.
Leon Moszynski Stâ Snowtodzki mp. Quam
ejusmodi Inscriptionem Obligatoriam sicut
premissum factam et recognitam Nos fir.
mam ac de jure validam haberi volentes
eandem ad acta presentia suscipi, inscribi
et ex ijdem fideliter descriptam Parti po:
stulanti Authentice extradi permisimus.
In quorum fidem &c. Actum Varsaviæ ut supra.

Inscribit Idem Gnórus Moszynski Capi:
taneus Snowtoden. Summam 36000. Floren.
Polon. Rndo Martino Zatuski Episcopo
Dradensi Suffraganeo Plocensi.

Augustus

Augustus Tertius &c
Significamus &c Quòd coram Actis metrices
Regni Cancellaria Nostræ Minoris comparens
personaliter Generosus Leo Morzynski Capita-
neus Inowlodensis, sanus mente et corpore
existens, recedendo à Foro, Terris, et Jurisdi-
ctionibus suis quibusvis propriis, huic autem
Jurisdictioni Nostræ Regiæ, quò ad infrascri-
pta recognoscenda attinet, se subjiciendo et in-
corporando palam, liberé ac benevole recogno-
vit. Quia Ipse Reverendo Martino Zatuski
Episcopo Drasdensi Suffraganeo Plocensi Gusq'
legitimis Successoribus, Summam Triginta
Sex millium Florenorum Polonicalium curren-
tis in Regno Monetæ, certi, veri, justi ac li-
quidi Debiti, una cum provisione per quinq'
Florenos Polonicales à quolibet Centum
quotannis solvenda tenetur ac debet. Quam
quidem Summam Triginta Sex millium Flore-
norum Polonicalium in Festino Festi Sancti Jo-
annis Baptistæ in Anno Deodante venturo
millesimo Septingentesimo Octuagesimo Se-
cundo, uti pro Evictione in casum alicujus
exorituræ ex Bonis Borowè cum attinentiis
impetitionis apud se hærentem, eidem Re-
verendo Martino Zatuski Suffraganeo Plocen-
seu illius legitimis Successoribus Soluturum
ac numeraturum se cum Successoribus suis sub-
mittit ac obligat. Eandemq' Summam majoris

Securitatis gratiâ in Bonis suis omnibus mo-
bilibus et immobilibus habitis et habendis, ac
Summis quibusvis pecuniariis, ubicunq' loco-
existentibus et præcipuè in et super Bonis
suis hæreditariis Borowie cum attinentiis
in Palatinatu Masovia, Terra Cernensi, Di-
strictu Garvolinensi sitis et jacentibus inscri-
bit et assecurat. Idque sub Vadio similis
Summæ Triginta Sex Millium Florenorum
Polonicalium. Pro quo quidem Vadio in casu
Contraventionis idem Gnōrus Recognoscens
unà cum Suis Successoribus ad Officium Ca-
strense sive Terrestre Varsaviense Citatus e-
xistens, in primo Citationis Termino tanquam
peremptorio comparere, et nullis exceptionibus
Dilationibus, Appellationibus earumq' prose-
cutionibus se tutando / quibus omnibus abre-
nuntiat / Judicatum pati, ac Vadium succu-
bitum in illo Judicio reponere, eoq' soluto ni-
hilominus Inscriptioni præsenti in toto satis-
facere debebit et tenebitur, Successoresq' sui de-
bebunt et tenebuntur. Hac sua personali Reco-
gnitione ad premissa mediante. Alias in forma
Inscriptionis Debitoriæ de Jure plenissima
firmissima et perfectissima. Pro majori verò
firmitate manu propria se subscripsit. Leon
Moszynski Starosta Inowłodzki mpp. Quam
ejusmodi Inscriptionem Debitoriam sicut pre-
missum factam et recognitam Nos firmam ac
de jure validam haberi volentes eandem ad acta
pro-

præsentia suscipi, inscribi, et exijdem fideliter descriptam Parti postulanti Authentice extradi permisimus. In quorum fidem &c. Actum Varsaviæ ut supra.

Actum Varsaviæ Feriâ Secundâ ipso Die Festi Sanctæ Luciæ Virginis & Martyris, scilicet Decima Tertiâ Mensis Decembris Anno Domini millesimô Septingentesimo Sexagesimô Secundô. Regni verô Nostri Annô XXX.

Ad Relationem Illmi Excellmi et Rndmi Dni Episcopi Premyslien Procancellarii Regni.

Roborant certum Contractum Magnificus Henricus L. A. R. Comes Sarens, et Gnosi Aloysius Fridericus ac Carolus Filii Comites Brühlowie ab una, atq; Mficus Wesel Supremus Thesaurarius Regni, partibus ab altera.

Augustus Tertius &c.

Significamus &c. Quòd coram Actis Metrices Regni Cancellariæ Nostræ Minoris comparentes personaliter Magnificus Henricus Generalis Artilleriæ Regni Supremus Aulæ Nostræ Saxonicæ Minister, Scepusiensis, Piaseznensis, Kapinorcensis &c. Sarens, et Gnosi Aloysius Fridericus Pincerna Regni, Varsaviensis, Lipnicensis, Blonensis etc. Capitanei, atq; Carolus Venator Curiæ M. D. Lith. Generalis Major in Exercitu Nostro olim Magnifica

Maria Anna de Comitibus Kollowrati Brühlowa procreati Filii, Comites in Cieszyno et Sieradow Brühlowie Suis et Generosorum Henrici Camerarii Nostri, necnon Mauritii Comitum Brühlow Fili: orum et Fratrum Suorum germanorum / pro quorum ratihabitione in forma Juris plenissi: ma pacem cavent et se presentibus inscribunt / nominibus agentes ab una, et Magnificus Theodorus Wessel Supremus Regni Thesaurari: us partibus ab altera, sani mentibus et corpo: ribus existentes, recedendo à Foro, Terris, et Ju: risdictionibus Suis quibusvis propriis, huic autem Jurisdictioni Nostra Regiæ, quò ad infrascripta recognoscenda attinet, se subjiciendo et incorpo: rando, palam, libere, ac benevolè recognoverunt presentibusq' recognoscunt. Quia Ipsi Contra: ctum certum intuitu resignationis Fundorum Suorum hæreditariorum et ædificiorum ac Hor: ti in eidem existentium in Nowy Swiat sitorum, inter se Recognoscentes hic Varsaviæ Die unde: cimâ Mensis et Anni currentium initum et conclusum, manibus Suis Recognoscentium subscriptum et Sigillis gentilitiis, in cera ru: bra Hispanica expressis munitum, Damnisq' / 3 Terrestribus firmatum, in omnibus ejusdem punctis, Clausulis, Articulis, Conditionibus, et ligamentis inibidem expressis, approbârunt confirmârunt, roborârunt et ratificârunt, prout quidem per presentem Suam ad Acta hac comparitionem approbant, confirmant robo:

roborant et ratificant, eidemq Contractui in omnibus et singulis stare, parere et plenarie satisfacere se inscribunt et obligant. Idque sub Damnis Terrestribus simplici assertione taxandis per Partem Parti Contractum tenenti in casum contraventionis irremissibiliter succumbendis. Pro quibus quidem Damnis Terrestribus reqpsa principali in aliquo non completa sed tamen complenda citati seu aliquis eorum citatus existens, coram Officio Castrensi aut Judicio Terrestri Varraviensi peremptorie praecisis omnibus Dilationibus, protellationibus et beneficiis Juris / quibus praesentibus abrenuntiant / suis cum Successoribus respondebunt. Haec eorum personali Recognitione ad praemissa mediante. Alias in forma Inscriptionis Roboratoriâ de Jure plenissima, firmissima et perfectissima. Pro majori vero firmitate manibus propriis resubscripserunt. Henricus Comes de Brühl G.A.R. A.F. Brühl Cr. Kow.ny Carolus Comes de Brühl L.H.L. T. Wessel L.R.T.ny.

Quam ejusmodi Inscriptionem Roboratoriam sic ut premissum factam et recognitam Nos firmam ac de Jure validam haberi volentes eandem ad acta praesentia suscipi, inscribi, et exinde fideliter descriptam Parti postulanti authentice extradi permisimus. In quorum fidem &c Actum Varraviae &c: ut supra

Donant Micius Henricus Generalis Artilleriae Regni Parens, et Gnosi Aloysius Fridericus

ac Carolus Filii Comites Brühlowie Fundos suos
hereditarios cum Horto, Palatiolo et Edificiis
in Nowy Swiat sitt^{o}, Mfico Theodoro Wessel Su:
premo Regni Thesaurario.
Augustus Tertius &c.
Significamus &c. Quòd coram Actis metrices Re-
gni Cancellariæ Nostræ Minoris, comparentes
personaliter Magnificus Henricus Generalis
Artilleriæ Regni Supremus Aulæ Nostræ Sa-
xonicæ Minister, Scepusiensis, Piasecznensis, Kapi-
noscensisq^{ue} &c. Parens, et Generosi Aloysius Frideri-
cus Pincerna Regni Varsaviensis, Lipnicensis, Blo-
nensis &c. Capitanei, atq^{ue} Carolus Venator Curiæ
magni Ducatûs Lith^{ae} Generalis Major in Exerci-
tu nostro, ex olim magnifica Maria Anna de Comi-
tibus Kollovrati Brühlowa procreati Filii, Comites
in Ociesczyno et Sieralow Brühlowie, suo et Gnorum^{m}
Henrici Camerarii Nostri, necnon Mauritii Comi-
tum Brühlow Filiorum et Fratrum Suorum germa-
norum / pro Quorum ratihabitione in forma Juris
plenissima pacem cavent et se præsentibus inscri-
bunt: / nomine agentes, sani mentibus et corpori-
bus existentes, recedendo à Foro, Terris, et Juris-
dictionibus suis quibusvis propriis, huic autem
Jurisdictioni Nostræ Regiæ, quò ad infrascripta
recognoscenda attinet, se subjiciendo et incorporando
palam, libere ac benevolè recognoverunt et præsentibus
recognoscunt. Quia Ipsi Bona sua seu fundos propri-
os et hereditarios et quidem primum Fundum
penes Palatium seu Hortum antiquitùs Zamoy-

Sluch

skich, ad præsens Generosi Czapski Thesaurarii Terra-
rum Prussiæ hæreditarium, extra viam publicam ja-
centem ab una, atq muros seu Sepimenta Deodica-
tarum Monialium B Sororum Charitatis vicinales
parte ab altera, usq ad viam ad Suburbium Solec
vocitatum penes B Prædium Religiosorum Ordinis
Sancti Pauli Primi Eremitæ Conventûs Varraviens
tendentem, situm et jacent, ita nimirum ut præ-
dicti Fundi sit longitudo Cubitorum Trecentorum
quatuor, Latitudo verò Cubitorum Ducentorum
Septem, per olim Mficam Mariam Annam Co-
mitissam de Mollovrati Brühlowa à Reverendo
in Christo Patre Valentino Alexandro Czapski
Episcopo Vladislaviensi, Jure hæreditario vigore
Donationis coram Actis metrices Regni Cancella-
riæ Nostræ majoris Feriâ Quintâ post Festum
Omnium Sanctorum proxima Die scilicet Tertiâ
mensis Novembris, Anno Domini 1746to facta,
et recognita quæsitum, ad præsens in Hortum
redactum, Palatiolo et ædificiis muratis et ligne-
is exstructum, Alterum incipientem à via
publica per Nowy Swiat tendente, usq versus
Solec ad priorem fundum Superius Specificat
protendentem, alias in longum et latum juxta
emensurationem et mappam subscriptam de-
lineatum et descriptum, per Magnificum mo-
dernum Recognoscentem Henricum Brühl
Generalem Artilleriæ Regni et Magnificam
olim Consortem Ipsius à Religiosis Ordinis Ere-
mitarum Fratribus S. Augustini Conventûs

Varsaviensis mediante Donatione in Curia Nrâ
Varsaviensi Feriâ Quintâ pridie Festi Sanctorum
Trium Regum, Anno 1758vo facta et recognita
itidem Jure hereditario acquisitum, seq Reco=
gnoscentem Jure naturalis Successionis devoluto,
concernentes, jam exnunc et defacto magnifico
Theodoro Wessel Supremo Thesaurario Regni, Ejusq
legitimis Successoribus, cum omni et integro co=
rundem Fundorum Dominio, Jure, proprietate,
propinquitate, titulog hereditario, tum Horto
ac varii generis arboribus et oleribus, Palatiolo,
curiis, Edificiisq muratis et ligneis inibidem
extructis et existantibus, sepimentis, cunctis
denigq emolumentis, usibus, fructibus, proventi=
bus commodis, et obventionibus, aliisq attinen=
tiis et pertinentiis eo antiquitus et adprasens
spectantibus, nihil prose Recognoscentibus
suisq Successoribus quidquam Juris et preten=
sionis reservando seu modo quovis excipiendo,
Sed prout soli Recognoscentes eosdem fundos
cum tota Superficie, tenebant, habebant, et pos=
sidebant, dant, donant, conferunt, inscribunt
et resignant pura, mera, vera, et irrevocabili
Donatione perpetuo et in avum. Intromissio=
nem in pretactos fundos, Hortum, Palatiolum,
cunctaq Edificia in eidem consistentia pre=
sentibus resignata, per Ministerialem quem=
vis et Nobiles duos quosvis, facilius pro tem=
pore conducendos, seu alio Juridico modo Offici=
ose acceptandam libere dant et defacto ad=

mittunt

mittunt. Submittuntq; se preterea Idem Recogno-
scentes, ac de Bonis suis generaliter omnibus in-
scribunt et asecurant suis cum Successoribus Eun-
dem Magnificum Supremum Regni Thesaurari-
um Donatarium suum sive Ejus Successores, ab
omnibus generaliter impedimentis Juridicis,
et extrajuridicis omnium et singularum Perso-
narum propinquarum et remotarum cujuscunq;
Status, Sexus et conditionis existentium, tum
Inscriptionibus quibusvis prioribus et posterio-
bus debitis, vinculis et oneribus, si quæ sint, aut
fuerint, tueri, defendere, evincere, eliberare, et
intercedere, indemnemq; semper ipsum et Ejus
Successores toties, quoties opus et necesse fuerit,
indemnes reddere, et ad approbandam presentem
Inscriptionem alios quorum nomine agunt,
Consuccessores ad acta authentica Statuere,
Idque sub damnis Terrestribus simplici verbo
absq; Juramento corporali taxandis et edicendis,
in casu alicujus exorti impedimenti et non
facta tuitionis ac Evictionis ad solvendum
irremissibiliter succumbendis. Pro quibus qui-
dem Damnis Terrestribus citati existentes, coram
Officio Castrensi Capitaneali aut Judicio Terrestri
Varsaviensi peremptorie suis cum Successoribus
respondebunt. Adversus quam præsentem In-
scriptionem, nullis se Idem Recognoscentes
Eorumq; Successores tuebuntur Juris diffugiis,
exceptionibus, Appellationibus, earumq; prose-

cutionibus, quibus omnibus benevole abrenunti-
ant. His suis personalibus Recognitionibus ad
premissa mediantibus. Alias in forma Inscri-
ptionis, Donationis, Resignationis, Victionis,
Abrenuntiationis de Jure plenissima, firmissima
et perfectissima. Pro majori verò firmitate
manibus propriis se subscripserunt. Henricus
Comes de Brühl S. A. R. Aloysius Fridericus
Comes de Brühl P. R. Carolus Comes de Brühl. L. S. Cit.
Quam ejusmodi Inscriptionem Donatoriam sic
ut premissum factam et recognitam Nos firmâ
ac de Jure validam haberi volentes, eandem ad
acta presentia suscipi, inscribi, et ex ijsdem fide-
liter descriptam Parti postulanti Authentice
extradi permisimus. In quorum fidem &c. Actum
Varsaviæ ut supra.

Quietant Idem Mficus ac Gnōsi Comites
Brühlovie Mficum Wessel S. R. Thesaurario
de summa Sex Millium Aureorum Hungari-
calium pro pretio Fundorum et Horti cum ad-
ficiis resignatorum provenienti.

Augustus Tertius &c.
Significamus &c. Quòd coram Actis Metrices Regni
Cancellariæ Nostræ Minoris comparentes perso-
naliter Magnificus Henricus Generalis Artille-
riæ Regni Supremus Aulæ nostræ Saxonicæ Mi-
nister, Scepusiensis, Piasecznen. Kapinoscensis &
Capitaneus Parens, et Gnōsi Aloysius Fridericus
Pincerna Regni Varsaviensis, Lipnicensis, Bto-
nensis &c. Capitaneus, atq; Carolus Venator

Curiæ

Curiæ M. D. Lith. Generalis Major in Exercitu
Nostro, ex olim Mfica Maria Annâ de Comitibus
Kollovrati Brühlowa procreati Filii Comites in
Ouieszyno et Sierakow Brühlowie, suo et Gnosor.
Henrici Camerarii Nostri, necnon Mauritii Comi-
tum Brühlow Filiorum et Fratrum suorum ger-
manorum / pro Quorum ratihabitione in forma
Juris plenissima pacem cavent et se presentibus
inscribunt / nomine agentes, sanimentibus et
corporibus existentes, recedendo à Foro, Terris, et
Jurisdictionibus suis quibusvis propriis, huicau-
tem Jurisdictioni Nostræ Regiæ, quo ad infra-
scripta recognoscenda attinet, se subjiciendo et
incorporando, palam, libere ac benevole recogno-
verunt et præsentibus recognoscunt. Quia Ipsi
Mfico Theodorum Wessel, Supremum Regni
Thesaurarium, Ejusq legitimos Successores jam
exnunc et defacto, de Summa Sex Millium Au-
reorum Hungaricalium boni et adæquati pon-
deris pro pretio certorum Bonorum seu fundorum
hereditariorum, Palatioli, Horti, ac ædificiorum
in eisdem exstructorum ad Varsaviam in Nowy-
Swiat sitorum et jacentium, hodierno subactu reu-
gnato, constituta proveniente, Contractuq Resigna-
torio de Data ejus hic Varsaviæ Die Undecimâ
Mensis et Anni nunc currentium inito et conscri-
pto, Actis præsentibus Die hodierna roborato, ad sol-
vendum asecurata, tum de ipsomet Eodem Contra-
ctu Vadio et Ligamentis, ob præstitam sibi Re-
cognoscentibus sufficientem Satisfactionem, rea-

lemq

B

lemq ejusdem Summæ Sex Millium Aureorum Hungaricalium persolutionem quietant, emittunt, liberum, absolutumq faciunt et pronuntiant, supra-
B 3 fatum Contractum cum ejus contentis, quòad Summam eandem exsolutam, tollunt, cassant, mortificant et annihilant perpetuo et in ævum Hac sua personali Recognitione ad præmissa mediante. Alias in forma Quietationis de Jure plenissima et perfectissima. Pro majori verò firmitate manibus propriis resubscripserunt.
Henricus Comes de Brühl G. A. R. Aloysius Fridericus Comes de Brühl P. R. Carolus Comes de Brühl L. N. L. Quam ejusmodi Inscripti-
onem Quietatoriam sic ut præmissum factam et recognitam, Nos firmam ac de Jure validam haberi volentes eandem ad Acta præsentia suscipi inscribi, et ex eisdem fideliter descriptam Parti postulanti Authentice extradi permisimus. In quorum fidem &c. Actum Varsaviæ ut supra.

Constituit Plenipotentem Mficus Henricus Comes Brühl Generalis Artilleriæ Regni Generosum Lassocki.
Augustus Tertius &c.
Significamus &c. Quòd coram Actis Metrices Regni Cancellariæ Nostræ Minoris comparens personaliter Magnificus Henricus Comes in Ocieszyno et Sierakow Brühl Generalis Artilleriæ Regni Supremus Aulæ Nostræ Saxonicæ Minister, Seepusiensis, Piasecznensis Kapino-

scensisq
B 3

rensisq Capitaneus, sanus mente et corpore exi-
stens, recedendo à Foro, Terris, et Jurisdictionibus
suis quibusvis propriis, huic autem Jurisdictioni
Nostræ Regiæ quo ad infrascripta recognoscenda
attinet, se subjiciendo et incorporando, palam,
libere ac benevole recognovit et præsentibus re-
cognoscit. Quia Ipse Generosum Adamum Lasocki
Dapiferum Terræ Sochaczoviensis, in suum verum
legitimum, et indubitatum Plenipotentem elegit,
constituit, inscribit et solenniter ordinat Jugue
ad Triennium integrum ab actu præsenti compu-
tando. Dans et concedens Ipsi plenariam facul-
tatem, omnimodam absolutamq potestatem
Causas suas tam Juris quàm facti Judiciarias
generaliter omnes et singulas cum quibusvis
Personis, occasione cujusvis negotii ac prætensi-
onum Fundi, Differentiarum in omni Judicio
et Officio Regni majoris minorisve Subsellii, cu-
juscunq Terræ et Districtûs, etiam Judiciis
Tribunalitiis Regni Petricoviensibus, Lublinen
et Radomien necnon quovis Foro, tam ex A-
ctoratu, quàm reatu habitas et habendas, institu-
tas et instituendas, promovendi, defendendi,
Juretuendi, Comparitiones inscribendi, Decreta
suscipiendi, à contrariis appellandi seu moven-
di, Juramenta attentandi, pœnas Judiciarias
levandi, de levatis quietandi. Intromissiones in
Bona offerendi et apprehendendi, Executiones ur-
gendi et attentandi, Arresta imponendi, Actoratus

nomine

nomine sui Recognoscentis instituendi, Compro-
missa inscribendi, Transactiones quasvis ac Con-
tractus conscribendi et ineundi, Actis authenticis
Regni approbandi, Bona resignandi, et Resignatio-
nes in rem sui Recognoscentis suscipiendi, alios
Plenipotentes in locum sui substituendi, Conde-
scensiones attentandi, rigores circa Manifesta-
tiones faciendas extendendi, Relationes pro
cassandis Condemnationibus editas sive eden-
das approbandi, alteraq' pro Causarum et
negotiorum exigentia debito Legis ordine
peragendi et exequendi. Promittens et inscri-
bens se Idem magnificus Recognoscens id
totum quidquid per predictum Plenipoten-
tem suum Juridice, rite ac legitime actum,
gestum, constitutumve fuerit, pro rato, gra-
to firmoq' ac valido suscepturum et in nullo
contradicturum sub Vadio Summæ Quadra-
ginta millium Florenorum Polonicalium
a se Recognoscente coram Officio Castrensi Var-
saviensi vindicando. Hac sua personali Reco-
gnitione ad premissa mediante. Pro majori
verò firmitate manu propria se subscripsit.
Henricus Comes de Brühl S. A. R. Quam
ejusmodi Plenipotentiam sicut premissum
factam et recognitam Nos firmam ac de Jure
validam haberi volentes, eandem ad Acta pre-
sentia suscipi, inscribi et ex ijsdem fideliter
descriptam Parti postulanti Authentice ex-
tradi permisimus. In quorum Fidem &c. Actum ut supra

Actum Varsaviæ Sabbathô ante
Festum Sancti Thomæ Apostoli
proximô Diescilicet Decimâ
octavâ Mensis Decembris Annô
Domini Millesimo Septingen-
tesimo Sexagesimo Secundô
Regni verò Nostri Annô XXX.

Ad Relationem Illrmi Excellmi et Rndmi
Dñi Episcopi Premyslien. Procancellarii
Regni.

Oblata Privilegii super Advocatiam Ubenice Gnoso
Balicki servientis post ultimum legitimum
Possessorem.

Augustus Tertius &c
Significamus &c quòd latas esse ad Acta præsentia
Metrices Regni Cancellariæ nostræ minoris Li-
teras Originales papyreas Privilegii infrascripti
manu Nrâ Regia subscriptas, et sigillo minori
Regni communitas, sanas, salvas et illæsas, omnig
suspicionis nota carentes tenoris sequentis = b
Augustus Tertius Dei Gratiâ Rex Poloniæ, ma-
gnus Dux Lithvaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ,
Samogitiæ, Kijoviæ, Volhyniæ, Podoliæ, Podlachiæ,
Livoniæ, Smolenscia, Severiæ, Czerniechoviæq
necnon Hæreditarius Dux Saxoniæ et Princeps b
Elector. Significamus præsentibûs Literîs Nrîs
Quorum interest universis et singulis. Quia Nos
justam habentes rationem meritorum Nobis et
Reipublicæ præstitorum Gnosi Antonii Balicki
in Exercitu Regni Nostri Capitani, faciendum
esse duximus, ut Eidem Bona Nostra Regalia

Advocatiam Ubenice vocitatam, seu potiùs La-
neum cum Taberna, ac alterum Laneum cum
Trajectu in Fluvio Istula, et agrum Jezowa di-
ctum in Villa Ubenice, Palatinatu Sandomirien,
Districtu Visliciensi sitô, post ultimum legiti-
mum Possessorem daremus et conferremus, uti
quidem hisce Literis Nostris cum omni ac plena-
ria facultate eadem Bona nostrâ demanibus
nullo jure usurpantium eximendi in possessio-
nemq; suam vindicandi et adeundi damus et
conferimus. Ita ut præfatus Gnósus Antonius
Balicki eadem Bona Nostra Regalia videlicet
Laneum cum Taberna, ac alterum Laneum
cum Trajectu in Fluvio Istula, et agrum Jezowa
dictum in Villa Ubenice sitô, cum omnibus ædi-
ficiis, Curia, prædiis, agris, pratis, campis, pascu-
is, Sylvis, nemoribus, Stagnis, piscinis, fluviis,
fluminibus, molendinis, Braxatoriis, rippis, Litto-
ribus, Subditis eorumq; diurnis laboribus, censi-
bus, dationibus, commodis et emolumentis,
cunctis denique attinentiis et pertinentiis, eo an-
tiquitùs spectantibus, nullis penitus exceptis,
aut excipiendis, teneat, habeat, et possideat, et
ita latè, longè circumferentialiterq; prout ab
antiquis et immediatè Tenutariis Nostris tene-
bantur et possidebantur, Lustrationeq; ac Decreto
Relationum Nostrarum præscribuntur, supra
fatus quoq; Gnósus Balicki, tenebit, habebit et
possidebit ad extrema vitæ sua tempora. Pro-
mittimus autem pro Nobis et Serenissimis Suc-
cessoribus

cessoribus Nris, non esse Nos, Serenissimosq Successores Nostros, ab usu et pacifica possessione dicte Advocatie in Villa Ubenice seu verius binorum Laneorum, ac agri Jezowa vocitati, Taberne, Trajectusq per Fluvium Jstula, amoturos, aut alienaturos, neq amovendi, aut alienandi potestatem cuipiam daturos, sed salvum et integrum Jus Advitalitium ipsi conservaturos, quod et Serenissimi Successores Nostri præstabunt. Ratione cujus Advitalitatis solitam quartam juxta Legis præscriptum ad Thesaurum Regni quotannis inferre tenebitur. Juribus Nostris Regalibus, Reipublicæ, Ecclesiaq Sancta Catholica salvis manentibus. In cujus rei fidem præsentes manu Nostrâ subscriptas Sigillo Regni communiri jussimus. Datum Varsavie Die XII. mensis Decembris Anno Domini MDCCLXII. Regni verò Nostri XXX. Annô. Privilegium super Advocatiam Ubenice vocitatam seu potius super Laneum cum Taberna, ac alterum Laneum cum Trajectu in Fluvio Jstula, agroq Jezowa dicto, in Villa Ubenice, Palatinatu Sandomiriensi, Districtu Vilicziensi sitis, post ultimum legitimum Possessorem, Jnoso Antonio Balicki Capitano in Exercitu Regni confertur. Augustus Rex. Locus Sigilli minoris Regni. Antonius Wyszynski Premyslien, Varsavien, Canonicus, S.R.M.tis et Sigilli Regni Secretarius mpp. Quas ejusmodi Literas Originales, sicut præmissum est per oblatam porrectas, Nos ad Acta præ-

sentia suscipi, inscribi, et exijdem fideliter
de verbo ad verbum descriptas, Parti postulanti
authentice extradi, Originale verò offerenti re-
stitui, permisimus. In quorum fidem &c: Actū
Varsaviæ ut supra.

Actum Varraviæ Feriâ Quarta
in Crastino Festi Sancti Thomæ
apostoli, Die scilicet Vigesima
Secundâ, mensis Decembris
Anno Domini millesimo Se-
ptingentesimo Sexagesimo
Secundô. Regni verò Nostri
Annô XXX.

Ad Relationem Illrmi Excellmi et Rmi
Dñi Episcopi Premyslien: Probancellarii
Regni.

Constituunt Plenipotentes Generosi et Venerabilis
Poniatowscy Fratres germani, Gnósos Casimirū
Karas et Josephum Swieykowski.

Augustus Tertius &c.

Significamus &c. Quòd coram Actis Metrices Rñi
Cancellariæ Nostræ Minoris comparentes perso-
naliter Generosi Casimirus Succamerarius Rñi
Socaliensis, Striensis et Tyszovecensis, Stanislaus
Dapifer M.D. Lithuaniæ, Premisliensis, Andreas
Colonellus in Exercitu Sacræ Cæsareæ Reginalis
Mtis, Ricensis, Jodtovecensis, Capitanei, et
Venerabilis Michael Canonicus Cathedralis Cra-
coviensis, Gothi Poniatowscy, olim Illris Mfici
Stanislai

Stanislai Ciolek Poniatowski Castellani Cracovien^s^
et Constantiæ de Duobus Czartoryskie Conjugum
legitimorum Filii, Fratres inter se germani, sani
mentibus et corporibus existentes, recedendo à Foro,
Terris et Jurisdictionibus suis quibusvis propriis
huic autem Jurisdictioni nostræ Regiæ, quo ad
infrascripta recognoscenda attinet, se subjiciendo et
incorporando, palam, libere, ac benevole recognove-
runt et quilibet Illorum suo pro interesse recogno-
vit. Quia Illi ad omnes in genere et singulas
in specie Causas et actiones suas judiciarias, in
omni Judicio et Officio Regni majoris, minorisve
Subselii etiam Judiciis Tribunalitiis Regni Lu-
blinen^s^, Petricovien^s^, aut Radomiensibus cum
quibusvis Perronis, ratione quarumvis rerum,
prætensionum, negotiorum, et injuriarum, tam
exactoratu quàm et reatu sui Recognoscentiu^m^
incidentes, et incidendas, habitas et habendas,
in suos veros, legitimos et indubitatos Plenipoten-
tes Generosos Casimirum Karas Pincernam Terræ
Livensis et Josephum Casimirum binominis Swey-
kowski Venatorem Districtus Trembovliensis ad
Triennium integrum eligunt, inscribunt et ordi-
nant Dantes et concedentes Idem memorati Re-
cognoscentes præfatis Plenipotentibus Suis plenariam
facultatem et omnimodam absolutamq; potestatem
Causas easdem et actiones quasvis suas Judiciarias
instituendi et intentandi, institutas et intentatas
proponendi, promovendi, defendendi, jureq; tuen-
di et ad debitum Juris finem et effectum dedu-

cendi

cendi, Processus inchoandi, inchoatos continuandi,
Decreta suscipiendi, à contrariis provocandi, jura-
menta affectandi, arresta imponendi et relaxandi,
penas Judiciales et summas Capitales levandi,
delevatis quietandi, Summas quasvis contra-
hendi, in Bonis sui Recognoscentium inscribendi,
Bonaq; emendi, vendendi et resignandi, eadem
modo obligatorio, aut arendatario dimittendi,
Transactiones quasvis Officiosas, tum compro-
missa ratione quarumvis rerum, et cum qui-
buscunq; Personis ineundi, Contractus con-
scribendi, eosdemq; Actis Authenticis roborandi,
actus tam graniciales Condescensoriales, quàm exem-
ptionum Commissoriales attentandi et promovendi,
rigores circa manifestationes faciendas exten-
dendi, Relationes pro cassandis Condemnationibus
editas sive edendas approbandi, Intromissiones
in pœnis decretis ac re principali offerendi, et
acceptandi, alios Plenipotentes cum simili vel
limitata facultate substituendi, cateraq; omnia
pro Causarum et negotiorum exigentia, genera-
les et Speciales Plenipotentes concernentia, debi-
to Legis ordine peragendi et exequendi. Promit-
tentes et inscribentes se Idem Recognoscentes id
totum quidquid per prædictos Plenipotentes suos
Juridicè ritè ac legitimè actum, gestum, consti-
tutumve fuerit, pro rato, grato, firmoq; ac valido
suscepturos et in nullo contradicturos sub Vadio
Summæ Quinquaginta Millium Thalerorum
Imperialium, à se Recognoscentibus coram
Officio,

Officio Castrensi Varsaviensi vindicando. His suis personalibus Recognitionibus ad præmissa mediantibus. Pro majori verò firmitate manibus propriis resubscripserunt. Casimirus Poniatowski. S. R. Stanislaus Poniatowski Dapifer m. D. Litt.ae. Andreas Poniatowski Capitaneus Ricensis. Michael Poniatowski Can: Crac: Quam ejusmodi Plenipotentiam sicut præmissum factam et recognitam. Nos firmam ac de jure validam haberi volentes eandem ac acta præsentia suscipi, inscribi, et ex ejusdem simili deliter descriptam Parti postulanti Authentice extradi permisimus. In quorum fidem &c. Actum Varsaviæ ut supra.

Quietat Gnōrus Carolus Gorecki Generalis Major in Exercitu S.R.M.tis, nomine Gnōræ Hoffmanowa Gnōrum Joannem Monro, de summa 500. Aureorum Hungaricalium.

Augustus Tertius &c.

Significamus &c. Quòd coram Actis Metrices Regni Cancellariæ Nostræ Minoris comparens personaliter Gnōrus Carolus Gorecki, Generalis Major in Exercitu Nostro, nomine Generosæ Alexandræ Hoffmanowa vigore manualis Plenipotentiæ sibi ad actum præsentem recognoscendum Die 28va Augusti Anno nunc currenti 1762. in Dzikowiec data, subscripta et sigillo communita, agens, sanus mente et corpore existens, recedendo à Foro, Terris, et Jurisdictionibus suis quibusvis propriis, huic autem Jurisdictioni Nostræ Regiæ, quò ad infrascripta

recognoscenda attinet se suamq; Generosam Prin-
cipalem subjiciendo et incorporando, palam, libere
ac benevole recognovit. Quia Ille nomine supra
dicto Gnōse Alexandre Hoffmanowa et Successorū
Ipsius jam exnunc et defacto Gnōrum Joannem
Monro Generalem Majorem in Exercitu nostro de
Summa Quingentorum Aureorum Hungaricalium,
olim Gnōse Consorti Illius in Hungaria permanenti
per olim Gnōrum Hoffman Sue Principalis mari-
tum concredita, uti nunc actualiter per eandem
levata, et recepta, totaq; et integra intuitu premis-
sa Summa eidem prestita Satisfactione, quietat,
emittit, liberum, absolutumq; cum Successoribus
ejus facit et pronuntiat, Scriptum seu assecura-
tionem pro eadem Summa Quingentorum Aureorū
Hungaricalium eidem Gnōsa Principali Sue et
Successoribus Hoffmanovianis serviens cum omni-
bus ligamentis, nexibus et conditionibus, nihil
amplius Juris, prætextûs, aut alicujus tituli et
pretensionis Ipsis ad memoratum Generosum
Joannem Monro Successoresq; Ejus reservando,
relinquendo, aut quocunq; modo exipiendo,
tollit, cassat, mortificat et annihilat, perpetuo
ac in evum. Hac sua personali Recognitione
ad premissa mediante. Alias in forma Jnseri
ptionis Quietatoriæ de Jure plenissima, firmis-
sima et perfectissima. Ero majori verò firmitate
manu propria se subscripsit. Car. Gorecki iabo
Plenipotent. Quam ejusmodi Jnscriptionem
Quietatoriam, sic ut premissum factam et recognitā

Nos

Nos firmam ac de jure validam haberi volentes eandem ad Acta præsentia suscipi, inscribi et ex Eisdem fideliter descriptam Parti postulanti Authentice extradi permisimus. In quorum fidem &c Actum Varsaviæ ut supra.

Sub eodem Actu

Roborat Scriptum certum obligatorium Mficus Wessel Supremus Thesaurarius Regni in rem Gnosi Kossowski Thesaurarii Curiæ Regni.

Augustus Tertius &c

Significamus &c Quòd coram Actis Metrices Rnī Cancellariæ Nostræ Minoris comparens personaliter Magnificus Theodorus Wessel Supremus Regni Thesaurarius, sanus mente et corpore existens, recedendo à Foro, Terris, et Jurisdictionibus suis quibusvis propriis, huic autem Jurisdictioni Nostræ Regiæ, quò ad infrascripta recognoscenda attinet, se subjiciendo et incorporando, palam, liberé ac benevolè recognovit. Quia Ipse Scriptum certum obligatorium in rem et Personam Generosi Antonii Antonii de Glogowa Kossowski Thesaurarii Curiæ Regni, per se Recognoscentem hìc Varsaviæ Die hodierna in actu contentâ scilicet Vigesima secundâ Mensis Decembris datum, manuscripta propria subscriptum, et Sigillo gentilitio in cera rubra Hispanica expresso communitum, in omnibus et singulis ejusdem punctis, conditionibus, nexibus et ligamentis, roborat, approbat, confirmat et ratificat, eidemq' Scripto suo tam

in toto quàm in quavis minima parte stare, pa-
rere, et satisfacere sub Vadio similis Summæ in-
ibidem appositæ, se obligat, inscribit, et assecu-
rat. Pro quo quidem Vadio regi ipsa principali
in casu Contraventionis, et in aliquo puncto
Scripti prefati non satisfactionis, citatus existens
Idem magnificus Recognoscens ad Officium Ca-
strense Capitaneale aut Judicium Terrestre Var-
saviense in eodem Officio aut Judicio peremptorie
stare, Juri parere, comparendoq' Damna seu
Vadium succubitum solvere, quo soluto nihilo-
minus Inscriptioni præsenti et Scripto prefato
in toto satisfacere, omneq' Judicatum absque
quavis Dilatione, defensione, exceptione, moti-
one, appellatione, earumq' modo quovis, seu per
Advitationes quavis prosecutione, ferre et pati
suis cum Successoribus tenebitur. Hac sua persona-
li Recognitione ad premissa mediante. Alias
in forma Inscriptionis Roboratoriæ de Jure ple-
nissima, firmissima et perfectissima. Pro majori
vero firmitate manu propria se subscripsit.
T. Wessel. P. W. Horz. Quam ejusmodi Inscriptio-
nem Roboratoriam sic ut premissum factam
et recognitam Nos firmam ac de Jure validam
haberi volentes, eandem ad Acta presentia suscipi,
inscribi, et exijsdem fideliter descriptam Parti
postulanti Authentice extradi permisimus.
In quorum fidem &c. Actum Varsaviæ &c. ut supra
Oblata Copia Vidimato Diplomatis favore
Civitatis Sæmtis Gedanensis, collati

Augustus

Augustus Tertius &c.

Significamus &c. oblatam esse ad Acta metrices Rni Cancellariæ Nostræ Minoris Copiam Vidimatam Literarum Diplomatis Nostri Regii favore Civitatis Gedanensis emanatæ, manu Joannis Henrici Engelland Notarii Publici jurati subscriptam, et Sigillo Ejusdem communitam tenoris sequentis = Augustus Tertius Dei Gratiâ Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithuaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, Samogitiæ, Kijoviæ, Volhyniæ, Podoliæ, Podlachiæ, Livoniæ, Smolensciæ, Severiæ, Czerniechoviæq', necnon Hæreditarius Dux Saxoniæ et Princeps Elector. Significamus præsentibus Literis Nostris quorum interest universis et singulis harum nunc et in futurum notitiam habituris. Quia Nos delationi horum, qui Nostris proventibus attendere debent, inhærendo, variè Mandatariis Nostris dedimus in commissis, ut retrutinatâ inquirerent, an Zulaga Gedanensis ad Proventus Nostros Regios sub titulo Juris Portorii, vel ne pertineret, et ut his cognitis ab incepto Regni gubernio Thesaurum Nostrum proventu hoc, salva compositione pro retroactis Annis, in futurum Civitas Nostra Regia Gedanensis non frustraret, non detulimus tamen delationi attendentium Nostris proventibus, voluimus etiam ex ipsismet Portorii Præfectis informari, ad summum viso Divi Joannis Tertii Prædecessoris Nostri Decreto, qui nihil innovandum ratione Zulagæ censuit, ad majorem elucidationem hujus Decreti Mandata et Citationes Nobili Magistratui ad

Judicia Relationum, variaq' deinde Rescripta
expediri censuimus, Ex parte autem Civitatis
totam Zulagam non ex Portorio, sed ex mercato-
ribus Gedanensibus mari commercia habentibus
provenire assertum, jamq' sub Divo Casimiro
Privilegio de pecuniis subsidiariis confirmato,
Zulagam ab Ordinibus Civitatis sancitam, modo
auctam, modo minutam, modo prorogatam,
modo sublatam fuisse, atq' sub Rege Vladislao
Quarto ventilatam, sub Joanne Tertio sine ulla
innovatione relictam, sub Divo Parente Nostro
Civitati inservire declaratam. Quare Civitatis
omnes Ordines humillimè Nobis supplicârunt
ut Zulagam ad exemplum Divorum Prædeces-
sorum Nostrorum eidem Civitati relinqueremus
intactam, et inter Jura illæsa Civitatis Nostræ Geda-
nensis à Nobis confirmata, et Zulagam comprehen-
sam declararemus, orârunt[q] prædicti Ordines sub-
missimè ut Zulagam novo Diplomate munire,
ac Rescripta Nostra, quæ nuper contra Zulagam
expedita, abolere clementissimè dignaremur, nequis
attentis his Rescriptis Zulagam Juri Civitatis du-
bio subjectam esse asserere posset; Igitur Nos ratio-
nibus præallegatis moti, declarandum esse duximus,
prout præsentibus declaramus velle Nos ut cum cæ-
teris Juribus, Privilegiis, indultis, Libertatibus, Præro-
gativis et immunitatibus, quas confirmavimus, etiam
Zulaga intelligatur, non secus ac si eadem nomina-
tim confirmata fuisset, ideoq' hoc Jus Zulagæ, ut
cætera omnia Jura, integrum et sine ulla diminu-
tione ejus Civitati conservaturos, neq' ut illud à

quopiam

quopiam in dubium vocetur, impugneturq, permis-
suros, sed in ejus intemerato usu Civitatem conserva-
turos, et à quorumcunq conatibus tuituros esse
verbo nostro Regio, pro Nobis et Successoribus Nris
spondemus, nec minus Nobilem Magistratum ab
incusatione quasi Zulagam in usus suos verterit,
de plano absolvimus. Quod attinet Rescriptum Resti-
tutionis Causæ in integrum adversus Decretum Divi
Joannis Tertii Anni Millesimi Sexcentesimi Septua-
gesimi Octavi pro Scharpau et Zulaga Die Quintâ Febru-
arii Millesimo Septingentesimo Sexagesimo Primo ema-
natum, aliaq Rescripta sive Commissionis Gedani
celebrandæ, sive alia Zulagam respicientia, sive ac-
celerationem adventus Prafectorum Portorii, hæc omnia
et quæ sunt alia, contra Civitatem Gedanensem Armis
Millesimo, Septingentesimo Sexagesimo ipso, et millesi-
mo Septingentesimo Sexagesimo Primo, emanata Rescri-
pta, quoniam Juribus Civitatis adversantur, cassa-
mus, tollimus et abrogamus, ac pro insubsistentibus
decernimus, Civitatemq Nostram Regiam Gedanense
circa Jura Cardinalia et Libertates nullius Judicii
cognitioni subjectas, in pleno robore conservamus,
constituentes et decernentes Authoritate Nostra
Regia, ne ullo tempore Civitatis Juribus, Libertati-
bus et Privilegiis obesse, nocere, derogare, præjudicare,
aut contra Magistratum et reliquo Civitatis Ordines
allegari possint aut debeant, Magistratumque
et reliquos Ordines Zulagæ Jus ac alia tuentes
Gratiæ Nostræ Regiæ et Protectionis securos reddimus.
Quoniam verò Civitas Nostra Regia Gedanensis honesto-
rum Virorum fœcunda Mater, morsum sensit variorum
Scriptorum, præcipuè Libellorum Wernicliii, solo ma-

litiæ

litiæ spiritu conflatorum et Varsaviæ, ac Dresdæ
editorum, ideo Nos eadem scripta, eorumq; famosos
Libellos cassamus, ac pro inattendibilibus, nihilque
fidei, honori et bonæ famæ Magistratûs, religuo-
rum Ordinum et Civium Gedanensium nocere vel
præjudicare posse et debere declaramus. In cujus
rei fidem præsentes manu nostra subscriptas,
Sigillo Regni communiri jussimus. Datum Varsa-
viæ Die XIV. Mensis Julii Anno Domini MDCCLXII.
Regni verò Nostri XXIX. Anno. Augustus Rex
Locus Sigilli Rñi Minoris. Diploma favore Civita-
tis S=R=Mtis Gedanensis collatum. Antonius
Wyszynski Premysliens, Varsavien Canonicus,
S=R=Mtis Secretarius = Legalisationis tenor
talis = Præmissam Diplomatis Regii vidimatam
Copiam cum vero Originali sub Sigillo Regni mi-
nori mihi producto facta priùs diligenti collatio-
ne de verbo ad verbum concordare attestor. Gedani
Die 1ma Mensis Decembris, Anno Domini Millesi-
mo Septingentesimo Sexagesimo Secundô. Locus
Sigilli. Joannes Henricus Engelland S=R=Mtis
Polon Authe Notarius Publ Juratus mp. Quam
ejusmodi Copiam vidimatam, sicut præmissum
est, per oblatam porrectam, Nos ad acta præsentia
suscipi, inscribi, ed exinde fideliter descriptæ
Parti postulanti Authentice extradi, eandem
verò Copiam Suprascriptam vidimatam offe-
renti restitui permisimus. In quorum fidem &c.
Actum Varsaviæ ut supra.

Actum Varsaviæ Feriâ Sextâ
in Vigilia Festi Solennis Na:
tivitatis

Nativitatis Domini Nostri Jesu Christi Die scilicet vigesima quartâ mensis Decembris Anno Ejusdem millesimo Septingentesimo Sexagesimo Secundô Regni verò Nostri Annô xxx.

Ad Relationem Illrmi Excellntmi et Rmi Dni Episcopi Premyslien^s, Procancellarii Regni.

Constituit Plenipotentem Magnificus Dux in Klewan et Zukow Czartoryski Supremus m.D. Lt^ae Cancellarius, Gnorum Thomam Turski Venatorem Bractaviensem.

Augustus Tertius &c.

Significamus &c. Quòd coram Actis Metrices Regni Cancellaria Nostra minoris comparens personaliter Magnificus Michael Dux in Klewan et Zukow Czartoryski Supremus m.D. Litt^ae Cancellarius Homelscen^s, Jurboveng, Uswiaten^s, Poduswiaten^s &c. Capitaneus, sanus mente et corpore existens, recedendo a Foro, Terris et Jurisdictionibus suis quibusvis propriis, huic autem Jurisdictioni Nostrae Regiae, quoad infrascripta recognoscenda attinet, se subjiciendo et incorporando palam, liberè, ac benevolè recognovit. Quia Ipse Generosum Thomam Turski Venatorem Bractaviensem in suum, verum, legitimum Specialemq' Plenipotentem facit, constituit, inscribit et ordinat. Dans et concedens eidem plenariam facultatem et omnimodam absolutamq' potestatem Causas suas generaliter omnes et singulas cum quibusvis Personis, occasione cujusvis negotii habitas et habendas, institutas et

instituendas in omni Judicio et Officio Regni majoris
Minorisve Subsellii etiam Tribunalis Regni Petricovi=
ensis aut Lublinensis sive Radomiensis promovendi,
defendendi, Decreta suscipiendi, à gravaminosis ap:
pellandi, Juramenta attentandi, pœnas Judiciales
levandi et percipiendi, delevatis et perceptis nomine
sui Recognoscentis quietandi, actus Compromissoria:
les nomine sui Recognoscentis inscribendi, Relationes
citationum ad cassandas condemnationes appro:
bandi, alios Plenipotentes in locum sui, cum simili
vel limitata facultate substituendi, aliaq' munia
et officia verum, legitimum et specialem Plenipoten:
tem concernentia peragendi et exequendi. Promittens
et inscribens se Idem Magnificus Recognoscens id
totum quidquid per eundem Generosum Plenipoten:
tem suum sive Ejus Substitutos Plenipotentes Juridi:
ce, rite, ac legitimè factum, gestum, constitutumve
fuerit, pro rato, grato, firmo, ac valido Suscepturum.
Quamquidem Plenipotentiam Idem Magnificus Re=
cognoscens ad Triennium integrum duraturam,
roburq' ac valorem suum habituram vult præ=
sentibusq' declarat. Hac sua personali Recogni=
tione ad præmissa mediante. Pro majori verò fir=
mitate manu propria se subscripsit. Michael
Princeps Czartoryski Supremus M. Ducatûs Lithua:
niæ Cancellarius mp. Quam ejus mpdi Plenipotenti=
am sicut præmissum factam et recognitam, Nos
firmam ac de Jure validam haberi volentes, eandē
ad Acta præsentia Suscipi, inscribi, et exijdem fideli:
ter descriptam Parti postulanti Authentice extradi
permisimus. In quorum fidem &c: Actum Varsaviæ ut supra

Actum

Actum Varsaviæ Feriâ Quintâ post
Festa Nativitatis Domini Nostri
Jesu Christi proximâ, Die scilicet
Trigesimâ Mensis Decembris, Annô
ejusdem millesimo Septingentesimô
Sexagesimo Secundo. Regni vero Nri
Anno XXX.

Ad Relationem Illrmi Excellntmi et Rmi
Dñi Michaelis Comitis de Granow Wodzicki
Episcopi Premyslien^s, et Abbatis Commenda:
tarii Cerven^s et Claræ Tumbæ, Pro Cancellarii
Regni.

Cedit de Capitaneatu Siradiensi Gnôsus Rochus de
Glogowa Kossowski in Personam Gnôsi Stanislai de
Glogowa Kossowski Fratris sui.

Augustus Tertius &c.

Significamus &c. Quòd coram Actis Metrices Regni
Cancellariæ Nostræ Minoris comparens personaliter
Gnôsus Rochus de Glogowa Kossowski Capitaneus
Siradiensis, sanus mente et corpore existens, recedendo
à Foro, Terris, et Jurisdictionibus suis quibusvis pro:
priis, huic autem Jurisdictioni Nostræ Regiæ, quô ad
infrascripta recognoscenda attinet, se subjiciendo et in:
corporando palam, liberé, ac benevolé recognovit.
et præsentibus recognoscit. Quia Ipse inhærendo Li:
teris Consensus Nostri Regii de data illius hic
Varsaviæ Die V. Mensis Junii, Anno nunc cur:
renti, sibi Recognoscenti ad cedendum de Capita:
neatu Siradiensi, per Nos benignè concessis, manu
nostrâ Regiâ subscriptis, et Sigillo Regni Majori
communitis, ad præsens in suo Originali illoso exhi:

personali Recognitione ad præmissa mediante.
Pro majori verò firmitate manu propria se sub:
scripsit. Stan Poray de Gotzathowo Gotzathowsky
Quam ejusmodi Plenipotentiam sicut præmissum
factam et recognitam Nos firmam ac de Jure
validam haberi volentes, eandem ad acta præ:
sentia suscipi, inscribi, et ex Eysdem fideliter
descriptam Parti postulanti Authentice extradi
permisimus. In quorum fidem &c. Actũ ut supra

Actum Varsaviæ Feriâ Quintâ
post Dominicam Reminiscere

Qua:

Quadragesimalem proximâ Die
scilicet Tertiâ mensis Martii
Annô Domini millesimo Se-
ptingentesimo Sexagesimo
Tertiô. Rñi verò Nri Annô xxx.

Ad Relationem Illrmi Excellmi et Rñi
Dñi Michaelis Comitis de Granow
Wodzicki Episcopi Premyslien^s, Abbatis
Commendatarii Cerven^s et Clare Tumbe
Procancellarii Regni.

Recedit à Juribus et pretensionibus suis ac
Bona Zatom et Jatgza se referentibus, Gnōsa Eli-
sabeth de Hubienskie Gnōsi Casimiri Karas
Pincerna Terre Livensis Consors legitima.

Augustus Tertius &c
Significamus &c Quòd coram Actis metrices Rñi
Cancellarie Nostre Minoris comparens persona-
liter Gnōsa Elisabeth de Hubienskie, Gnōsi Casi-
miri Klimontowicz Karas Pincerna Terre Liven^s
Consors legitima in personali ejusdem Gnōsi Mariti
sui authoritate et assistentia agens, sana mente
et corpore existens, recedendo à Foro, Terris et Ju-
risdictionibus suis quibusvis propriis, huic autem
Jurisdictioni Nostre Regie quò ad infrascripta
recognoscenda attinet, se subjiciendo et incorpo-
rando, palam, libere ac benevole recognovit. Quia
Ipsa Bona Villarum Zatom et Jotgza cum atti-
nentiis, in Palatinatu Posnaniensi, Districtu Va-
lecensi consistentia, antehac Supradicti Gnōsi

Mariti sui propria et hæreditaria, nunc verò Juri
et possessioni Gnóti Georgii Vilhelmi bininominis
Goltz Generalis Locumtenentis in Exercitu Regni
Capitanei Tholkmitensis et Succamerarii Nostri
subjecta et servientia, à quibusvis pretensionibus
suis uxorialibus eliberando, jam exnunc et de-
facto à Juribus tam Reformatorio, quàm ad-
vitalitio, necnon Inscriptitiis, aliisq; omnibus
quomodocunq; super præmissis Bonis per Gnóti
Maritum Suum inscriptis, assecuratis, sibique
Recognoscenti competentibus recedit, præfataq;
Jura sua ad hæc Bona Zatom et Gotaza rese
referentia et extendentia f: salva nihilominus
eorundem in aliis Bonis et Summis quibusvis
pecuniariis per prænominatum Gnósum Maritu
Suum inscriptione et assecuratione f: cassat, mor-
tificat et annihilat perpetuò et in devum. Hac
sua personali Recognitione ad promissa medi-
ante. Alias in forma Officiosi recessus de Jure
plenissima, firmissima et perfectissima. Pro
majori verò firmitate manu propria se sub-
scripsit. Izabella Karasiowa C. L. Casimirus
Karas quà Assistens. mp. Quam ejusmodi Inscri-
ptionem Recessus suprascripti sicut præmis-
sum facto et recognito Nos firmam ac de Jure
validam haberi volentes, eandem ad Acta præ-
sentia Suscipi, inscribi, et ex iisdem fideliter de-
scriptam Parti postulanti Authenticé extradi
permisimus. In quorum fidem &c. Actum ut
supra.

Actum

Actum Varsaviæ Sabbathô pridiè
Dominicæ Oculi Quadragesima-
lis, Die scilicet Quintâ mensis
Martii, Annô Domini millesimô
Septingentesimo Sexagesimo Tertiô
Regni verò Nostri Annô XXX.

Ad Relationem Illustrissimi Excellentmi et Rmi
Dni Episcopi Premyslien. Prolancellarii Rni

Oblata Privilegii Incorporationis perpetuæ Canoni-
catus Metropolitani Leopoliensis et Præpositure
Curatæ Sniatinensis ad Episcopatum Bacoviense
Rndô Raymundo Jezierski Episcopo Bacoviensi
Ejusq; Successoreis servientis.

Augustus Tertius &c
Significamus &c Quòd coram Actis Metrices Regni
Cancellariæ Nostræ minoris comparens perso-
naliter Religiosus Candidus Osolinski Ordinis S.
Francisci Minorum Conventualium, Conventûs
Varsaviensis Gvardianus, obtulit ad acticandum,
actisq; ijdem ingrossandum Literas Privilegii
originalis Incorporationis infrascriptæ, manu
nostrâ Regiâ subscriptæ, et Sigillo minori Rni
communitæ, sanas, salvas, et illæsas, omnique
suspicione carentes - tenoris sequentis = Augu-
stus Tertius Dei Gratiâ Rex Poloniæ, magnus
Dux Lithvaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, Sa-
mogitiæ, Kijoviæ, Vothyniæ, Podoliæ, Podlachiæ,
Livoniæ, Smolenciæ, Severiæ, Czerniechoviæq;
neenon Hæreditarius Dux Saxoniæ et Prin-
ceps Elector. Significamus præsentibus Li-

teris

teris Nostris quorum interest universis et singulis.
Demonstratum est Nobis et sufficienter tam per Consi-
liarios Lateri nostro assidentes, quàm per Admodũ
Rndum in Christo Patrem Dnum Venceslaum
in Bogustawice Sierakowski Archi Episcopum
Leopoliensem Rerum suæ metropoli propinquarũ
perfectissimè gnarum expositum, Episcopatum
Bacoviensem in tali hucusq; permanere Statu, ut
Episcopus nullatenus de eodem non tantùm pro
Dignitate Episcopali sufficere, missionarios suos
fidem Orthodoxam Romano Catholicam in Oris
Moldavis exemplariter propagantes providere,
cum ijsdemmet Mansionariis ob longam loci
distantiam correspondere, fixumq; locum et
mansionem pro fundanda et exercenda in con-
finiis et extra Confinia Regni Nostri prefati
Episcopatus Jurisdictione habere et alia munia
Spiritualia obire nequeat, nisi aliquod Subsidiũ
eidem Episcopatui de Benevolentia Nostra
excogitemus et subministremus. Nos proinde
attentis suprafatorum Consiliariorum Nostrorũ
et Admodũ Rndi Dñi Archi-Episcopi Remonstrati-
onibus, Interpositionibus Eorum annuentes, fa-
ciendum esse duximus, ut Reverendo Ray-
mundo Jezierski Ordinis Sancti Dominici
moderno Episcopo Bacoviensi, Canonico me-
tropolitano Leopoliensi, Ejusq; Succedaneis,
eundem Canonicatum Archi Cathedralem Leo-
poliensem, quem hucusq; Ipsemet possidet,

Ejusq;

idq; Præposituram Curatam Sniatinensem in pos-
sessione ad præsens Reverendi in Christo Patris Sa-
muelis Głowinski Episcopi Hebronensis Suffra-
ganei Leopoliensis existentem, Primum nempe
Canonicatum ob necessariam circa Ecclesiam Me-
tropolitanam Leopoliensem mansionem, Alte-
rum verò videlicet Præposituram Curatam Snia-
tinensem ob propiorem cum suis mansionariis
correspondentiam, commodioremq; Literarum
fidem Orthodoxam Suffragantium transmissio-
nem ad supradictum Episcopatum Bacoviensem
adscriberemus, inferremus, incorporaremus uni-
remus et appropriaremus, prout quidem adscri-
bimus, inferimus, incorporamus, unimus et ap-
propriamus hisce Literis Nostris perpetuò ac
in ævum, ita ut Idem Rndus in Christo Pater Ray-
mundus Jezierski Episcopus Bacoviensis præli-
batum Canonicatum Metropolitanum Leopolien-
tum Præposituram Curatam Sniatinensem, ni-
hil quidquam respectu ejusdem Præposituræ præ-
sentaneo præjudicando Possessori, idq; Succedanei
Episcopi Bacovienses, cum omnibus usibus fru-
ctibus, commodis, emolumentis, aliisq; ad præ-
missa attinentiis et pertinentiis antiquitùs
spectantibus, deinceps temporibus, teneant, ha-
beant et possideant. Promittimus autem pro
Nobis et Serenissimis Successoribus Nostris, non
esse Nos Serenissimorq; Successores Nros, præfatum
Reverendum in Christo Patrem modernum Episcopum

Bacoviensem, Ejusq Succedaneos à prænominato
Canonicatu Leopoliensi, necnon Præpositura
Curata Sniatinensi amoturos, neq cuipiam
amovendi potestatem daturos, sed salvum, in-
tegrum et perpetuum Jus Jncorporationis, o-
mnimodè conservaturos, quod et Serenissimi
Successores Nostri præstabunt. Ratione cujus
Jncorporationis præsentaneus et sequentes Epi-
scopi Bacovienses, circa nominationem sui præ-
sentaneam perpetuam Jncorporationem Canoni-
catus Leopoliensis et Præposituræ Curatæ Sniati-
nensis in Præsentationem Nostram Regiam sive
Nostrorum Successorum inscribi et collocari cura-
bunt. Jn quorum fidem hocce Privilegium ma-
nu Nostra subscriptum, Sigillô Regni communiri
jussimus. Datum Varsaviæ Die XXIII. Mensis
Novembris. Anno Domini MDCCLXII. Regni
verò Nostri XXX. Anno. Privilegium Jncorpora-
tionis perpetuæ Canonicatûs Metropolitani Le-
opoliensis, et Præposituræ Curatæ Sniatinensis ad
Episcopatum Bacoviensem, Reverendo in Christo
Patri Raymundo Jezierski moderno Episcopo
Bacoviensi, Ejusq Succedaneis serviens. Augustus
Rex. Locus Sigilli Minoris Regni. Antonius
Wyszynski Premysliensis Varsaviensis Canonicus
Sæ Rē Mtis et Sigilli Regni Secretarius mp. Quas
ejusmodi Literas Originales Privilegii Jncorporati-
onis Suprascriptæ, sicuti præmissum per Oblatam
porrectæ, Nos ad Acta præsentia suscipi, inscribi,
et ex ijsdem fideliter descriptæ, Parti postulanti
au-

Authentice extradi, Originale verò Offerenti restitui permisimus, de quo recepto sibiq restituto Cancellaria nostram quietavit, quietatq præsentibûs, et pro majori fide manu propriâ resubscripsit. F. Candidus Ostolinski C. C. V. mg. In quorum fidem &c
Actum Varsaviæ ut supra.

Oblata Consensus super Coadjutoriam Episcopatus Bacoviensis Rndo Raymundo Jezierski Episcopo Bacoviensi in Personam Religiosi Candidi Ostolinski Oadi.

Augustus Tertius &c
Significamus &c Quod coram Actis Metrices Regni Cancellaria Nostra Minoris comparens personaliter Religiosus Candidus Ostolinski Ord. S. Francisci Minorum Conventualium, Conventûs Varsaviensis Gvardianus, obtulit ad acticandum, actisq ipsdem ingrossandum Literas Originales Consensûs infrascriptt, manu Nostrâ Regiâ subscriptt et Sigillo Minori Regni communitt, sanas, salvas, et illæsas, omnique suspicione carentes tenoris sequentis = Augustus Tertius Dei Gratiâ Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithvaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, Samogitiæ, Kijoviæ, Vothyniæ, Podoliæ, Podlachiæ, Livoniæ, Smolenciæ, Severiæ, Czerniechoviæq, necnon Hæreditarius Dux Saxoniæ et Princeps Elector. Reverendo Patri Raymundo Jezierski Episcopo Bachoviensi, Fideliter Nobis Dilecto Gratiam Nostram Regiam. Reverende Pater Fideliter nobis Dilecte. Intellexi-mus Fidelitatem Tuam induxisse in animum

firma consilia assumendi sibi Coadjutorem cum
futura Successione in Episcopatum Bachoviensem
Juri Patronatus Nostro obnoxium, Religiosum
Candidum Ostolinski Ordinis S. Francisci Seraphici
Minorum Conventualium nuncupati Conventûs
Varsaviensis Gvardianum, modo ad id Fidelitas
Tua Consensum Nostrum, quem expetit, obtineat.
Quapropter Nos precibus Fidelitatis Tuæ benigné
annuentes, attentis meritis dicti Religiosi Can:
di Ostolinski, qui simul Ecclesiastico Zelo, ac
omni probitate optimé Nobis commendatus est,
deliberato animo consentiendum esse duximus
et permittendum, consentimusq et permittimus
hisce Literis Nostris, quatenus Fidelitas Tua
prænominatum Religiosum Candidum Ostolinski
jam exnunc in Coadjutorem cum futura Succes:
sione assumat, cæteraq quæ ad integram hujus
Coadjutoriæ Institutionem pertinere videbuntur,
perficienda curet. In quorum fidem præsentes
Manu Nostra subscriptas, Sigillo Regni commu:
niri jussimus Datæ Varsaviæ Die XXIX. Mensis
Novembris, Anno Domini MDCCLXII. Regni
vero Nostri XXX. Anno. Consensus super Coadju:
toriam Episcopatus Bachoviensis Reverendo
Patri Raymundo Jezierski Episcopo Bachoviensi,
in Personam Religiosi Candidi Ostolinski datur.
Augustus Rex. Locus sigilli Minoris Regni.
Antonius Wyszynski Premysliens Varsaviensis
Canonicus SRM^tis et Sigilli Rni Secretarius mp
Quas ejusmodi Literas Originales Consensus

Supra

suprascriptt, sicut premissum per Oblatam porrectt
Not ad Acta presentia suscipi, inscribi, et ex ijsdem
fideliter descriptt, Parti postulanti Authentice ex-
tradi permisimus, Originale verò Offerenti restituim,
de quo recepto sibiq restituto Cancellariam Nostram
quietavit, quietatq presentibûs et pro majori fide
manu propriâ se subscripsit. F. Candidus Osolinski
G.C.V.my. In quorum fidem &c. Actum Varsaviæ
ut supra.

Actum Varsaviæ Feriâ Sextâ
post Dominicam Lætare
Quadragesimalem proximâ
Die scilicet Decimâ Octavâ
mensis Martii Annô Dñi
Millesimo Septingentesimô
Sexagesimo Tertiô. Regni
vero Nostri Annô .L.xx.

Ad Relationem Illrmi Excellmi et Rndmi
D. Episcopi Premyslien, Pro Cancellarii Rni.

Roborat Scriptum Obligatorium Gnôrus Josephus
Potocki Capitaneus Lezanen, in rem Gnôri
Simonis Kicki Capitanei Sobovecensis Datu.

Augustus Tertius &c.
Significamus &c. Quod coram Actis presentibûs
Metrices Regni Cancellariæ Nostræ minoris com-
parens personaliter Generosus Josephus Potocki
Capitaneus Lezanensis, sanus mente et corpore
existens, recedendo a Foro, Terris, et Jurisdictioni-
bus suis quibusvis propriis, huic autem Juris-
dictioni Nostræ Regiæ quo ad infrascripta re-
cognoscenda attinet, se subjiciendo et incorpo-

rando, palam, libere, ac benevole recognovit. Quia
Ipse Scriptum certum Obligatorium hic Varraviæ
Die Decimâ Sextâ Mensis et Anni currentium
à se Recognoscente Gnóso Simoni Kicki Capitaneo
Sobovecensi datum, manuq; sua propriâ subscri-
ptum, et Sigillo gentilitio in cera rubra Hispanicâ
expresso communitum, in omnibus ejusdem punctis,
clausulis, Articulis, nexibus, et ligamentis, approbat,
roborat, confirmat et ratificat, eidemq; Scripto
suo obligatorio in toto et in quavis minima parte
stare, parere, et plenarie satisfacere se suis cum Suc-
cessoribus inscribit, obligat et assecurat. Idq; sub
Vadio Summæ Mille Centum Aureorum Hungari-
calium in casu contraventionis, et in aliquo puncto
eidem non satisfactionis à se Recognoscente Succes-
soribusq; suis vindicando. Pro quo quidem Vadio
reg ipsa principali citatus existens memoratus
Generosus Recognoscens, in Castro Leopoliensi præ-
cisis omnibus Dilationibus, motionibus, appella-
tionibus et earum prosecutionibus, exceptionibus
aliisq; quibusvis Juris remediis et effugiis, in
primo Citationis termino peremptorie suis cum
Successoribus respondere tenebitur. Hac sua perso-
nali Recognitione ad præmissa mediante. Alias
in forma Inscriptionis roboratoriæ de Jure plenis-
sima, firmissima et perfectissima. Pro majori
vero firmitate manu propria se subscripsit.
J. Potocki S. L. Quam ejusmodi Inscriptionem
Roboratoriam sic ut præmittum factam et recognitam
Nos firmam ac de Jure validam haberi volentes eam-
dem ad acta præsentia suscipi, inscribi, et ex ipsem
fideliter descriptam Parti postulanti Authentice

extradi

extradi permisimus. In quorum fidem &c Actum
Varsaviæ ut supra.

Oblata Extractus Authentici ex Actis Castrensibus Leo-
poliensibus descripti Puncti certi Privilegii per sere-
nissimum olim Sigismundum III. Regem Poloniæ
Judæis intra Regnum commanentibus, collati.

Augustus Tertius &c

Significamus &c Quod coram Actis Metrices Regni Can-
cellariæ Nostræ Minoris comparens personaliter
Infidelis Meier Jewelowicz Senior Cœtus Judaici
in Regno Poloniæ obtulit ad acticandum, Actisq; pre-
sentibus inscribendum Literas Extractus Authenti-
ci ex Actis Castrensibus Leopolien. extraditas, ma-
nuq; Noi Skoruplia Padlewski subscriptas et Sigillo
Capitaneali communitas, sanas, salvas, omniq;
suspicione carentes tenoris sequentis = Actum
in Castro Inferiori Leopoliensi Feriâ Quinta ipso
Die Festi Transfigurationis Christi Domini
Anno Ejusdem millesimo Septingentesimo Unde-
cimô. Ad Officium et Acta præsentia Castrensia
Capitanealia Leopoliensia personaliter veniens
Infidelis Ebron Izraelowicz generalis Synagoga-
rum tam Civitatis quàm Suburbanæ Leopolien.
Syndicus, obtulit eidem Officio et ad acticandum
porrexit Punctum certum pro parte Judæorum
Leopolien. ex originalibus Literis Pargameneis
Privilegii per olim Serenissimum divæ memoriæ
Sigismundum Tertium Regem Poloniæ Judæis
universis intra Regnum commanentibus, ori-
ginaliter collati, per Serenissimum verò olim

Michaelem Primum itidem Regem Polonie in omni-
bus earundem punctis approbatis et confirma-
tis, manu ejusdem Serenissimi Regis Polonie
ac Gnosi Hieronymi Pinocy S.R.M^tis Secretarii
subscriptis et Sigillo pensili in teca laminea
existenti communitis, et ad acta castrensia
Varsaviensia Feriâ Tertiâ post Dominicam
Cantate proximâ Anno Domini 1671mo per
oblatam porrectis, coram Officio presenti per
eundem Offerentem reproductis, in presentia
ejusdem Officii transcripta et cum Originali
confrontata tenoris sequentis= Punctum
Vigesimum primum. Item Statuimus, ne
de cetero aliquis Judeus inculpandus ab aliquo
Christiano pro tali re sic dicente: Quod Ipsi Ju-
dei de necessitate uterentur sanguine Christi-
anorum animarum vel Sacramen^to Ecclesie Chri-
stianorum, ex quo Statuta Papa Innocentii et
Constitutiones edocent: quod in talibus rebus
non sunt culpabiles, quod hoc est contra Legem
Ipsorum. Et si aliquis Christianus sua temeritate
alias upponosciq aliquem Judeum pro talibus
rebus inculpaverit, alias obwinitby, tunc Ei jus
tale damus et concedimus: quod talis Christi-
anus si voluerit adducere et probare, et hanc
suam rem finire, tunc debet probare cum
tribus Judeis bonis et possessionatis in Regno
nostro, qui in sua humanitate non essent in-
fames et fide essent immobiles, et quorum Chri-
stiani qui etiam essent bene possessionati in Regno
nostro, in suaq; humanitate non essent infames

et fide

et fide in sua immobiles alias nie poruszeni. Et si hujus modi testimonio Christianus probaverit contra Judæum, tunc Judæus ipse erit reus mortis et capite plectendus, et dum hujus modi Testimonium Christianus non adduxerit, et contra Judæum probare non potuerit, tunc solus morte eadem erit condemnandus, quâ Judæus condemnari debuit. Et si pro talibus rebus Nobiles non Terrigenæ vel Cives Regni nostri, ipsis Judæis nostris violentiam fecerint, Jure eos non victo, tunc Bona ipsorum pro Camera Nostra Regia devolvi debent et coll: pro Gratia nostra speciali. Et si aliquis ex Terrigenis Regni nostri quempiam Judæum citaverit, hoc etiam Statuimus quòd aliquis Judæus non tenetur coram aliquo Judice respondere, nisi coram Palatino qui pro tempore fuerit et non alibi, etiamsi contigerit, quòd aliqui ex Christianis nostris vellent eximere Vadia ipsorum alicui ex Judæis invadiata, in ipsorum Judæorum Die Festo Sabbathô, aut in ipsorum aliquo Festo, in quibus Festis ipsi Judæi non essent ausi tangere pecunias pro Vadiis eximendis, et pecuniam eandem tolerare, et Christianus non curans tale Festum eorum, quodcunq' sit volens rehabere suum Vadium temerariè et per violentiam raptis Judæorum habitaculis et abstulerit prædictum Vadium, talis Christianus non alio modo judicari debet, nisi ut Prædo et Fur, prout Juris-dictio exigit super Furem et Prædonem. Post cujus ingrossationem Originale exemplar iidem Offerens rursus ad se recepit, et de recepto sibiq' restituto Officium presens quietavit. Ex Actis Castrensibus Capitanealibus Leopolien extradit: L. S. Locus Sigilli Capitanealis: / correxi Skoruplia Padleuski mp.

Lectis cum Actis per Gornicki. Quas quidem Literas Extractus Authentici sicut premissum per oblatas porrectas, Nos ad Acta præsentia suscipi, inscribi, et ex ijsdem fideliter descriptas, Parti postulanti Authentice extradi, Originalem verò Suprascriptum Extractum, Offerenti restitui permisimus, de quo recepto Cancellariam quietavit, quietatq; præsentibus, et pro majori fide manu propria se subscripsit Hebraico Charactere. In quorum Fidem &c: Actum Varsaviæ ut supra.

Oblata Copia Literarum in negotio Judæorum in Polonia degentium ab Emmo Dño Cardinali Corsini ad Rvmum D. Visconti Nuntium Apostolicum scriptarum, ex Originali Italico idiomate in Latinum interpretatarum.

Augustus Tertius &c.

Significamus &c. Quòd coram Actis Metrices Rñi Cancellariæ Nostræ Minoris comparens personaliter Infidelis Mejer Jewelowicz Senior Cœtus Judaici in Regno Poloniæ, obtulit ad acticandum actisq; præsentibus inscribendum Copiam Literarum infrascriptarum ex Italico idiomate in Latinum transverrarum, cum attestatione super fideli earundem interpretatione, subscriptione et Sigillo Gnósi Caroli de Schmidt Intimi Consiliarii nostri Bellici consignato, tenoris sequentis = Epistola Eminentissimi Dñi Cardinalis Corsini Excellntmo Dño Visconti Sacræ Aplcæ Sedis Nuntio. Româ Varsaviam scripta 9. Februarii Anno 1760. = Admodum Illustri et Reverendño Dño Nuntio Sedis Aplcæ, Cardinalis Corsini S.

Prosequ

Præsentium Exhibitor Jacobus Jelek Judæus, natione Polonus, idem est, qui jam Anno 1758. Regnante adhuc Summo Pontifice Benedicto XIV. Romam se transtulit ad imploranda nomine Judæorum in Polonia degentium, clementia Sedis auspicia, quibus protecti deinceps Judæi ab intolerabili, uti narrant, oppressione, non in personis tantum, sed in facultatibus etiam à Christianis experta liberarentur. Fit illis frequens injuria, cum à plebe homicidii rei accusantur, falsa innixi opinioni, quòd in azymorum confectione humanum et præcipuè Christianum adhibere sanguinem soleant. Hodie feliciter Regnans Summus Pontifex Clemens XIII. in diligentibus perquisitionibus hujus causæ, nullam omisit attentionem, uti et Sanctitati prudentiæque Suæ et rei gravitati convenit, de quibus alia occasione secretiores Illustri Dominationi Vestræ pervenient notitiæ. Jo Solum Sua Sanctitas hisce referri jussit, rem sibi gratam et intentioni congruam fore, ut Dominatio Vra supradicto Jacobo Jelek omnem efficaciorem compertiatur assistentiam, ne in Patriam redux vexationes et molestias experiatur ab ijs præsertim, quos suspicari posset Dominatio Vestra egroferre animo, quòd ad Sedis Aplcæ protectionem confugerit. Sunt hæc Suprema jussa Pontificia, ad quæ executioni danda, in gravioribus exhibitam sæpe prudentiam impensam velim. Sunt congrua requirenda media, ut res facilior evadat, instruendi illi, ad quos de his spectat, et seria offerenda protectio præsentium latori, quibus agnoscat propria

secu:

securitatem adeptus, et indefessam tranquillitatem solius clementiæ et pietatis Domini Nostri opus esse. Perennem à Deo apprecor incolumitatem. Attestationis tenor = Ego infrascriptus testor præsentes Literas de verbo ad verbum translatas esse ab idiomate Italico in Latinum, et perfecte congruere cum Originalibus datis ab Eminentissimo Cardinali Corsini, Excellentmo Nuntio Apostolico Poloniæ sub gna Februarii 1760. qui de Anno 1761. has easdem Literas in manus Illustrissimi et Excellntmi Comitis de Brühl tradidit, ut juxta ei præscripta nationem Judaicam in Polonia degentem ei commendaret. In quorum fidem manu propria subscripsi. Varsaviæ Die 11. Martii 1763. Carolus de Schmidt Sæ Rmitis Consiliarius Intimus Belli /L.S./ Quas quidem Literas sicut præmissum est per oblatam porrectas, Nos ad Acta præsentia suscipi, inscribi, et ex iisdem fideliter descriptas Parti postulanti Authentice extradi, ipsam vero eandem Copiam Offerenti rursus restitui permisimus, de qua recepta sibiq restituta Cancellariam quietavit, quietatq præsentibus et pro majori fide manu propria se subscripsit. Hebraico charactere. In quorum fidem Actum Varsaviæ ut supra.

Sub eodem Actu

Roborant Contractum seu Intercisam Antenuptialem Gnóri Celinscy Conjuges, Theresia de Laskowskie Godlewska, atq Rndus in Christo

Pater

Pater Antonius Ostrowski Epp̃us Livoniæ ab una, necnon Mſca Anna Lasocka Castellana Lanciciensis Vidua, et Antonius Capitaneus Gostinensis Filius, parte ab altera.

Augustus Tertius &c.

Significamus &c. Quòd coram Actis Metrices Rñi Cancellariæ Nostræ Minoris comparentes personaliter Gnósi Josephus Celinski et Marianna de Szostkowskie Conjuges Pocillatores Czerniechovienses, Theresia de Larkowskie olim Gsi Marci Godlewski Vincernæ Terræ Nurensis Consors derelicta Vidua, Supradictæ Gnósæ Pocillatricis Czerniechoviensis in primo voto cum olim Generoso Larkowski Dapifero Buscensi procreata Filia, atq́ Rñdus in Christo Pater Antonius Ostrowski Episcopus Livoniæ, Coadjutor Episcopatus Vladislaviensis Avunculus ab una, necnon Mſica Anna de Grabowskie olim Mſici Josephi Lasocki Castellani Lanciciensis Consors relicta Vidua, et Gnósus Antonius Lasocki Capitaneus Gostinensis Filius partibus ab altera, sani mentibus et corporibus existentes, recedendo a Foro, Terris, et Jurisdictionibus suis quibusvis propriis, huic autem Jurisdictioni Nostræ Regiæ quò ad infrascripta recognoscenda attinet, se subjiciendo et incorporando, palam, liberé ac benevole recognoverunt et præsentibus recognoscunt. Quia Ipsi certum Contractum seu Intercisam antenuptialem hìc Varsaviæ Die hodiernâ silicet Decimâ Octavâ Mensis et Anni

currentium inter se conscriptt, manibûs sui Reco:
gnoscentium et Amicorum subscriptt, et sigillis
gentilitiis in cera rubra Hispanica expressis
communitt, in omnibus ejusdem punctis,
clausulis, articulis, conditionibus, nexibus et
ligamentis, approbârunt, roborârunt, confirmâ:
runt et ratificârunt, prout quidem per præsen:
tem ad Acta hac comparitionem suam appro:
bant, roborant, confirmant et ratificant, eidemq
Contractui seu Intercisa Antenuptiali in omni:
bus et singulis stare, parere, ac plenarie satisfa:
cere sub Vadio Ducentorum Millium Florenoru
Polonicalium in Foro ubiquinario in casu contra:
ventionis vindicando, seruis cum Successoribus
inscribunt, obligant et asecurant. His suis perso:
nalibus Recognitionibus ad præmissa mediantibus.
Alias in forma Inscriptionis Roboratoriæ, de Jure
plenissima, firmissima et perfectissima. Pro ma:
jori verò firmitate manibus propriis se sub:
scripserunt. Josef Celinski. Maryanna
Celinska. Teresa Godlewska. Antoni Lasocki mp
Anna Lasocka K.L. Antonius Ostrowski Epus
Livonie. Quam ejusmodi Inscriptionem Ro:
boratoriam sicut præmissum factam et reco:
gnitam, Nos firmam ac de Jure validam haberi
volentes eandem ad Acta præsentia suscipi, in:
scribi, et ex ijdem fideliter descriptt Parti postu:
lanti Authentice extradi permisimus. In quo:
rum fidem etc: Actum Varsaviæ ut supra

Sub eodem Actu

Inscribit.

Inscribit Summam m. 100. Florenorum Polonicalium
Rndus in Christo Pater Antonius Ostrowski Epp̃us
Livoniæ, Gnõra Theresiæ de Laskowskie Godlewska
Suæ ex Sorore Nepti.
Augustus Tertius &c.
Significamus &c. Quòd coram Actis Metrices Regni
Cancellariæ Nostræ minoris comparens personali-
ter Reverendus in Christo Pater Antonius Ostrowski
Episcopus Livoniæ et Piltinensis, Coadjutor Episco-
patus Vladislaviensis, sanus mente et corpore exi-
stens, recedendo à Foro, Terris, et Jurisdictionibus
suis quibusvis propriis, huic autem Jurisdictioni
Nostræ Regiæ, quò ad infrascripta recognoscenda
attinet, se subjiciendo et incorporando palam, libere
ac benevolè recognovit. Quia Ipse vigore Interciæ
seu Contractus antenuptialis hodiè roborati, Gnõræ
Theresiæ de Laskowskie olim Gnõri Marci Godle-
wski Cinceræ Nurensis Consorti, suæ verò ex Sorore
Nepti, Ipsiusq̃ legitimis Successoribus tenetur ac
debet seq̃ et Suos Successores Sanguinis teneri ac de-
bere de et super Bonis suis generaliter omnibus ha-
bitis et habendis, Summam Centum Millium Flore-
norum Polonicalium modo veri, justi, realis ac sim-
plicis debiti in et pro vigilia Festi Nativitatis
Sancti Joannis Baptistæ in Anno Deodante futuro
millesimo septingentesimo sexagesimo quarto, dare,
solvere et circa Officium Aitaq̃ Castrensia Capi-
tanealia Varsaviensia reponere et relinquere, repo-
sitamq̃ et relictam rursus ab eisdem Actis non effi-
dejubere, nec modo quovis arestare inscribit, obli-
gat et assecurat. Idq̃ sub vadio similis Summæ
in casum contraventionis et non præstitæ satisfa-

ctionis irremissibiliter succumbendo. Pro quo qui-
dem Vadio reg' ipsa principali citatus existens,
coram Officio Castrensi Capitaneali Varsaviensi suis
cum Successoribus Sanguinis, absq' omni Dilatione
defensione, exceptione, motione, appellatione
et earum modo quovis sive per additationes
quasvis prosecutione peremptorie respondere
tenebitur. Hac sua personali Recognitione ad
premissa mediante. Alias in forma Inscripti-
onis debitorie de Jure plenissima firmissima
et perfectissima. Pro majori vero firmitate ma-
nu propria se subscripsit. Antonius Ostrowski
Epp̃us Livonie. Quam ejusmodi Inscriptionem
Debitoriam sic ut premissum factam et reco-
gnitam Nos firmam ac de Jure validam haberi
volentes eandem ad Acta presentia suscipi, in-
scribi et ex ijsdem fideliter descriptam Parti
postulanti Authentice extradi permisimus.
In quorum fidem &c. Actum ut supra.

Actum Varsavie Feriâ Quartâ
post Dominicam Passionis
proxima Die scilicet vigesima
tertiâ mensis Martii anno
Domini millesimo septin-
gentesimo sexagesimo tertiõ
Regni vero Nostri anno xxx.

Ad Relationem Illrmi Excellmi et Rñdmi
Dñi Eppi Premysliens Prolancellarii Rñi
Constituit Plenipotentes Illustris Mficus Comes
Branicki Castellanus Cracoviensis Supremus Exer-
cituum Regni Dux.
Augustus Tertius &c. Significamy

Significamus &c. Quod coram Actis presentibus
metrices Regni Cancellarie Nostre minoris com-
parens personaliter Illustris Mficus Joannes
Clemens Comes in Ruszcza, Tyczyn, Tykocin et
Branice Branicki Castellanus Cracoviensis, Su-
premus Exercituum Regni Dux, sanus mente
et corpore existens, recedendo a Foro, Terris et
Jurisdictionibus suis quibusvis propriis, huic au-
tem Jurisdictioni Nostre Regie, quo ad infra
scripta recognorcenda attinet, se subjiciendo et in-
corporando palam, libere ac benevole recognovit.
Quia Ille Gnosor Stanislaum Karwowski Capita-
neum Narvensem, Andream Josephu Skirmunt
Camerarium Granicialem Terre Vrnen cum data
Ipsi soli facultate alios Plenipotentes in locum
sui substituendi, Ignatium Bourkowski, Antoni-
um et Stanislaum Baczynskie Fratres, Josephu
Bobowski Venatorem Sanocensem, Adalbertum
Turski, Stanislaum Modecki, Thomam Zorodo-
wski, quorumvis nominum Kondracki et Wydza,
Joannem Skoratowski, Adalbertum Skibicki, Felici-
anum Korytowski Colonellum in Exercitu Regni,
Laurentium, Modzianowski, Christophorum
Kierznowski, Josephum Pienkowski, Stephanu Horoch
Casimirum Krassowski, Antonium Padzynski,
Stanislaum seu alius nominis Raczynski in suos
veros, legitimos et indubitatos Plenipotentes ad Tri-
ennium integrum eligit, inscribit, constituit et or-
dinat. Dans et concedens idem Illustris Mficus
Recognoscens prefatis Plenipotentibus suis ple-
nariam facultatem, omnimodam absolutamque
potestatem causas suas et actiones quasvis judi-

ciarias in omni Judicio et Officio Regni majoris
minorisve Subvellii etiam Tribunalitio Regni Lubli-
nensi, Petricoviensi aut Radomiensi cum quibus-
vis Personis, ratione quarumvis rerum, prætensi-
onum, negotiorum et injuriarum tam ex Acto-
ratu quàm et reatu Sui Recognoscentis inciden-
tes et incidendas, habitas et habendas, institu-
endi et intentandi, institutas et intentatas propo-
nendi, promovendi, defendendi, jureq; tuendi, et
ad debitum Juris finem et effectum deducendi,
Processus inchoandi, inchoatos continuandi, De-
creta suscipiendi, à contrariis provocandi, jura-
menta affectandi, Arresta imponendi et relax-
andi, pœnas Judiciales levandi, et delevatis
quietandi, ratione non exolutarum jure agendi,
Intromissiones in pœnis decretis, acre principali
offerendi et acceptandi, Relationes Citationum
ad cassandas condemnationes approbandi, cæteraq;
omnia veros et legitimos Plenipotentes de Jure
concernentia rite obeundi et peragendi. Promittens
et inscribens se Idem Illustris Mjcus Recogno-
scens id totum, quidquid per supradictos Plenipoten-
tes suos et substitutos per Gnorum Skirmunt, in præ-
missis Juridice actum, gestum, constitutumq; fuerit
pro rato, gratoq; habiturum et susceperum, nullo-
modo præmissis contradicturum. Hac sua personali
Recognitione ad præmissa mediante. Pro majori
vero firmitate manu propria se subscripsit. Joannes
Comes Branicki Castell: Crac Supr: Exercit: Dux.
Quam ejusmodi Plenipotentiam sicut præmissum
factam et recognitam Nos firmam ac de Jure va-
lidam haberi volentes, eandem ac Acta presentia

Suscipi

suscipi, inscribi et exijdem fideliter descriptam
Parti postulanti Authentice extradi permisimus
In quorum fidem &c. Actum Varsaviæ ut supra

Sub eodem Actu

Oblata Literarum à Reverendmo Dño Nuntio Apostolico Ad Mficum Comitem Brühl in negotio Judæorum in Polonia permanentiùs scriptarum Gallicé cum latina interpretatione.

Augustus Tertius &c.

Significamus &c. Quod coram Actis Metrices Regni Cancellariæ Nostræ minoris comparens personaliter Infidelis Mejer Jewelowicz Senior Cœtus Judaici in Regno Poloniæ obtulit ad acticandum, Actisq' præsentibus ingrossandum Literas Originales à Rndmo Dño Nuntio Apstco Ad Mficum Comitem Brühl Primarium et Intimum Aulæ Nostræ Saxonicæ Ministrum, Gallico idiomate scriptas, sanas, salvas, et omni suspicione carentes, tum Copiam earundem Literarum latine interpretatarum: Quarum quidem Literarum Originalium tenor sequitur estq' talis= Monsieur. Il est certain que la Nation Juive de ce Pais ont recourûs au Saint Siege pour etre proteger contre les persecutions, qu'ils essuient, et meme Sur ce propos j'ai reçu des ordres de sa Saintete que je n'ai pas manqué de suivre quand l'occasions s'en est donnée. Comme Votre Excellence desire d'etre informée des intentions du Saint Pere, je me fais un honneur de les lui communiquer. La Saintete veut bien que l'on sâche, comme ayant dernierement le Saint Siege examiné tous les fondements Sur

les quels est appuyée l'opinion, que les suifs aïent
besoin du sang humain pour faire leur azime et
que pour ça ils soient coupables des homicides
d'enfants Chretiens, on à reconnû qu'il n'ya point
des preuves assez claires et sûres, qui suffisent à
faire valoir la prevention, qu'on à cü, et l'on à a
présent contre eux de façon, qu'on puisse en vigu:
eur d'icelles, les declarer coupables de semblables
Crimes. C'est pour ça que dans le cas des pareilles
accusations l'on ne doit pas appuyer le jugement
sur les, dits fondements mais aux preuves Legalles,
qui pevent regárder l'affaire, et rendre certain
le crime qu'on leur impute. Je demeure avec
le plus parfait respect. Monsieur De Votre
Excellence Le tres humble et tres obeissant Serviteur.
A. E. Archevegue d'Ephese Nonce Apliqué.
à Varsovie le 21. Mars 1763. foris in cooperta
Sigillo ejusdem Rndmi D. Nuntii munita Sub:
scriptio talis = A son Excellence Monsieur le Comte
de Brühl. Premier Ministre de Sa Majeste =.
Copia vero ex ipsem Originalibus Literis latine
translata tenor talis = Litere Reverendissimi
et Excellntmi Domini Nuntii Apostolici in Aula
Varsaviensi ad Illmum et Excellntmum Dnum
Comitem de Brühl = Certissimum est Judaicam
Nationem in Polonia subsistentem contra perse-
cutiones, quibus affligitur, Sanctissimæ Sedis
auxilium et protectionem implorâsse, et mihi
ipsi à Sanctitate Sua mandata hoc negotium
concernentia transmissa fuere, quibus occasio-
ne datâ satisfacere non intermisi. Cùm verò
Excellentia Vestra de intentione Sanctissimi Pa:

tris

tris edoceri desideret, summopere gaudeo, eandem
Ipsi protinus communicare posse. Sanctissimus
Pater innotescere cupit universis sacram Sedem
examinasse fundamenta omnia, quibus opinio
innititur, acsi Judæi ad azymorum suorum
compositionem sanguine humano opus habeant,
et quod ex hoc supposito Infanticidiorum rei cen-
seri debeant. Repertum fuit non extare proba-
tiones satis evidentes et sufficientes ad validita-
tem præventioni huic conciliandam, quo contra
eos ab antiquo tempore obtinuit, et adhuc obtinet,
eo quidem effectu, ut ex probationum earum fun-
damento Judæi hujus criminis rei declarari
possent. Patet exinde in casu accusationum
contra eos prolatarum, condemnationis senten-
tiam non secundum prædicta fundamenta, sed
juxta præscriptum et normam probationum
legalium, quæ rem ipsam concernunt et certi-
tudinem criminum, quæ imputantur, constitu-
unt ferendam esse. Summa cum Veneratione
permaneo Illustrissime Comes Excellentiæ Vræ
Servus Observantissimus. Quas ejusmodi Literas
tam originales Gallice scriptas, quam latine in-
terpretatas, sic ut præmissum est per oblatam
porrectas Nos ad acta præsentia suscipi, inseri-
bi, et eidem fideliter descriptas Sarti postu-
lanti authentice extradi, Originale vero et Copi-
am Suprascripto, Offerenti rursus restitui permi-
simus, de quibus receptis, sibiq; restitutis Cancel-
lariam Nostram quietavit quietatq; præsentibus

B

et pro majori fide manu propriâ se subscripsit.
Hebraico charactere. Jnquorum fidem &c. Actum ut supra

Actum Varsaviæ Feriâ Tertiâ
post Dominicam Ramis Palma-
rum proximâ Diei scilicet Vige-
simâ Nonâ Mensis Martii
Annô Domini Millesimo Se-
ptingentesimo Sexagesimo
Tertiô. Regni vero Nostri
Annô XXX.

Ad Relationem Jllrmi Excellmi et Rmi
Dñi Michaelis Comitis Wodziclii Epi
Premyslien. Pro Cancellarii Regni.

Approbat Quietationem per suos Plenipotentes
Gnos. Szczepanski et Prazmowski pro Summa
55200 Floren. Polon. à Gnôro Stanislao Lubomirski
Cubiarum Rñi Præfecto levata, Leopoli recogni-
tam. J. Wodzicki Capitaneus Stopnicensis.

Augustus Tertius &c.
Significamus &c. Quòd coram Actis Metrices Rñi
Cancellariæ Nostræ Minoris comparens persona-
liter Generosus Elias de Granow Wodzicki Capi-
taneus Stopnicensis Sanus mente et corpore exi-
stens, recedendo à Foro, Terris et Jurisdictioni-
bus suis quibusvis propriis, huic autem Jurisdi-
ctioni Nostræ Regiæ, quò ad infrascripta reco-
gnoscenda attinet, se subjiciendo et incorporando
palam, liberè ac benevole recognovit. Quia Ipse
evincendo à Submissione Gnôros Antonium
Szczepanski et ejusdem Nominis Prazmowski
Speciales Plenipotentes suos, pro approbanda

Quie-

Quietatione per eosdem in Castro Inferiori Leopoli-
ensi Feriâ Sextâ post Festum Sanctorum Trium
Regum Anno currenti 1763tio nomine sui Reco-
gnoscentis de Summa Quinquaginta Quinque
millium Ducentorum Florenorum Polonicalium
a Gnóso Stanislao Lubomirski Supremo Excubi-
arum Regni Prefecto, cum provisione ab eadem
provenienti, levata, facta et recognita, inscripta,
jam exnunc et defacto supradictam Quietatio-
nem per memoratos Plenipotentes suos in Per-
sonam pronominati Gnósi Stanislai Lubomirski
Excubiarum Regni Prefecti factam et recognitam
sob prestitam sibi actualem et plenariam Satis-
factionem ejusdemq' Summæ 55200. Florenor
Polon exsolutionem / approbat, confirmat, et ra-
tificat, eandemq' Inscriptionem Quietatoriam
intoto et in quavis minima parte firmam esse
vult et declarat. Nihil sibi Recognoscenti su-
isq' Successoribus intuitu prafatæ Summæ ad
Gnósum Supradictum Excubiarum Regni Prefe-
ctum juris, tituli, et pretensionis reservando,
relinquendo, aut modo quovis excipiendo. Hac
sua personali Recognitione ad premissa medi-
ante. Alias in forma Inscriptionis Approba-
toriæ de jure plenissima et perfectissima. Pro
majori vero firmitate manu propria se sub-
scripsit. E. Wodzicki Sta: Stop. Quam ejus
modi Inscriptionem Approbatoriam sicut pre-
missum factam et recognitam Nos firmam ac
de jure validam haberi volentes, eandem ad

acta

Acta præsentia suscipi, inscribi, et ex ijdem fideliter
Descriptam Parti postulanti Authentice extradi
permisimus. In quorum fidem &c Actū ut supra

Oblata Rescripti Sacræ Regiæ Mttis ad
Spblem Magistratum Mariæburgensem
in ordine servandi boni regiminis circa com:
mercia Civitatis, emanati
Augustus Tertius &c
Significamus &c Oblatas esse ad Acta Metrices
Regni Cancellariæ Nostræ minoris Literas Re:
scripti infraexarati, originales papyreas, manu
nostra Regia subscriptas, et sigillo minori Regni
communitas, sanas, salvas et illæsas, omnique
suspicionis nota carentes tenoris sequentis =
Augustus Tertius Dei Gratiâ Rex Poloniæ, Ma:
gnus Dux Lithuaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ,
Samogitiæ, Kijoviæ, Volhyniæ, Podoliæ, Po:
dlachiæ, Livoniæ, Smolensciæ, Severiæ, Czernie:
choviæq; necnon Hæreditarius Dux Saxoniæ
et Princeps Elector. Spectabilibus et Famatis
Præconsulibus, Consulibus, Scabinis, totique
Magistratui Civitatis Nostræ Mariæburgen:
sis Fideliter Nobis Dilectis Gratiam Nostram
Regiam. Spectabiles et Famati Fideliter
Nobis dilecti. Relatum Nobis est Fidelitates
vestras Decreto Judiciorum Nostrorum Assesso:
rialium de Die Sexta Septembris Anni Mille:
simi Septingentesimi Sexagesimi Secundi debite
obsequendo, punctum Commercii Civitatis Mar:
iæburgensis in congressu omnium Ordinum

per plu:

per pluralitatem votorum in fundamento men-
tionati Decreti transmissorumq; Documentorũ
necnon attestatorum Civitatum tam majorum
quam minorum bene ordinatarum ipsiusque
Civitatis Mariaeburgensis Plebiscitorum, conclu-
so omnium Trium Ordinum Die Decimâ septi-
mâ Januarii Anni currentis ita determinâsse:
Quatenus nulli Honestorum Contubernatorum
insimul cum usu et exercitio sui opificii mer-
catura competat, verùm eadem Literatis et
mercatoribus solùm ac exclusivè reservata
esse debeat, hac tamen adjectâ clausulâ, ut
Honesto Contubernio Lanionum Mercatura
Pecorum, Honesto Contubernio Pistorum Propo-
lium Frumentorum et coëmptio necessariorũ
lignorum, aliorumq; ad opificium suum requisi-
torum, Honesto Contubernio Sutorum coemptio
ac propolium coriorum, Honesto Contubernio
Sartorum confectio ac divenditio linteorum,
vestimentorum vulgo Tagneteria, Honesto
Contubernio Fabrorum Ferrariorum propolium
carbonum et ferri, Honesto Contubernio Panni-
ficum propolium lanae, et divenditio manufa-
cturarum suarum, Honesto Contubernio Tex-
torum propolium filorum lineorum sive glomo-
rum in usum opificii sui, Honesto Contubernio
Carpentariorum ac Rotariorum propolium li-
gnorum Carpentariorum, et generatim omni-
bus aliis Contuberniis universis et singulis

propolium ac coemptio rerum ac mercium ad u:
sum opificii sui necessariarum, ut et aditus
ad fura mercatura, dummodo opificium suum
in totum seposuerint, non adimatur, verum
potius expresse reservetur. Quod cum non Juri:
bus solum sed etiam bono ordini et utilitati
Civitatis Nostre Mariaburgensis admodum con:
sentaneum immo necessarium esse cognoscimus,
prelaudatum omnium Ordinum Conclusum
pro majori ejusdem manutentione et observan:
tia, auctoritate Nostra Regia ratihabendum
et confirmandum esse duximus, prout ti presen:
tibus Literis Nostris in omnibus suis punctis
et clausulis ratihabemus et confirmamus
volentes ut preter legalem et consvetam O:
mnium Conclusorum in congressu omnium
Ordinum Civitatensium ex votorum plurali:
tate a Nobili Preside aut Ejus Vicesgerente
pronuntiatorum stabilitatem et firmitatem
adhuc perpetua et inviolabilis Ordinationis
vim et robur habeat. Quod Fidelitatibus Vris
presentibus injungimus, mandamusq; guate:
nus secundum voluntatem Nostram et juxta
tenorem prelaudati Conclusi omnes Commer:
cii abusus et irregularitates sine mora tollant
et derogent, bonumq; circa commercium Civi:
tatis Ordinem manuteneant, in refractarios
vero serio animadvertant, secus non facturo
Fidelitates Vestre pro Gratia Nostra et Offici:
orum Suorum debito Datum Varsavie Die

XXVII. Mensis Martii Anno Dñi MDCCLXIII. Regni verò Nostri XXX Anno. Rescriptum ad Spectabilem Magistratum Mariæburgensem ut bonum circa commercium Civitatis ordinem manuteneant. Augustus Rex. Locus sigilli. Minoris Regni. Antonius Wyszynski Premisliens Varsavien Canonicus S.R.M.tis et sigilli Rñi Secretarius mp Quas ejusmodi Literas Rescripti præinserti sic ut præmissum est per oblatam porrectas Nos ad acta præsentia suscipi, inscribi et ex ijsdem fideliter descriptas, Parti postulanti Authentice extradi, Originale verò offerenti restitui s. de quo recepto Cancellariam quietavit. s. permisimus. In quorum fidem &c. Actum Varsaviæ ut supra.

Constituit Plenipotentes Adm Rndus in Christo Pater Dñus Cajetanus Soltyk Epps Cracoviensis & Dux Severiæ.

Augustus Tertius &c.

Significamus &c. Quod coram Actis Metrices Rñi Cancellariæ Nostræ Minoris comparens personaliter Adm Rndus in Christo Pater Dñus Cajetanus Soltyk Episcopus Cracoviensis & Dux Severiæ, sanus mente et corpore existens, recedendo à Foro, Terris et Jurisdictionibus suis quibusvis propriis, huic aute Jurisdictioni Nostræ Regiæ, quò ad infrascripta recognoscenda attinet, se subjiciendo et incorporando palam, liberè ac benevolè recognovit. Quia Ipse Venerabilem Stanislaum Orzeszki, Gnosos Joannem

Tymowski, Regentem Vielunensem, Josephum Zambrzycki Camerarium Granicialem Nurensem, Hyacinthum Mirzycki, Joannem Konradzki, Stanislaum et Antonium Baczynskie, Andream Ortowski, Leonem Wydzga, Thomam Tyborowski, Michaelem Bucewicz ejusdem nominis Pruszynski, Stephanum et Cajetanum Szczuckie, Antonium Bądzynski, Josephum et Franciscum Choynackie, Adamum Bukar, Paulum Gembarzewski, Ignatium Boczkowski, Leonem Porębski, cujusvis nominis Krakowiecki, Stanislaum Młodzianowski, Mathiam Raczynski, Josephum Bobowski, Paulum Beyzym, Adalbertum Moscicki, Josephum et Andream Choynowskie, Andream Skirmunt, Stephanum Horoch Casimirum Krasowski, Lucam Wieliczko, Martinum Ryszkowski, Hyacinthum Izycki, Bartholomæum Rudnicki, Andream Kozmian, Josephum Krynicki, Thomam Kisielinski, Joannem Janiszowski, Ignatium Koblanski, Stanislaum Moszynski, Michaelem Spytecki, Nicephorum Bzicki in suos veros, legitimos ac indubitatos Plenipotentes constituit, eligit, et solenniter ordinat ad Triennium integrum ab actu presenti computando. Dans et concedens prefatis Plenipotentibus suis plenariam facultatem, omnimodam absolutamq' potestatem causas suas et actiones quasvis Judiciarias in omni Judicio et Officio Regni, Majoris minorisve Subsellii, etiam Tribunali Regni Lublinensi, Petricovien aut Ra-

aut Radomien^ cum quibusvis Perſonis, ratione
quarumvis rerum, prætensionum, negotiorum
et injuriarum tam ex actoratu, quam et reatu
sui Recognoscentis incidentes et incidendas, ha:
bitas et habendas instituendi, et intentandi, in:
stitutas et intentatas proponendi, promovendi
defendendi, Jureq; tuendi, et ad debitum Juris
finem et effectum deducendi, Processus incho:
andi, inchoatos continuandi, Decreta suscipiendi,
a contrariis provocandi, juramenta affectandi,
Arresta imponendi et relaxandi, pœnas Judicia:
rias levandi, et de levatis quietandi, ratione non
exolutarum Jure agendi, Intromissiones in pœnis
Decretis ac re principali offerendi et acceptandi,
Relationes citationum ad cassandas condemnati:
ones approbandi, ceteraq; omnia veros et legitimos
Plenipotentes de Jure concernentia rite obeundi
et peragendi. Promittens et inscribens se Idem Rmus
Rmus Dnus Episcopus Cracoviensis Recognoscens
id totum quidquid per supradictos Plenipotentes
suos in præmissis Juridice actum, gestum, consti:
tutumq; fuerit, pro rato et grato habiturum et
suscepturum, nullo modo præmissis contradicturum.
Hac sua personali Recognitione ad præmissa mediante.
Pro majore verò firmitate manu propria se subscri:
psit. Cajetanus Sołtyk Epus Cracovien Dux Severia.
Quam ejusmodi Plenipotentiam sic ut præmissum fact^m
et recognitam Nos firmam ac de Jure validam ha:
beri volentes eandem ad Acta præsentia Suscipi,
inscribi et ex ijdem fideliter descriptam Parti

postulanti Authentice extradi permisimus. In
quorum fidem &c. Actum Varsaviæ ut supra
Oblata Præsentationis ad Canonicatum San:
Domiriensem Vobis Alexandri Nowicki Cano:
nici Varsaviensis.
Augustus Tertius &c
Significamus &c oblatas & ad Acta metrices Re:
gni Cancellariæ Nostræ minoris Literas Origi:
nales papyreas Præsentationis infrascriptæ, ma:
nu Nostra Regiâ subscriptas, et Sigillo minori
Regni communitas, sanas, salvas et illæsas, o:
mniq; Supicionis nota carentes tenoris sequentis=
Augustus Tertius Dei Gratiâ Rex Polonia, ma:
gnus Dux Lithvaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ,
Samogitiæ, Kijoviæ, Vothyniæ, Podoliæ, Podla:
chiæ, Livoniæ, Smolensciæ, Severiæ, Czerniecho:
viæq;, necnon Hæreditarius Dux Saxoniæ et Prin:
ceps Elector. Admodum Reverendo in Christo
Patri Dño Cajetano Ignatio Sołtyk Episcopo
Cracoviensi Dui Severiæ, Sincere Nobis Dilecto.
sive Sue Sinceritatis in Spiritualibus Vicario,
vel alteri cuipiam ad infrascripta potestatem
habenti Gratiam Nostram Regiam. Admodum
Reverende in Christo Pater Sincere Nobis Dilecte
Vacat ad præsens Canonicatus Insignis Collegiatæ
Sandomiriensis Fundi Kunice, Diœcesis Sinceri:
tatis Vestræ, Juris verò Patronatûs et Collatio:
nis Nostræ Regiæ, idq; port liberam Resigna:
tionem Vobis Theodori Sieminski Canonici Var:
saviensis illius ultimi et immediati Possessoris.
Ad quæ

ad quem quidem Canonicatum modo premisso
vacantem, Nos pro Jure Nostro quod Nobis desuper
competit, Venerabilem Alexandrum Nowicki Cano-
nicum Varsaviensem de probitate vitæ sufficientiq'
Doctrina Nobis optimè commendatum Sinceritati
Vestræ præsentandum esse duximus, prout quidem
hisce Literis Nostris præsentamus. Requirentes
Sinceritatem Vestram, quatenus hunc et non ali-
um ad dictum Canonicatum instituat et inve-
stiat, prout id ad Officium Sinceritatis Vestræ spe-
ctare dignoscitur. In cujus rei fidem præsentes
manu Nostra subscriptas Sigillo Regni commu-
niri jussimus. Datum Varsaviæ Die XXVII. mensis
Martii Anno Domini MDCCLXIII. Regni vero No-
stri XXX. Anno. Præsentatio ad Canonicatum Insi-
gnis Collegiatæ Sandomirien. Fundi Kunice, Dioce-
sis Cracoviensis post liberam Resignationem Vtlis Theo-
dori Siemienski Canonici Varsaviensis, Vtlis Alexandri
Nowicki Canonici Varsaviensis. Augustus Rex / Locus
Sigilli minoris Regni / Antonius Wyszynski Premisl.
Varsavien. Canonicus S.R.M.tis et Sigilli Regni
Secretarius mp. Quas ejusmodi Literas sicut premisso
per oblatam porrectas, Nos ad Acta præsentia suscipi,
inscribi et eidem fideliter descriptas Parti postu-
lanti Authentice extradi, Originale verò Offerenti rur-
sus restitui permisimus. In quorum fidem &c. Actum
Varsaviæ ut supra.

Actum Varsaviæ Feriâ Quintâ
ipso Die Cœnæ Domini scilicet
Trigesima Primâ Mensis
Martii Anno Millesimo
Septingentesimo Sexagesimo

Tertio

Tertiô. Regni verò Nostri Annô
XXX.

Ad Relationem Illrmi Excellntmii et Rmi Dñi Epiſcopi Premisliens Protonotarii Regni.

Oblata approbationis Exdivisionis designatæ certæ Particulæ Fundi sub Oppido Bar, in Palatinatu Podoliæ, Districtu Laticzoviens sitæ pro nova Fundatione Religiosorum Carmelitarum Observantiæ Provinciæ Ruſsiæ.

Augustus Tertius &c.

